



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>





1







CATALOGUS
CODICUM HAGIOGRAPHICORUM
LATINORUM
BIBLIOTH. NAT. PARISIENSIS



CATALOGUS
CODICUM HAGIOGRAPHICORUM
LATINORUM

ANTIQUIORUM SAECULO XVI

QUI ASSERVANTUR IN

BIBLIOTHECA NATIONALI PARISIENSI

EDIDERUNT

HAGIOGRAPHI BOLLANDIANI

—
TOMUS I.
—

BRUXELLIS

APUD EDITORES
RUE DES URSULINES, 14

PARISIIS
ALPH. PICARD
rue Bonaparte, 82

BRUXELLIS
O. SCHEPENS
rue Treurenberg, 8

1889

KB

E13c

Z6611
T3C36
v.1

BENEVOLO LECTORI

S. P.

Catalogum hunc confecimus eadem ratione et methodo quam in Catalogo codicum hagiographicorum Bruzellensium admodum sibi probari nobis significarunt non pauci viri eruditi; nisi quod, eorundem consiliis acquiescentes, longe brevius quae ad partem, si ita loqui fas est, materialem codicum spectant tractavimus, contenti fere foliorum vel paginarum numerum atque amplitudinem et quo singuli aevo descripti fuerint indicasse.

Praecipuam curam in eo posuimus ut quosnam penes olim servarentur codices sedulo notaremus. Huc multum nos juvit eximia tractatio quam paucis abhinc annis edidit doctissimus vir Leopoldus Delisle, Bibliothecae Nationali Praepositus, hoc titulo inscriptam: Le Cabinet des manuscrits de la Bibliothèque (Impériale) Nationale (Paris, 1868-81, 3 vol. in 4°). Perutilem etiam nobis operam navavit egregius vir Henricus Omont, in eadem Bibliotheca vice-bibliothecarii officio fungens, qui et singulos ipse codices a nobis descriptos inspicere et veteres catalogos adhuc in Bibliotheca servatos saepius pervolvere haud aspernatus est, quo securiores in hac parte laboris nostri procedere liceret. His itaque subsidiis adjuti,

singulorum codicum descriptioni praenotavimus, quantum nosse datum fuit, unde quondam bibliothecae regiae Parisiensi illati sint, deinde quibus numeris eos signarint qui ejusdem bibliothecae libris manu scriptis ordinandis praecipue operam ex ordine dederunt, eorundem scilicet publici custodes Nicolaus Rigault, Petrus et Jacobus Dupuy seu Puteani, et Nicolaus Clément (de quibus videatur citatum opus Cab. des mss., tom. I, pp. 96-100, 261-62, 290-91). Horum catalogos distinximus siglis R., P. et C.

Alium ordinem in describendis codicibus praefigendum nobis non duximus quam ipsorum quibus jam in Bibliotheca Nationali designantur numerorum. Attamen, quo citius ea quae majoris momenti viderentur in publicam lucem prodere valeremus, primo continuimus operam nostram intra eorum seriem qui antiquiores sunt saeculo XVI: recentiores enim plerumque nonnisi horum apographa exhibent, vel recensiones moderniori aevo concinnatas, quae proinde non ita veterum monumentorum loco habendae sunt. Propter similem rationem, non quidem prorsus ab elencho nostro eliminanda, sed in Supplementum ultimo ejus tomo annectendum rejicere visum est Breviaria et alia collectanea hagiographica quae fere lacinias tantum vel compendia Vitarum continent inter celebrationem officii canonici recitanda, sicut et evangelia apocrypha quae Vitis sanctorum intermixta non sunt.

Jam, quod ad ipsam documentorum recensionem pertinet, nullum ex iis praetermittendum existimavimus quae ad sanctorum gesta ipsorumque cultum illustranda juvare queant, praeter ipsa eorundem scripta, nisi qua forte singulariter ad historiam vitae illorum spectent, et hymnos de sanctis recentius conscriptos qui locos tantummodo communes vel synopsis historiae ex Actis aliunde notis excerptam referunt. Documenta autem recensita ubi typis expressa legantur indicavimus, non ita tamen ut ad praestantissimam eorum editionem semper remittatur, sed potius ad illas collectiones quae in bibliothecis saltem publicis facilius passim reperiuntur, qualia sunt Acta Sanctorum a bollandianis hagiographis edita, Acta Sanctorum Ordinis S. Benedicti, Patrologia latina (P. L.) et Patrologia graeca (P. G.), quas vulgavit Migne, et cetera istius generis. Quae autem in illis documentis, prout in codicibus Parisinis exhibita leguntur, ab editorum textu discrepant, singulatim notavimus. Quae vero prorsus inedita sunt vel reservavimus inter Analecta Bollandiana mox proferenda (quae scilicet fere majoris momenti videbantur) vel in Appendice ad singulas codicum descriptiones ipsi huic Catalogo inseruimus. Sed hic rursus quaedam ab hac norma excipienda fuere. Nimirum Miracula Beatae Virginis Deiparae Mariae adeo multa passim occurrerunt ut, si quaecumque adhuc edita non repperimus typis repraesentare vellemus, ingentis molis volumen complerent. Neque

etiam vulgare libuit singulas Vitas quorundam sanctorum qui, tempore medii aevi populari cultu praecipue celebrati, multis ignotorum aliunde scriptorum lucubrationibus, sola ratione scribendi diversis, materiam praebuere, ut S. Georgii, S. Christophori, S. Alexii, et si qui sunt alii. In quo genere et non satis severa trutina nos usos forte judicabunt qui et alia quaedam, ut Vitas metricas S. Luciae et SS. Cyrici ac Julittae et Acta nonnulla manifeste apocrypha, a compilatione nostra exulare mallent; sed cum ex una parte non adeo magnae molis haec essent, ex altera vero ad historiam litterariam rei hagiographicae aut ad originem quarundam popularium circa sanctos traditionum investigandam aliquid subsidii afferre valeant, faciliores in iis admittendis quam rigidiores esse praeplacuit.

Titulos documentorum et ipsa documenta, ubi edenda fuerunt, more nostro e codicibus fideliter exscripsimus, ita tamen ut plerumque non formam scribendi seu orthographiam codicis sequeremur, sed jam recentiori aetate vulgo magis usurpatam, fere qualem eam statuit cl. W. Brambach in suis de hac re tractationibus, quamque in Germania et etiam magis jam in dies in Gallia receptam videmus. Ubi vero aliquam lacunam in textu nobis perspicere visi sumus, quod voces nonnullae aut litterae librarii oscitantia praetermissae fuerunt, eas perspicuitatis gratia per conjecturas supplevimus, sed uncinis ita [] inclusas ut integra codicis lectio legentium oculis appareat. Pergratum etiam iisdem nos facturos fuisse putavimus prolixiora documenta in breviora capita distribuendo, quo et magis perspicue discernerentur diversae partes narrationis et facilius singulae data occasione conferri possent. Distributionem hanc nostram typis numerorum quos vocant arabicos distinximus; ubi vero capitibus praeponuntur numeri qui appellari solent romani, hi ex ipso codice excepti intellegantur, sicut et documentorum inscriptiones quae crassioribus typis expressae sunt.

In describenda vero exteriori codicum specie, amplitudinis formas distinximus secundum morem in Bibliotheca Nationali receptum: maximam scilicet (max.), ubi folia majori sua dimensione 0^m,50 superant; majorem (maj.), ubi inter 0^m,50 et 0^m,37 patent; mediam seu mediocrem (med.), ubi inter 0^m,37 et 0^m,27; minorem (min.) denique, ubi hanc ultimam amplitudinem non attingunt. Materia autem foliorum membranea intellegatur, nisi distincte indicetur esse chartacea.

Singulis prioribus Catalogi tomis unum tantummodo indicem subiciemus, sanctorum videlicet nomina continentem quorum Acta in eodem tomo memorata vel edita sunt; ultimo vero plures alios, nimirum auctorum a quibus illa Acta conscripta sunt, virorum vel collegiorum quorum singulos codices quondam fuisse notum est, ac tandem librorum vel collectionum quae documenta in Catalogo memorata continent.

Restat ut, sicut habemus, summas gratias referamus cl. vv. Leopoldo Delisle, Bibliothecae Nationali Praeposito, necnon et Michaeli Deprez, Henrico Omont et ceteris qui provinciae codicum manu scriptorum praefecti sunt, quippe qui nullum humanitatis officium praetermiserint quo et studiis nostris faverent et subinde etiam opem afferrent.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 1 (Cod. 3). De isto codice fuse cl. L. Delisle, Cab. des mss., tom. III, p. 250-52.

- » 56 (Cod. 1240). *Cfr. ibid., p. 271-74.*
- » 64, *lin. 1,* *pro Cod... 1900 lege Cod... 1700 A.*
- » 65, » 4, *pro p. 55 » p. 56.*
- » 142, » 3, *pro 55-81 » 57-81.*
- » » » 23, *pro fol. 156^r-156^v » fol. 56^r-56^v.*
- » 146-148. *Eadem carmina nunc e cod. 18304 edita sunt in Neues Archiv etc., tom. XV (1889), p. 122-26.*
- » 275, *lin. 16,* *post Ed. ibid. adde tom. II.*
- » 327, » *ult.,* *pro p. 73-76 lege p. 773-76.*
- » 435, » 20, *pro sanctorum » sanctorum.*
- » 465, » 5 *a fine,* *pro p. 129 » p. 133.*
- » 471, » 19, *pro tom. II » tom. I.*
- » 485, » 8 *a fine,* *pro p. 430-37 » p. 130-37.*

Quae vero praeterea emendatione indigere adverterit prudens lector nobiscum ne communicare gravetur.

C A T A L O G U S

CODICUM HAGIOGRAPHICORUM LATINORUM

BIBLIOTHECAE NATIONALIS PARISIENSIS.

I. Codex signatus numero 3.

Olim Sancti Mauri Fossatensis, deinde Regius R. 222, P. 222, C. 3632.

Foliorum 400, maj. (0^m, 495 × 0, 38), columnis binis, exaratus saeculo IX.

1^o Epistola Odonis abbatis monasterii quod ex antiquo Glannafolium appellatur ad Adalmodum sanctae Cinomannicae matris ecclesiae archidiaconum de inventione vitae beati Mauri : in qua etiam libellum se ei subnectere pollicetur de praesentis temporis miraculis per eundem sanctissimum virum celebratis, quae se a venerabilibus et adhuc superstitibus comperisse adfirmat personis, quae se magis visa quam audita narrare testantur (fol. 393^r-393^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 15 Jan., tom. 1, p. 1031-52 D.

2^o Epistola Fausti monachi editoris vitae beati Mauri, quam loco praefationis suo praeposuit operi, ad omnium se in ea asserens laboravisse aedificationem monachorum qui sub orientis et occidentis, meridiei ac septemtrionis commorantur axe, communem dumtaxat in Deo datam omnibus retinentium fidem. De quo opere beati Bonifacii Romensis papae auctoritate subnixo nullus fidelium dubitare permittitur (fol. 393^v-394^r).

Ed. *ibid.*, p. 1039-40 (num. 1-6).

3^o Capitula sequentis operis (fol. 394^r-395^r).

Hunc indicem, hactenus ineditum, hic transcribere visum est. Vid. *Append.*

4^o [Vita sancti Mauri] (fol. 395^r-401^v).

Vita auctore Fausto (non interpolata nec adulterata), qualiter edita est *Act. SS.*, tom. cit., p. 1040 (num. 7)-50.

5° Libellus seriem miraculorum praesentis temporis decurrens quae per beatum Maurum divina dignata est operari majestas, quaeque ab Odone abbate plena fide expressa sunt (fol. 402^r-407^r).

Translatio S. Mauri, auctore Odone, ed. *ibid.*, p. 1052 F-60. Desideratur in codice inscriptio praefationis (*Dilectissimo fratri*, etc.).

Appendix ad cod. 3.

CAPITULA VITAE S. MAURI (Cfr. supra, p. 1, 3°).

Incipiunt capitula sequentis operis.

Cap. I. Quod post apostolorum praedicationem diversi circumquaque sancti viri extiterunt, perfectionem totius sanctitatis ac doctrinae a Deo consecuti : inter quos sanctus Benedictus tempore Justiniani senioris lucidius effulsit ; et quod vita ejus a beato Gregorio edita est, et ea quae huic operi congruebant ex ipsa 5 assumpta sunt.

II. Quod beatus Maurus, clarissimo senatorum genere exortus, duodennis sancto Benedicto est traditus : a quo magis aliis dilectus, imitatione magistri sui austere satis corpus proprium jejuniis, vigiliis abstinentiaque omni tempore et praecipue quadragesimae macerabat, et quod illum beatus magister suus aliis 10 imitandum proponebat ; et de humilitate ejus et perfectione virtutum.

III. De monacho quem beatus Maurus vidit sequi daemone, a quo foras tempore orationis trahebatur ; et quod sanctus Benedictus testem eum participemque hujus virtutis esse voluit.

IIII. [Q]uod Placidum puerum, per terram se ire existimans, sed super aquam 15 currens, de lacu eripuit, et de amica magistri et discipuli contentione puerique testimonio de abbatis melote ; et quod sanctus Benedictus consortem eum tanti miraculi esse voluit, ut hominibus ejus sanctitas per hoc innotesceret.

V. De ferramento quod sanctus Benedictus manubrio restituit, prius per beatum Maurum comperto quod in lacum cecidisset, et de paenitentia eidem indicta, 20 et de argumentandi facultate qua omnibus paene virtutibus magistri interfuisse intelligitur.

VI. De puerulo claudo et muto a beato Mauro ante fores monasterii sanato, et de aestimatione beati Benedicti, qua eum venerandum cunctis esse censebat.

VII. De legatione missorum Cinomannici antistitis, et quia beatus Benedictus 25

eis sanctum Maurum adsignavit, ac reliquis, quos cum eo mittebat, non minus quam sibi parere praecepit; simul et allocutio ejus ad omnem congregationem et exhortatio ad nos, quos dirigebat; deductio quoque nostra et dona quae sancto Mauro proferri jussit, et mandatum ejus ad Cinomannicum praesulem.

5 **VIII.** De prima mansione, quam in possessione monasterii habuimus; et de duobus fratribus per quos sanctus Benedictus * beato Mauro capsulam reliquiarum et epistolam prophetalem misit; et quod ea lecta beatus Maurus multum hilaris effectus, eosdem fratres ad sanctum Benedictum cum gratiarum remisit actione.

* *cod.*
Benedicto.

10 **VIII.** De eo ubi Vercellis advenimus, et de sanatione Harderadi et veneratione civium quam pro hoc facto erga sanctum habuerunt Maurum; et quod ipso Harderado deprecante uno die post ejus sanationem in eadem mansimus urbe.

X. De Sergio famulo, cujus contritum pedem beatus Maurus per virtutem crucis sanavit.

15 **XI.** De caeco nato precibus ejus inluminato in foribus ecclesiae pretiosorum martyrum Thebaeorum, et quod ipse Linus clericatus officio postea functus sit in eadem ecclesia.

XII. De adolescente Eligio filio Remegae viduae, qui de ipsa ultima morte ejus orationibus vitae est restitutus, et postea monachus in Lirinensi monasterio est
20 effectus.

XIII. Quod adpropinquante sollemnitate paschali in pagum Antisiodorensis devenimus et sanctum pascha cum beato Romano egimus; et de transitu beati * Benedicti, quem sanctus Maurus in horomate conspexit; et de voluntate Romani, qua se nobiscum ire velle dixit.

* *haec vox
in cod.
bis scripta
est.*

25 **XIII.** Quod Aurelianis venientes obitum Cinomannici antistitis audivimus, et inde tristes effecti, beati Mauri exhortatione relevati sumus; et de consilio Harderadi et profectione eorum ad substitutum episcopum.

XV. Quod Cinomannicus antistes, causa legationis ab eis agnita, propriis coeptis se insistere magis quam aliorum velle dixit, et quod haec juxta voluntatem
30 Dei fiebant; et de loco qui a decessore ejus fuerat provisus.

XVI. Quod Harderadius nepotem suum beato Mauro transmisit et ut Andegavensem adire pagum festinaret mandavit; et de adventu nostro et de consilio Harderadi ac consobrino suo nomine Floro et voluntate ejus ac loci consideratione.

35 **XVII.** De Theodeberto rege, in cujus regno Florus magnam obtinebat potestatem, et de petitione qua regem petiit ut ei ejus permissu tam beatum Maurum quam nos recipere liceret; et de permissione ac promissione regis et de adventu Flori ad nos et receptione beati Mauri et congratulatione Flori et nominis Domini benedictione pro nostro adventu.

40 **XVIII.** De voluntate Flori quam beato Mauro de constructione coenobii manifestavit et de responsione et consilio beati Mauri ad illum; de oblatione quoque Bertulfi et oratione ac promissione ejusdem Flori et de pluribus artificibus ac

situ loci, aedificatione quoque et ratione oratorii beati Martini ; et de potestate Flori in Andegavensi pago.

XVIII. De Langiso caementario de alto lapso et ejus precibus sanato et ad opus proprium remisso, et admiratione Flori pro hoc facto erga sanctum Maurum.

XX. De liberatione duorum operariorum qui a daemone vexabantur et tertii resuscitatione, qui simul sancto viro derogaverant ; et de mandato quod illi qui suscitatus fuerat imperavit.

XXI. Quod octavo anno adventus nostri monasterium omne constructum ac dedicatum est et de constructione quatuor ecclesiarum.

XXII. De profectioe Flori ad regem Theodebertum et de licentia quam ab eo expetiit ; et de promissione regis ac ejus adventu ad monasterium, et donatione fisci qui Boscus vocatur ad eundem locum, et de aliis donis quae ibidem contulit, et de tonsione Flori ac refectione quam sancto viro deprecante rex ibidem percepit, et quod ipso die Andegavis rediit post exhortationem quam ad Florum habuit.

XXIII. Quod sanctus Maurus altera die ad recipiendum fiscum aggressus, paralyticum quendam benedictione data ibidem sanavit ; et quod reversus ad monasterium verbum vitae fratribus adnuntiabat ; et de numero fratrum qui ab eo praefixus est ; de morte quoque Flori ac perfectione filii ejus Bertulfi.

XXIII. Quod mortuo Theodeberto filius ejus Theodebaldus in regnum successit et tam beatum Maurum quam locum ipsum juxta patris sui imperium quoad vixit tempore plurimum dilexit ; et quod illuc veniens duas villas ibidem contulit ; et quod immatura morte praeventus, Clothario principatus monarchiam reliquit.

XXV. Quod Clotharius frequenter sancti viri consiliis utebatur, et de promissione ejus ad fratres sibi a beato Mauro directos ; et quod ejus tempore, in possessione monasterii cui Gaudiacus nomen est, beatus Maurus sexaginta et eo amplius viros de parvissimo vasculo vini tribus vicibus potavit, et quod hoc miraculo Heliseo similis est aestimatus ; et quod ex eo ad monasterium revertens, plebeium quendam ab ulcere canceri signo crucis contra edito liberavit.

XXVI. De adventu Clotharii regis ad monasterium et quod ibi fiscum regium qui Blazon nuncupatur et villam quae Longus Campus dicitur auctoritate regia delegavit ; et quod sua regali ac testamentaria auctoritate congregationi ipsius coenobii electionem propriam per succedentia tempora habere permisit, exinde profectus cum sancti viri benedictione.

XXVII. Quod ex eo tempore sanctus vir de monasterio egredi jam nolebat ; et de ordinatione praepositorum ac fervore ejus in sancto proposito et de augmentatione religionis sancti gregis ; et quia tricesimo octavo foundationis ipsius monasterii anno, cum finem vitae suae propinquare cognovisset, remotiorem vitam sumere delegit, prius sibi cum assensu totius congregationis Bertulfo substituto abbate, duobusque ad sibi cohabitandum electis fratribus.

XXVIII. De diaboli apparitione et terrifico strepitu et angeli blanda visione et veridica praenuntiatione.

XXVIII. De convocacione totius congregationis et oratione quam ad eos protulit, ac praeparatione eorum, et quod infra quinque menses centum sedecim ibi obierunt fratres.

XXX. Quod novissime sanctus vir lateris dolore xviii kalendarum februaria-
rum die ante altare beati Martini feliciter migravit ad Dominum; et de sepultura ejus, et de admirandis quae ibidem fiunt meritis ejus operibus.

XXXI. Quod post obitum ejus biennio a beato Bertulfo detenti sumus; et tempore Floriani ad vos reversi haec scribere compulsi sumus a vobis; et de tempore vitae ejus.

Expliciant capitula.

II. Codex signatus num. 130.

Olim « De camera compotorum Blesensi », deinde Regius R. 1685, P. 1831, C. 4059.

Foliorum 122, min. (0^m,253 × 0,18), lineis plenis (praeter documentum mox citandum, quod binis columnis descriptum est), exaratus saec. XII.

Passio sancti Victoris metricè dictata a Hugone Lingonicae civitatis episcopo (fol. 3^r-6^r).

Ed. sub nomine Marbodi Redonensis episcopi inter hujus opera, P. L., tom. CLXXI, p. 1613-26. Imperfecta desinit eodem versu quo edita.

III. Codex signatus num. 196.

Olim Sancti Martialis Lemovicensis 15, deinde Regius C. 4508. 3.

Foliorum 153, min. (0^m,19 × 0,13), lineis plenis, exaratus diversis manibus (seu potius compactus ex laciniis diversorum codicum) saec. IX (fol. 97 sqq.) et saec. XII (fol. 1-96).

1^o Vita sancti Nicolai (fol. 9^r-20^v).

Ed. ap. Nic. Carminium Falconium, *Sancti Nicolai Acta primigenia*, p. 112 sqq. Desinit codex in posteriori parte capitis XXI (p. 123, col. 1 extr. *Piissimus autem confessor beatus Nicolaus*), deficientibus quae sequebantur foliis.

2^o [Vita et miracula S. Hilarii] (fol. 61^r-67^v).

Auctore Venantio Fortunato, ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Jan., tom. I, p. 790-93.

3^o [Alia miracula S. Hilarii] (fol. 69^v-73^v).

Eadem quae leguntur in codice Carnotensi 204, fol. 106^v-109^v (*Anal. Boll.*, tom.

VIII). Inscriptio primi miraculi in codice nostro est hujusmodi : *Quale miraculum Dominus in synodo per sanctum ostendit Hylarium.*

*(a.m.)
corr. ex
alius sermo.

4^o Item aliud miraculum * (fol. 76^r-78^r).

Ineditum, ut videtur. Vid. Append.

5^o [Alia miracula] (fol. 84^r-87^r).

Miracula quatuor S. Hilarii intercessione impetrata. Subjuncta sunt sermoni paraeneticum de eodem sancto et, ut videtur, inedita. Vid. Append.

Appendix ad cod. 196.

MIRACULUM S. HILARII (Cfr. supra, 4^o).

Item aliud miraculum.

1. Aliud quoque beneficium, quod Jesus pius pastor viro venerabili beatissimo Hilario confessori benigne contulit, apertissime declarandum est. Qui dum vixit in corpore, dux atque decus extitit Aquitaniae, luminibus expertis solis istius lucifer patriae a rege regum electus est totius orbis et rectore. Dictis cunctos
 * *ita cod.* 5 pascebat mellifluis, diurnis horis sociosque *diversis Domini serens semina quae
 * *ita cod.?* nunc ovanter metit centuplum, luminis * divinae Scripturae, sancto plenus Spiramine, docuit veraciter fideles fidei catholicae. O schola felix, quae ditasti beatum virum praeclaris rivulis sanctae et individuae Trinitatis cum magni studii labore. Alta procedens prosapia, gliscebat corde perlustrans eximia, intellectus bonus e 10 caelo sibi manans, omnes actus saeculares execrans, divinos tamen cum magno emolumento augebat mores. Languentium quoque catervas visitabat et pauperum; cum non haberet terrestres pro intercapedine terrarum diversarumque regionum gazas, praebebat illis dapes mirabiliter caelestes. Morbis autem letiferis captos vir venerandus sanavit quam plurimos, quos calculo nequimus scribere 15 nec apicum signis comprehendere.

2. Sed tamen inter cetera miracula ipsius beati viri innumerabilia miraculum, quod factum est divinae pietatis gratia noviter ante illius sepulcrum, anno non-gentesimo quadragésimo sexto nativitatís Domini nostri Jesu Christi, in suo oratorio super altare beati Petri apostoli gloriose exaltatum, non est tacendum. 20 Quaedam namque puella, nomine Susanna, ambobus pedibus ardens graviter fumosa, in vicinitate castrí Tornacensis nata, toto corpore jam erat paene contrita, nihil sperans praeter mortem exusta. Dum inter se sermocinarentur parentes ejus contristantes et cum magno luctu hejulantes pro tam terribili gladio pestifero 25 propter peccata populi graviter super eos descendisse, ad ultimum vero consu-

luerunt Evae, ardentis puellae matri, ut ad tam pretiosi viri sepulcrum mirificum suam filiam quantocius conduceret ardentem. Quid plura? Licet tarde, concurrerunt Eva mater sana pro viribus et Susanna ardens filia, auxilium salutis praestolantes a beato Hilario praesule praecellentissimo more jam solito, plurimis infirmantibus [sanitatem] dare Christo favente consueto.

3. Cum autem descendissent mater et filia ad Biberis fluvium, pes ardentis cecidit; et pietate Dei, ut viderunt locum sepulcri, a puella ardenti recessit ardor incendii. Statim clamavit puella coram cunctis: *Salva sum atque sana divina Christi clementia per beati Hilarii merita*. Velociter autem pro viribus ad atrium accesserunt ad vesperum; sedato incendio puellae jacuerunt ibi nocte illa mater cum filia. Jam vero quadraginta dies et noctes excesserant in quibus laboravit sine somno ipsa ardens puella, ut sua genitrix fatebatur. Ipsa vero nocte, Dei pietate et beato viro auxiliante Hilario, dormivit Susanna absque ulla incendii fatigatione; et ut sibi visum est numquam se tam suavius dormivisse.

15 Experge autem facta dixit: *O beate Hilarii, cujus beatitudo tam praeclsa est apud Deum in caelo, porro beati qui habitant in proximo ad atrium ecclesiae mausolei, quo beata quiescunt corporis tui membra.* * ita cod.

4. Cum haec talia diceret ipsa, affuit ibi quidam sacerdos ipsius loci secretarius, interrogans: *Qualiter te contines, misera?* At illa: *Christo propitiantem,*

20 *inquit, nullum incendii dolorem precibusque sentio sancti, nisi solummodo sanguis et sanies defluunt de ipsius pedis quem perdidisti venis.* Idem vero sacerdos cucurrit extemplo nuntians rectori, viro videlicet catholico ejusdem beati viri ecclesiae decano, quae dixit paupercula. Qui statim fuis praegaudio lacrimis, quantocius ad tumulum beati patroni Aquitaniae properavit, rogans ut omnes adelfi optimates ad ecclesiam insimul convenirent; quod ita factum est sabbato die vigilia pentecosten. Cum autem in unum convenissent fratres ante altare in circuitu incentivae dicentis jam se non sentire incendium suae passionis, caritase fuderunt preces Domino praeclaras odasque suaves et mirificas, sanctorum orationes unanimiter implorantes, hymnidicisque vocibus cum psalmodiis

30 *Christum pium collaudantes ita: Jesu bone, dextra Patris, mons et agnus, ipse lapis angularis, ecclesiae sponsus, columna immobilis omnibus in te fidentibus, et flamma Moysi in rube apparuisti, pastor quoque et janua atque via veritasque et vita, da gloriam et honorem hodie tuo fideli beato Hilario, ad cujus atrium haec miserrima deducta est, inter-*

35 *ventu beatae Mariae genitricis tuae, ad quam Gabriel archangelus annuntiavit te, Verbum Patris sibi coaeternum, Spiritu sancto cooperante quod conceptum est et susceptum in utero materno. Haec est summa, haec est sancta virgo, vera mater venerabilis, quae a fide non recessit, sed exstitit stabilis. Igitur, o pastor bone, non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam, praebens huic captivae medelam tuae misericordiae, ut ab omnibus glorificetur nomen tuum in aeternum.* Post haec expleta divina mysteria ipsius diei, id est vigilia pentecosten, unusquisque cum silentio ad

* ita cod.
* cod.
hymnis
dicisque.
* ita cod.

locum recessit habitationis suae. Ipsa vero in atrio ecclesiae sumens cibum confortata est, nihil dubitans de refrigerii remedio, quod jam recepisset a pastore Pictavensium glorioso.

* *cod. ples.* 5. Sequenti autem die dominica pentecosten, plebs * de civitate et de suburbio diversarum personarum utriusque sexus more solito, sed tamen audito melius 5
* *cod. miracula.* miraculo *, pervolarunt cum luminaribus, et prae gaudio fuis lacrimis ad domni Hilarii sepulcrum cum gratiarum actione prostrantes [se] in oratione, ut psalmista ait, *constituerunt diem sollemnem in condensis usque ad cornu altaris*. Fit clericorum conventus, populorum concursus, postulantes a sacerdote missam sanctae Trinitatis gloriose pro se et pro cunctis mente devota celebrare ad caput 1
beati Hilarii confessoris egregii, ut nullus de sua diocesi pateretur hoc tormentum incendii; sed si aliunde sunt venturi, per preces ejus pietate Dei utinam efficiantur sani. Dum ita missarum celebrarentur mysteria, ipsa paupercula jam dicta sub taciturnitate silentii progrediens absque pedum gressu, in manu gestans cereoium, ad altare quo erat sacerdos veste praeclara splendidus, testata est cum 11
gratiarum actione beato Hilario coram cunctis, dicens nullum se calorem maligni incendii sentire. Missa vero expleta matutinali, tota ecclesia personuit cantu clericorum dicentium *Te Deum laudamus* usque in finem cantus; sonus signorum intonuit, tanta vox populorum laudantium Deum ac dicentium: *Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis*. Articuli autem 2
pedis alterius pauperulae hujus de qua loquimur jam defluebant paene cadentes sicut cera liquescit a facie ignis. Sed pius pastor Pictavis medicamentum salubre non distulit tribuere. Fonte lacrimarum populo rigante, incendium recessit, pedem sanavit puellae cum toto corpore, articuli liquore retroacto * sani effecti sunt atque siccati, dono Dei suo fideli Hilario permanentes illaesi. Omnis autem 2
* *cod. retroacti.* plebs gloriosa Pictavis, gaudens et glorificans Deum, discessit ad propria.

6. Nec minus vel dissimile est miraculum quod actum visum est a Domino eadem die pentecosten per eundem antistitem sacrum. Quaedam femina de longinquo veniens, versutia callidi hostis vexata; postulans vero chorus clericorum voxque una populorum a viro sancto Hilario ut per divinae pietatis gratiam haec 3
misera mentis reciperet sanitatem. Porro mulier mentis salutem gaudens recepit, quam causa delicti fortasse perdiderat. Quae etiam ad atrium sepulcri munus votivum videtur annuatim exsolvere, ministrans obsequium pietatis infirmis ibi residentibus.

ALIA MIRACULA S. HILARII (Cfr. supra, p. 6, 5°).

3

X... Ut autem quam prope sit omnibus se toto e corde invocantibus, superbisque omnino infestus, plenius agnoscat, opitulante Domino nostro Jesu Christo, quem dilexit affectu toto, aliqua praeclara, quae per eum nostra memoria Deus peregit, facinora subiciemus. De veritate vero rerum nullus ambiguitatis relinquitur locus, praesertim cum eorum qui haec inspexere multus supersit adhuc 4

testium numerus. Hoc etenim quod in prima fronte dicemus nobis coram positis gestum est : quod tanto certius proferemus quanto per nos ipsos scire potuimus. Sanctonica itaque in provincia castrum Solbisiae situm est, cui primo ordinationis regis Philippo * anno puppim quandam non minimis mercimoniarum copiis refer- * *ita cod.*
 5 tam ex Britanniae finibus contigit appulisse *. Cumque aliquod tempus inibi remiges ejusdem navis explerent priusquam sua negotia ad votum supplerent, arecessiens eos dominus oppidi, coegit secum ut rapinas ac incendia in terram cujusdam sui inimici exercerent, asserens quod haec omnia impune facere possent. Quo cognito hi quibus ista promittebantur, mox ut sese eorum aspectibus
 10 infunderunt *, tanta fortitudine erga eos usi sunt ut plurimis acerrime vulneratis omnibusque fugatis, ad sua cum grandi dedecore redire compulerunt. Inter illos vero quidam erat, ut ferebatur, nobilissimus, qui sagitta in alvo fortissime adeo sauciatus est ut hastula abstracta ferrum intimis, ut rei exitus docuit, remaneret. Cumque ad curandum eum, utpote opulentissimum virum, nonnulli
 15 medicinae artis periti asciti essent, uti illud genus hominum assolet, ferrum indagare omni sollertia coeperunt, et non invento, illa in hastula ferrum non fore, quando is elisus est, mentiti sunt. Adhibita deinde quaedam unguenta, in brevi forinsecus curata illa est plaga. Tum vero aegrotare acrius miser coepit et in tantum languescere ut socios de ejus vita cogeret desperare. Quidam itaque
 20 lunaticus Britto, Aquitanica loquela penitus ignarus, in eodem castello morabatur per id tempus ; quique ad eum venire, ac patria lingua cohortari erat solitus ut, si vivere vellet, ad beati Hilarii basilicam accederet, quae non longe ab eodem vico habetur, ad cujusque parochiam locus ille pertinere videtur antiquitus. Cumque ejus monita, utpote lunatici, surda aure praeteriret, die quadam dum de
 25 monasterio beati apostolorum principis Petri sociorum manibus praefatus aeger adveheretur, anhelabundus occurrit phreneticus, coramque omni populo contra sancti Hilarii oratorium versis ulnis ambobus (dextera equidem illi dudum abscisa fuerat manus) et nescio quid barbarum frendens, hoc unum intelligere poteramus : *hiat, hiat, altro Hilarius, altro Hilarius*. Vespere igitur subsecuto,
 30 ad sancti basilicam rogat se deferri languidus, accensisque luminaribus ad excubandum se praeparat devotus. Nec defuit ei beatissimi Aquitanorum ducis pietas, quin per ejus merita pristina in eo et forsán validior recuperaretur sanitas. Itaque circa noctem mediam, dum is quem dolor vexabat vigilaret, reliquis dormientibus, necessitate pulsatus, sagitta tamdiu in homine reclusa non sine gravi
 35 dolore purgatione ventris exire compellitur ; ac demum qui paulo ante aliorum humeris fuerat allatus, gressibus propriis sua repedit ad hospitia laetissimus. At ubi tantae rei rumor aures fidelis * percudit populi, videres utriusque sexus pau- * *cod. fideli.*
 40 peres ac divites, juvenes ac senes, illo ac si ad quaedam insignia spectacula [accurrere] et Deum benedicendo omni affectu praedicare, qui sanctum suum tanti novitate miraculi dignatus fuerat honorare. Hujus sane facti non unum ego testem adhibeo, sed omnes qui tum in eodem degebant oppido.

XI. Alio rursus tempore quidam nobis bene cognitus monachus, cujus vocabu-

lum si aliquid haberet utilitatis, edicere forte possemus, dum in coenobio beati
 * *vox de-* confessoris * Christi Martialis expleret aliquod abbatis sui jussu tempus, gravis-
leta in cod. sismo incommodo astrictus, ad extrema paene est deductus. Cumque in dies gra-
 viori semper languore perurgeretur, eique propemodum horrore omnis esset
 * *cod.* cibus, quadam nocte post parvissimam somni * degustationem evigilans, illis 5
somnii. acerrimis dolorum aculeis, quos vulgo spunctas nuncupamus, adeo sese repperit
 obsessum ut sinistra sub scapula apertum sibi videretur foramen non modicum,
 cujus vexatione ita brevi spatiolo sensit se fore confractum ut neque proprio
 satiare halitu neque in aliud latus valeret declinare ad votum. His itaque miseriis
 dejectus, cum quid ageret quorsumve se verteret ignoraret, pater piissimus 10
 occurrit memoriae Hilarius et multa quae quondam de miraculis audierat ipsius ;
 moxque parumper melioratus, talibus eum invocat faminibus : *Nec te, potentis-*
sime Christi sacer, latet quibus passionum stimulis coartor, quibusve
calamitatibus vitali deficiente flatu ad necem totus pertrahor. Idcirco
solita pietate misero mihi subveni et exstingue in me precibus iram 15
quam merui. O mira Hilarii pietas. Prius quidem quam haec plene perorasset,
 * *ita cod.* reclinato capite parieti lectulo suo connexae *, ac pro emplastro opponens dexte-
 ram ei quod se cruciabat foramini, tanta suavitate consopitur quantam nec sen-
 serat aliquando, et jam sanissimus atque ignorante se caelestis medicina * optatam
 * *cod.* salutem obtentu amatoris Christi domni Hilarii in eo operatur. Denique [cum] 20
medicana. ad nocturnalem synaxim pulsaretur signum, omni fugato dolore expergiscitur,
 ac multimodas Deo sanctoque ejus refert gratias, quo annuente ab ipsis mortis
 ereptus est faucibus. Hoc ne quis putet confictum, nos ab illo accepimus cui tale
 concessum est solatium.

[XII.] **Item aliud miraculum.** — Adiciatur deinde aliud miraculum, quod 25
 quamvis ordine sit tertium, dignitate videri potest primum. Quidam etenim
 homuncio, laticem a quodam fonte ebibens absque signaculo Christi, sanguis-
 gam absorbit. Quae justo Dei judicio multa per tempora ejus oblinens viscera,
 efficitur permaxima, illiusque hauriens cruorem, totius imbecillitatis fit causa.
 Deficiebat siquidem in eo cum dolore vigor, atque jugis cotidie augmentabatur 30
 dolor. Perquiritur interim circume circa ab affinibus medela tanto negotio * apta :
 * *cod.* qua non inventa, altiori consilio ad beati Hilarii eum deferunt atria. Introgressus
negotia. itaque, coram sancto sepulcro prosternitur, orationeque praemissa, male * a se diu
 * *cod.* nutritam * evomens bestiolam, cunctis qui aderant cernentibus, ac demum ere-
nutrimenta. ptori suo pia persolvens laudum praeconia, ad sua revertitur. Verum quoniam haec 35
 beneficia a sancto viro supplicibus suis concessa per Domini clementiam mon-
 stravimus, restat ut quae praemia aliquibus in sese non in Deo fidentibus irroga-
 verit revolvamus. Hujus nempe sancti praesulis pietas ut parcere consuevit sub-
 ditis, ita et rectitudo * contraire superbis. Castello igitur Faiae vocato temporaliter
 * *ita cod.* quidam praefuit Aimericus, non infimis quantum ad mortales natalibus ortus, 40
vel Anusi. sed quantum finis vitae docuit, moribus vixit tyrannus. Hic sane quandam locu-
 pletam curtem beati Hilarii cui vocamen Amisi *, vastare ac depraedari, sed et

colonos ejus injuste fatigari erat solitus, ita ut quosdam fugaret oppressio illius. Cumque de emendatione tantae pravitatis a quibusdam religiosis instigaretur, verbis eorum insultabat, credens fortassis ne de talibus curaret vir sanctus. Sed cum arbiter justissimus terminare decerneret malitiam ejus, dirissimo daemone
 5 corripitur, amensque effectus lacertorum * dentibus hocque crebrissime ingemi- * *ita cod.*
 nare: *Sanctus me enecat Hilarius, Sanctus me enecat Hilarius.* Cujus miseriae compati decernentes quidam [f?]miliarum ejus, Pictavis advolant, quaedam munu[s]cula offerentes sancti misericordiam implorant, sed minime impetrant. Nimum quippe sanctum Dei offenderat vivens, ideoque ejus benignitatem
 10 non sensit moriens. Aliquantis itaque diebus [cum] irremediabiliter plecteretur, praefata verba miser arripuit, sicque hominem invitus exivit.

Item XIII. — Alius nihilominus extitit, vocabulo Stephanus, Frico cognominatus, qui terreno amminiculo usus, contra voluntatem clericorum ejus quendam beati cum omni reve[re]ntia saepe taxati Hilarii honorem invadere est ausus, nec
 15 tamen diu gavisurus. In illa etenim turre, quae male a se aggressae * dignitatis * *cod.*
 caput videtur, quiescens, auriculari digito mirae magnitudinis serpentem inesse aggre sese.
 trisulcique lingua os suum lacessere ac venena jactitare velle videt; moxque nimirum mordaciter illum increpans beatus Hilarius apparet, cur aliquid sui juris tenere sine suorum nutu praesumpsisset, atque excusso de sub capite ejus
 20 pulvillo, valde perniciousiter percussit citimque subsecuturam inrevocabilem paenitudinem spondit. Nimirum is tanto terrore percussus evigilat, eosque qui sibi parebant furibunde satis advocat, quae erga se gesta sunt narrat, ut citius hinc educeretur obsecrat. Ipsa vero eadem hora arcem illam cum omnibus quae ad eam pertineba[n]t rebus deserens aufugit, et quo potuit in brevi finitura membra
 25 composuit. Postremo veluti satisfaciendo pretiosissimum lapidem sancto contradidit, seque miserum se peccatorem clamitans vivendi finem fecit. Suppetunt hoc in lo[co] multa ad gloriam sancti viri dicenda, sed ne inculca loquacitate doctorum aures fatigemus, de his interim silere disponimus, praesertim cum his pauculis dictis quid sibi de illo humiles quique sperare debeant expresserimus. Qui
 30 autem perversis actibus cum offenderunt aut offendunt, quique verbis mendacibus contra ipsum in auribus, quoniam aperte non audent, garrunt, quid his exemplis ammoneantur ipsi viderint, attendantque qui[d] se sequatur post paululum nisi linguas manusque refrenarint. Nos peccatorum nostrorum ponderibus pressi, de talibus * ex toto tacebimus negotiis. Ceterum quid humana infirmitas dignum
 35 laudi ejus dictitare poterit, cum is, in quo vita beata vivit, aeterna laus ejus sit? * *cod.*
 Sed tu, o sanctissima anima, malis nostris succurre[re] dignare compassione pia, litalibus.
 eosque qui nos impugnant potenter expugna, quo per te ad sempiterna pervenire queamus bona et regem in decore suo cernere visione perpetua: cui vera est et perennis gloria, per infinita saeculorum saecula. Amen.

IV. Codex signatus num. 317.

Olim Puteanus, deinde Regius C. 4060.

Foliorum 150, min. (0^m,205×0,19), lineis plenīs, exaratus saec. XI.

1^o Passio sancti Laurentii martyris (fol. 144^r-149^r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II.

2^o [Versus paracterici de S. Benedicto] (fol. 149^r-150^r).

Ed. ap. Paulum Diaconum, *Hist. Langob.* (ed. Bethmann et Waitz) lib. I, cap. 26 (p. 64-67).

V. Codex signatus num. 340.

Olim Colbertinus 3869, deinde Regius C. 4306. 5. 5.

Foliorum 189, min. (0^m,20×0,12) lineis plenīs, exaratus saec. XIII.

Inventio sanctae Crucis (fol. 33^r-44^r).

Ed. apud Mombritium, tom. I.

VI. Codex signatus num. 528.

Olim coenobii Masciacensis in dioecesi Bituricensi (1), deinde Sancti Martialis Lemovicensis 145, postea Regius C. 4321. 4.

Foliorum 181, min. (0^m,19×0,13), lineis plenīs, exaratus saec. IX.

Vita beati Audoeni episcopi (fol. 140^r-148^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Aug., tom. IV, p. 805-9.

VII. Codex signatus num. 564.

Olim Fiscanensis, deinde Regius R. 2001, P. 2207. C. 4367.

Foliorum 152, min. (0^m,23×0,17), lineis plenīs, exaratus saec. XII.

Vita sanctae Mariae Aegyptiacae (fol. 48^r-68^r).

Vita metrica ab Hildeberto Cenomanensi episcopo conscripta (quod et in codice notatur ad finem documenti), ed. P. L., tom. CLXXI, p. 1321-40.

(1) L. Delisle, *Cab. des mss.*, tom. II, p. 382.

VIII. Codex signatus num. 584.

Olim Puteanus, deinde Regius C. 4429.

Foliorum 130, min. (0^m,21×0,155), lineis plenis, exaratus (usque ad fol. 117) diversis manibus saec. XIII; sed in fine (fol. 118 sqq.) insertus est codex vel lacinia codicis saeculi X, quem complevit manus saeculi XII.

1^o Vita Benedictae virginis almae : idibus octonis celebratur passio ejus, octobris mensis qui dictus ab ordine sic est (fol. 118^r-127^r).

Ed. in *Act. SS.*, ad d. 8 Oct., tom. IV, p. 219-22.

2^o Passio sanctae Luciae virginis et martyris (fol. 127^r-129^r).

Ed. ap. Surium, ad d. 13 decembris (p. 247). Praetermissi sunt numm. 5-6.

3^o Passio sancti Fusciani sociorumque ejus (fol. 129^r-130^r).

Compendium Actorum quae edidit Ghesquière, *Act. SS. Belgii*, tom. I, p. 166-69.

IX. Codex signatus num. 666.

Olim Colbertinus 5518, deinde Regius C. 3955. 5.

Foliorum 81, med. (0^m,275×0,19), columnis binis, exaratus saec. XIV.

Capitula beati Hieronymi de vitis patrum; sed praemittit prologum ad Johannem (fol. 74^r-81^r).

Excerpta ex libris de Vitis Patrum. Satis erit hic indicasse initia praefationis et indicis capitulorum. Itaque

Inc. praef. *Jussis tuis parens, o mi carissime Joannes, pauca tibi de gestis sanctorum patrum miracula conscripsi, ea videlicet eligens quae ad aedificationem fidei, patientiae...*

Inc. ind. capit. *De trimoda charismatum gratia. De abbate Machario. De alio Machario. De abbate Sivio. De sancto Apollonio. De eodem. De patre Mucio. De quo supra. De eodem. De sancto Heleno. De sancto Apelle. De sancto Pafnutio. De obedientia cujusdam fratris. Quod daemones humilitate vincantur. Quod sermo superbus bonum hominem malum facit...*

X. Codex signatus num. 673.

Olim Fulcardimontanus (1), deinde Colbertinus 2607, postea Regius C. 3826. 6. 6.
Foliorum 207, med. (0^m,34×0,23), columnis binis, exaratus saec. XIV.

[Miraculum de viro qui quod arari praecepisset
B. Mariae Magdalenae festo die plexus fuerat, (a B.
V. M.) sospitati redditur] (fol. 205^r-207^r).

Caput xi libelli a Guiberto de Novigento conscripti *De laude B. Mariae* (P. L.,
tom. CLVI, p. 368-72).

XI. Codex signatus num. 740.

Olim Sancti Martialis Lemovicensis 120, deinde Regius R. 47, C. 3584. 2.

Foliorum 200, maj. (0^m,40×0,31), columnis binis, exaratus saec. IX-X.

1^o Transitus sancti Joannis apostoli et evangelistae
(fol. 69^v-70^r).

Finis libelli Pseudo-Melitonis de Actibus Joannis apostoli, ed. P. G., tom. V, p.
1239 sqq. inde scilicet a verbis (ibid. p. 1249 extr.) *Cum (autem) esset annorum
sanctus Johannes evangelista* xcvi (corr. add. ii et supra numerum scripsit
voces *nonaginta novem*).

2^o Vita S. Briccii episcopi et confessoris (fol. 71^r-71^v).

Ex Gregorio Turonensi, *Hist. Franc.*, lib. II, cap. 1.

3^o Vita sancti Aredii confessoris (fol. 126^r-127^r).

Pars Vitae editae *Act. SS.*, ad d. 23 Aug., tom. V, p. 182 sqq., videlicet num. 3
(*Igitur beatissimus...*) ad finem numeri 9 (*.... spiritum descensurum*).

4^o [De imagine D. N. Jesu Christi et de miraculo
edito in urbe Beryto] (fol. 127^r-129^r).

Versio latina narrationis editae inter opera dubia S. Athanasii (P. G., tom.
XXVIII, p. 805).

5^o Vita S. Valerici confessoris (fol. 197^v-199^v).

Seu potius sermo legendus anniversaria die dedicationis ecclesiae Sancti Vale-
rici, in quo de sancti historia vix quidquam reperies praeter generalia elogia ; sed
distinctius enarratur (Lect. v extr.-Lect. vii) ipsa dedicatio. Significat auctor
(Lect. v extr.) *vitam et mores actusque miraculorum ipsius* fusius descripta

(1) Folio ultimo inscripta est haec nota : *Liber Beate Marie de Fulcardi
[monte]*.

fuisse in alio libro ; sed hæc *gesta*, ni fallimur, hactenus latent. Itaque, deficiente alio antiquiori documento de S. Valerico, hunc sermonem integrum hic exhibere visum est.

Appendix ad cod. 740.

Vita sancti Valerici confessoris.

Lectio I. — Cum perutile sit, carissimi fratres, admodumque honestum ad mentium aedificationem fidelium inclita patrum gesta ad memoriam reducere, non indignum neque incongruum stilo atque memoriae commendare
 5 alicujus sanctissimi viri diem dedicationis reverendi venerabilem templi, ut quique diei illius memores longius propriusve venientes, debiti vota solventes, larga potiti benedictione divinam mereantur accipere gratiam Redemptoris, cui nil accidit, nihil recedit, omnia rite regenti, qui cuncta ex nihilo bona formavit in principio ad suamque similitudinem condidi[t] hominem, damnatorum vice
 10 angelorum decimi sui ordinis : qua de re, fratres, et quasi tacita adhortatione monitus, conatus sum stili officio posterum memoriae diem et tempus quo templum constat esse dedicatum beati Valerici breviter aperteque mandare.

Lectio II. — Itaque beatissimum magnificemur Valericum in terris Domini confessorem, ut in caelis eum mereamur habere intercessorem. Sed prius de
 15 divinis gestis ad gloriam et honorem Salvatoris et reverentiam beati Valerici confessoris aliquid summatim perstringere et vestris auribus instillare aggrediar, ut nostrae rectitudo orationis cum quadam norma procedat rectae descriptionis. Deus igitur omnium creator, fons vivus, origo, finis et sapientia, polum arvaque ac abyssum cum summa regit valentia ; lymphas quippe metitur pugillo, caelos
 20 ponderat palmo, montes librat, colles pensat, strictim continet pontum, cuncta terrae appendit tribus digitis pondera ; cui reges cunctique potentes, omnis sedula turba debet colla curvare, corda pandere, curva flectere genua, quoniam elementa deferunt sibi cuncta obsequia. Ipse denique poli rotam finxit singularis artifex, interponens ipsi terram puncti ad imaginem, qua non celsior excellit,
 25 quoniam subest inferior. Super ille manet perpes alto nixus solio, rerum moderans habenas in proprio principaliter affectu ; tonat inde trinus, Individuus atque eoruscet.

Lectio III. — Videns deditum aeternae neci humanum genus, inde descendit in tellurem paterno ab apice, hominis formam suscepit, ex intactae virginis [utero]
 30 suam nobis tribuit divinitatem nostramque suscepit humanitatem. Tamen neque intentionem vel remissionem plus minusve, quam ante saecula haberet, accepit. Unda baptismatis voluit purificari, qui numquam [peccatum] habuit nec habere potuit. Ad ultimum pro hominum salute permisit se ab i[n]iquis crucifigi. Mortuus

est autem, ut multos vivificare valuisset; resurrexit, ut plures resuscitaret de te-
od. unda. [ne]bris ad lucem; ascendit denique in caelum unde * descenderat, ut multos secum
 de infimis et caducis atque transitoriis exaltaret ad superna caelorum. Deinceps dis-
 * *cod.* cipulos inflammavit gratia Spiritus sancti, inter quos certissimum est praesentiam *
raesentia. beati Martialis apostoli minime defuisse; qui docuit eos omnium genera lingua-
 rum; qui dispersi per universum mundum Christi evangelium omnibus annun-
 tiabant. Multi namque, eorum * doctrina imbuti, terrena nihili pendentes, siderea
 * *cod.* adepti sunt regna. De quorum collegio fuisset * beatus Valericus nemo debet am-
quorum. bigere non temporis * vetustate, sed religionis dignitate.
 * *ita cod.*
 * *cod.* poteris.

Lectio III.— Venerandus igitur confessor Domini Valericus ex ingenuis chris-
 tianissimisque satus parentibus, nobilique stemate processit; sed ipse fide nobi-
 lior, almitate clarior, puritate mentis spendidior, corporis pudicitate nitidior,
 castitate integrior, caritate largior, dilectione Dei et proximi flagrantior, in sancto
 meditamine studiosior, sidereis regnis avidior cunctoque catholico dogmate per-
 lucidior * extitit. Ab ipsis etenim cunabulis Deo placere incessanter cupiens, 1
 * *cod.* dumque sanctissimi illius artus amplius adolevisset, magis magisque Dei obse-
ricidior. quio instanter flagrabat. A puerili namque aetate mentem gestabat senilem, mun-
 * *od. pompa.* dum coepit contemnere, pompam * istius saeculi spernere, cuncta caduca atque
 transitoria respuere, perpetua captare, caelestibus inhiare. In laicali denique, ut
 fertur, habitu constitutus, monachicam atque eremiticam omni conamine duce- 20
 * *corr. ex* bat vitam, practicam namque, jam contemplativam *. Totum enim sese in sancta
contem- meditatione atque abstinentia sine intermissione in hoc saeculo macerabat, ut
platur. mereretur ante tribunal justiciis triumphalem receptare coronam. Interea
 factus est a Domino lucerna in excelso posita, ceteris luciflua inextinguibili
 lumine; saepebat dominicis salutiferisque praeceptis populum instruere, prava 2
 fugere, pessima devitare, discordes ad concordiam revocare, debitoribus debita
 remittere, pro inimicis orare, pacem cum omnibus habere, aliena non concupis-
 cere, propria pauperibus impertire, caelorum culmina tota attentione omnique
 desiderio concupiscere, sine intermissione vero jugiter docebat exorare.

Lectio V.— Quod vero monebat ore exterius, procul dubio corde opereque 3
 perficiebat interius. Ita vero totus deditus omnipotenti Deo, cluebat sapientia,
 pollebat virtute, assiduis fulgebat miraculis. Sicque almissimus Valericus omni
 vitae suae tempore floruit roboratus. Tandem febre correptus, totum sese domi-
 nici corporis et sanguinis munimine armans, psallendo inter sacerdotum manus 3
 Deo pretiosissimam reddidit animam. Tunc Lemovicenses sacerdotes honorifice, 3
 ut dignum erat, sanctissimum illius corpus sepulturae tradiderunt in basilica
 sancti Juliani martyris, ubi confessor Christi Valericus multis innumerabilibus-
 que claruit miraculis. Sufficiat quidem nobis in praesenti illius paucula com-
 * *od. meriti.* memorasse merita * ad roborandas fidelium mentes. Qui autem flagrans Dei amore
 ejusque dilectione studeat ejus gesta lectitare, ibique vitam et mores actusque 4
 miraculorum ipsius pleniter poterit agnoscere. Nos vero ad propositum redea-
 mus, et tempus quo templum beatissimi Valerici dedicatum est, fideliter fidelibus

pendere studeamus. Peractis igitur a Domini nostri Jesu Christi secundum carnem nativitate ducentis et septem lustris, quae simul multiplicata per quinarium mille **xxx** et quinque conficiunt annos, qui item divisi per eundem quinarium reddunt ducenties septies quinque; ergo ducenta et vii quinquies ducta millenarium tricenum quinarium complent.

Lectio VI. — Transactis vero duabus post innumerisam revolutionem, tertia tunc incohabatur ^{cod.} indictio, quinto nonarum die juliarum quintaque die feriarum ^{incohabatur.} dedicatum est in honore beati Martialis memorabile ^{cod.} templum athletae Christi memorabilii. praestantissimi Valerici, in Lemovicensi videlicet pago, in vico qui est erga mon-
 10 tem qui ab incolis nuncupatur Bannoarca (1). Idem namque praedictus locus cella constat existens elegantissimi coenobii glori[osi]ssimi Martialis. In praefato vero loco ac templo tumulatum cum magna reverentia et populorum frequentia ejusdem corpus sancti Valerici con[fessoris]. Persuasum est idipsum aedificare magnificum templum suadela reverentissimi patris Odolrici, praedicti jam coenobii et
 15 ejusdem loci rectoris, qui tunc fratribus sub suo regimine constitutis verbo et operatione viam praemonstrabat felicitatis aeternae(2). Viribus illo tempore ingenii alter non erat secundus illi, cujus sapientia atque doctrina paene tota laetabatur Aquitania. Nimirum quoniam ipse venerabilis pater quoque philosophiae non incuriose neque inhoneste species, sed luculente[r] et perspicaciter exercebat.
 20 Callebat namque non mediocriter logicam et rationalem, per quam perpenditur perspicui dogma leporis. Praesciebat etenim physicam contemplari et naturalem, per quam rimantur nudae viscera naturae. Aethicam namque, id est moralem, potissime praenoverat, quae aliquem transmittit flammigeris ad astra quadrigis. Suadente autem, ut dictum est, piissimo prudentissimoque tantae memoriae prae-
 25 fato abbate Odolrico, consecratus est locus ille a glorioso Aimone Bituricensi metropolitano (3), qui illis temporibus praeclarus atque illustris habebatur a multis, et a domno Jordano Lemovicensi praesule (4), qui satis tunc eximius recole- batur, ac sene Amelio Albiensi pontifice (5), cujus conspicui mores a plurimis probabantur. Praesentia namque clarissima Bernardi Rotensis episcopi (6) ibi minime
 30 defuit, cujus prisca claritudo praecipue notissima perhibetur.

Lectio VII. — Ad quam vero sanctissimam consecrationem inclita urbis Lemovicis convenit processio, aureum secum deferens scrinium cum sanctissimis Martialis reliquiarum patrocinii, munera quoque protomartyris Stephani cum multorum apparatu. Praeterea non defuit pretiosissimum dominicae crucis lignum Car-

(1) *Bonnac* (?), duodecim fere chilometris Lemovicis distans ad septemtrionem. — (2) Odolricus abbas Sancti Martialis Lemovicensis coenobium rexit ab anno 1025 ad annum 1040 (*Gall. Christ.*, tom. II, p. 558). — (3) An. 1031-1071 (*ibid.*, p. 41). — (4) An. 1021-1032 (*ibid.*, p. 514). — (5) Certe an. 1028-1040 (*ibid.*, tom. I, p. 10). — (6) Nullus episcopus Ruthenensis hujus nominis memoratur sedisse paulo ante medium saeculum XI, sed series episcoporum illius ecclesiae praedicto tempore non adeo distincte definiri hactenus potuit (*cf. ibid.*, p. 203).

* *cod.* rofensis coenobii (1), quin etiam beatae Valeriae virginis Cambonensis* (2) affuerunt
 ponensis. pretiosae reliquiae, necnon et sancti Petri patrocinium Evanensis (3), sancti sanctissima etiam beati gleba Leonardi (4), sanctique Benedicti (5) ac sancti Paxenti (6) Interea effigies sanctae Dei genitricis sacratissima Mariae multimodis cum alii sanctorum innumerabilibusque patrociniiis illuc omnes ex diversis provinciis una cum devotione occurrerunt laetantes. Obiter recolimus tantaque conveniis sanctorum patrocinia, minime diffidimus ibi etiam adesse angelorum agmina Religiosorum quoque tam monachorum turmae quam illustrium clericorum innumerabiles catervatim dulciter psallentes, alii melos alta voce caelo tenus concinentes, alii hymnos dulcisonis modis praecinentes, alii vero diversam * melodiarum jucunde decantando digna Deo obsequia solventes, glebas sanctorum magna cum reverentia tantorum gerebant. Multitudo etenim maxima nobilium laicorum cum numerositate vulgi inaeestimabili *, numero nec clauditur ullo. O quanti viri quaeque honestae mulieres ad tam praeclaram dedicationem cum maximis diversis oblationibus ex omnibus partibus gratanter adventabant, ut videretur quidem plurimis omnis fere cosmi ambitus eodem in loco una esse intentione congregatus. Omnes itaque gaudio gavisos magno, cum hymnis et laudibus felicissimi Valerici reliquias cum aureo condiderunt locello. Praefati vero episcopi triduo ibi curata populorum caterva commorantes, canonicum concilium de pace ecclesiae habentes (7), cunctos loci hujus sacratissimi communi consilio absolventes, firmissimisque benedictionibus benedixerunt benefactores.

* *cod.* diversa.
 * *cod.* nextimabili.

XII. Codex signatus num. 910 A.

Olim coenobii Sancti Evurtii de Vilhermerio, deinde Sancti Martialis Lemovicensis (8) ?, postea Regius P. 255, C. 3880.

Foliorum 51, med. (0^m,51×0,215), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

1° Vita sancti Evurtii episcopi [et] confessoris (fol. 29^r-36^r).

(1) Vulgo *Charoux*, in dioecesi Pictaviensi (*Gall. Christ.*, t. II, p. 1277). — (2) Vulgo *Chambon* (Creuse). Cfr. praef. ad *Miracula S^{ae} Valeriae* (*Anal. Bolland.*, tom. VIII). — (3) Aureae-Vallis, vulgo *Airvaux*, in dioecesi Rupellensi (ibid., p. 1586). — (4) S. Leonardus, discipulus S. Remigii, colitur Lemovicis die 6 novembris. — (5) Ex monasterio Floriacensi? — (6) Ex vico Sancti Paxenti (Saint-Paissant) in dioecesi Bituricensi (cfr. *Act. SS.*, tom. VI Sept., p. 571, n. 15). — (7) Concilium istud Lemovicense anni 1038 non memoratur in collectionibus Conciliorum. — (8) Scilicet interiori tegumento agglutinata est chartula cui inscripta est nota E 419 : quali indicio insigniri solent codices coenobii Sancti Martialis.

Vita auctore Lucifero, ed. *Act. SS.*, ad d. 7 Sept., tom. III, p. 52-58. Desiderantur prologus et clausula *Ego Lucifer subdiaconus...*

2° Miraculum sancti Martini (fol. 36^r-38^r).

Ineditum, ut videtur. Vid. Append.

3° [Lectiones de S. Ludovico IX rege Franciae] (fol. 45^v-50^v).

Breve compendium Vitae S. Ludovici.

Appendix ad cod. 910 A.

MIRACULUM S. MARTINI.

[Lectio I^a]. — Pretiosi confessoris, beati videlicet Martini Turonensis archiepiscopi, quoddam memoria dignum opus referre cupientes, monemus legentes, si qui forte legere voluerint, ut adhibeant fidem dictis, quoniam, sicut Scriptura testatur, *nisi credideritis, non intelligetis*. Archiepiscopus siquidem Turonensis dominus Hugo, qui temporibus Gregorii * Romanae sedis summi pontificis, Ludovici Francorum regis, supradictam Turonensem regebat [ecclesiam] (1), hoc quod scribimus miraculum suo testimonio verum fuisse confirmavit. * leg. Innocentii.

[Lectio II^a]. — Consuetudo siquidem est in ecclesia beati Martini Turonensis, ut quando dies festus celebratur de translatione beati Martini, nocte illa quae diem praecedit nemo in ecclesia illa permittatur remanere ante galli cantum, quoniam, ut plurimi affirmant, beatus Martinus cum aliis sanctis confessoribus suisque consodalibus in eadem ecclesia officium nocturnale celebrare perhibetur.

[Lectio III^a]. — Accidit autem ut quidam * ecclesiae ipsius canonicus anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo quadragesimo primo a custodibus et aedituis multis precibus impetravit quatinus, cum populus post completorium ab oratorio expelleretur, solus, accensis luminaribus et cereis, in ecclesia pernoctare permitteretur. Hic autem, de quo loquimur *, canonicus, a pueritia nutritus in eadem ecclesia, honestam et sine querela vitam duxerat. * cod. quidem.
* cod. loquitur.

Lectio IIII^a. — Cum vero jam decrepitae esset aetatis, omnia quaecumque habuit in ornamentis ecclesiae beati Martini distribuit. Et cum jam nil penitus haberet, mortemque sibi sentiret adesse praesentem, ut jam praemisimus, vigilia translationis beati Martini, populo simul cum clero recedente in supradicta remansit ecclesia. Cumque caelestes ante corpus beati Martini ageret excubias, ecce sanetus Martinus, pontificalibus ornatus insignibus, cum tribus episcopis chororum ingreditur, et coram altari brevi completa oratione, ipse quidem in sede

(1) An. 1135-1147 (*Gall. Christ.*, tom. XIV, p. 82).

pontificali, aliorum vero trium unus juxta ipsum, duo vero in alia parte chori resederunt. Hoc * canonicus, qui inter duos latebat cherindros, aspiciens, gaudio metuque turbatus, in oratione prosternitur, et lacrimis ora suffusus, caelestes viros tota mentis intentione contemplatur.

[Lectio] quinta. — Cum interim quattuor alios pontifices videt eadem qua 5 venerant alii via venire, unumque illorum altiore ceteris et comptiorem renitere. Ut vero ipsi orationem sicut alii compleverunt, in suis sedibus juxta alios consederunt. Ille autem quem longiorem ceteris apparuisse diximus, coram beato Martino assistens, submissa voce sic ait : *Sciat paternitas vestra, domne, quendam clericum intra basilicam istam latere nosque intueri attentius.* Cui sanctus : *Permittas, inquit, eum ibi manere, quia bona intentione huc advenit.* Clericus haec audiens, alacrior in contemplatione persistere coepit. Tum subito chorum intrare perspicit praesulem veneranda specie, barba subrufa, parum habens canos *, aureo ornatu fulgenti facie, quem sequebantur fere centum pontifices insignibus episcopalibus renitentes : qui omnes sicut alii facta 1 oratione in choro consederunt. Ille autem rufus coram beato veniens Martino, humiliter suggestit ei : *Non est, inquit, Domine, dignum ut clericus ille nostro intersit officio, quia nec nostram societatem impetravit a Domino.*

* voc.
ppleta
orr. in
patio
acuo
elicto.

[Lectio] VI. — Post haec beatus Martinus surgens venit ad locum ubi clericus latere credebat, et manu apprehendens eum et levans a terra, dixit ei : *Quoniam 20 fratres et coepiscopi nostri nolunt te interesse nostro huic conventui, egredere, frater, et de foris audies nostrum nocturnale officium.* Canonicus vero inquit : *Cum omnes hujus ecclesiae portae clausae sint et obseratae, quomodo possum exire, sanctissime pater, nisi tu copiam praestiteris abeundi?* 2:

[Lectio] VII. — Tunc beatus Martinus manu eum tenens, duxit secum usque ad majores ecclesiae fores, et eas sine clave aperiens, praecepit ut exiret. Clericus autem ad pedes illius corruens, cum lacrimis ut sui memoriam [habeat] obsecrat, et * veniam peccatorum a benigno Salvatore ei acquirat. Sanctus ergo pontifex 30 finem dierum praedixit illi imminere, ut praeparet se ad transeundum ex hoc mundo praecepit; spem veniae in Salvatoris clementia sibi positam, nihil de salute ad desperandum Christum credentibus et amantibus.

orr. ex
ul.

[Lectio] VIII. — Post haec igitur clericus genua beati viri complexus, obsecrat quatinus et nomen et meritum indicet pontificis quem longiorem inter ceteros apparuisse diximus, qui beato viro primus latentem clericum ostendit. Tum vero 3: reverendus archiepiscopus : *Ille, inquit, de quo interrogas, sanctus Civircius Aurelianensis quondam episcopus est, tanti apud Deum meriti ut quamdium praesens saeculum duraverit, omni die animam unam a loco poenarum Dominus ob illius gratiam liberet.* Subsecutus etiam clericus : *Quoniam ad dominum meum semel loqui coepi, quaero ut aperiatis quid sit rufus 4: ille quem turba pontificum sequebatur maxima, qui etiam de me persuasit ut foris expellerer. — Ille enim de quo quaeris beatus est Nicolaus*

Myrreorum archiepiscopus, qui ad festivitatem nostram cum episcopis suis graecis sua gratia advenire dignatus est. Haec dicens, sanctus Martinus clericum foras de ecclesia misit et ad alios in choro remeavit.

[Lectio] IX^a. — Clericus vero, foris ecclesiam positus, in terram se projecit, et sanctissimum conventum illum matutinas celebrantem audivit. Mox autem ut gallus cecinit, aeditui affuerunt ecclesiae, ostia sanctae illius domus aperientes; clericumque, quem intus dimiserant, foras inveniētes, reperiunt januas obseratas sicut dimiserant. Quaerunt quomodo factum sit; exponit ille cum multis lacrimis quae viderat quaeque audierat, ut supra retulimus. Stupent omnes qui audiunt super tam mirabili facto et Deum mirabilem in sanctis suis cordibus et vocibus pariter collaudant. Postquam vero ad horam ventum est qua majoris missae sollemniter celebrari deberent, advenit dominus archiepiscopus Hugo Turonensis missam cantaturus sicut mos est ecclesiae. Coram eo et coram omni populo advenit clericus, rem gestam ut diximus retulit; et praecepto archiepiscopi sacramento facta super beati Martini corpus, sicut dixerat verum fuisse confirmavit. Octava vero die supradictus clericus post perceptionem sacrosancti corporis Christi, ut beatus Martinus praedixerat, felicem exhalavit spiritum, ad laudem et gloriam nominis Christi, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

XIII. Codex signatus num. 911.

Olim Collegii Navarrae Parisiis (1), deinde Colbertinus 4254, postea Regius C. 4335. 2. 2. a.

Foliorum 40, min. (0^m, 26 × 0,175), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Continet codex officium integrum de S. Ludovico IX rege Francorum, cui et lectiones de vita ejus insertae sunt (fol. 7^v sqq.) ex Vita conscripta ab auctore anonymo reginae Margaretae confessorio (ed. Act. SS., ad d. 25 Aug., tom. V, p. 571 sqq.), ut videtur, compendio excerptae.

XIV. Codex signatus num. 912.

Olim Antonii Faure 580 (2), deinde Regius C. 4235. 2.

(1) Fol. 36^v inscripta est haec nota manu saeculi XIV: *Iste libellus est de capella scholarum de Campania, alias de Navarra Paris. sita datus eis anno Domini 1381^o mense augusti. Alleluia*; et fol. 3^r: *Adrianus d'Amboyse magnus magister Collegii Navarrae. 1594.* — (2) Antea coenobii Longi Campi prope Parisios, ut constat hac nota descripta manu saeculi XVI

Foliorum 44, med. (0^m,285×0,195), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

Continet codex officium *beatæ Isabellis* (seu *Elisabethæ*) *sororis sancti Ludovici regis Franciæ, fundatricis monasterii Longicampi*; cui inserta est lectionibus sex

Vita sanctæ Isabellæ (fol. 3^v-14^r).

Prolixior quam ea quæ edita est *Act. SS.* ad d. 31 Aug., tom. VI, p. 798, n. 56-58.

XV. Codex signatus num. 913.

Olim domus Castrinovi-Randonii (1), deinde Regius R. 1302, P. 1163, C. 4235.

Foliorum 78, min. (0^m,25×0,18), columnis binis, exaratus saec. XIV, litteris et aliis ornamentis vario colore et auro depictis decoratus.

Totum codicem complement officium S^æ Enimiae virginis et documenta de ejus vita et gloria postuma. Haec integra ex eo codice edidit anno 1883 v. v. P. Poucher, parochus Sancti Martini de Robalibus (Lozère) sub hoc titulo : *Acta sanctæ virginis Enimiae et Francorum Clotarii II filiae regis.*

1^o Vita beatæ Enimiae virginis (fol. 20^r-49^v).

Ed. in libello citato, p. 8-75.

2^o Inventio corporis beatissimæ virginis Enimiae (fol. 49^v-52^v).

Ed. *ibid.*, p. 75-82.

3^o Miracula ejusdem virginis (fol. 53^r-62^r).

Ed. *ibid.*, p. 82-108.

4^o [Sermo panegyricus de S. Enimia] (fol. 62^v-70).

Ed. *ibid.*, p. 109-28.

5^o [Sermo panegyricus alter de S. Enimia] (fol. 71^r-77^r).

Ed. *ibid.*, p. 120-44.

fol. 44^r : *Ce present livre est a seur Jehenne du bost, Religieuse du venerable et devot convent des seurs de long champ ; et alia manu : La quelle d'oe Soeur Jehanne en a fait present a Soeur francoyse gilbert sa chere et bonne amyè du conge de ses prelat.*

(1) Châteauneuf-Randon. L. Delisle, *Cub. des mss.*, tom. II, p. 355.

XVI. Codex signatus num. 915.

Prius Confraternitatis S. Claudii, in ecclesia S. Jacobi de Hospitali Parisiis (1).
dein Colbertinus 2042, postea Regius C. 4230. 5.

Foliorum 45, med. (0^m278 × 0,185), lineis plenis, exaratus saec. XV.

1^o [Vita sancti Claudii episcopi Bisuntini] (fol. 3^v-10^r).

Haec Vita, in lectiones novem distributa, quae responsoriis intermixta sunt, eundem prologum habet quem Vita brevior edita *Act. SS.* ad d. 6 Junii, tom. I, p. 648 (num. 1). Reliquum vero documentum repraesentat Vita longior edita *ibid.*, p. 649-51 (num. 2-11). In fine, post verba *migravit ad Dominum*, additur in *cod. octavo idus junii; cujus corpus, ut decebat, aromatibus conditum repositum fuit in ecclesia beati Eugendi, in qua usque in praesentem diem incorruptum innumeris claret miraculis, praestante, etc.*

2^o Miracula beati Claudii (fol. 15^r-45^r).

Horum triginta quinque priora (fol. 15^r-27^r) edita sunt sub titulo *Miraculorum liber I cum vita brevior scriptus*, tom. cit., p. 632-37. Reliquorum vero pleraque, sed (praeter trigesimum octavum) stilo longe politori quam descripta sunt in codice, refert *Liber II a Petro Franc. Chiffletio S. J. ex monumentis mss. collectis* (*ibid.*, p. 638 sqq.). Haec secundum primigenium textum, sane admodum rudem et barbarum, ex codice exhibere non pigebit, cum praesertim inde appareat ea ipso quo contigerant tempore descripta fuisse coram testibus multis, et non pauca etiam officio notarii publici ad id requisiti (2).

Appendix ad cod. 915.

MIRACULA S. CLAUDII VESUNTIONENSIS.

XXXVI. De filio militis aquis submerso, oratione patris per beatum Claudium erepto (3).

Anno Domini millesimo ccc^{mo}xxxix^o, die sabbati post festum purificationis

(1) Fol. 1^v minio inscripta est haec nota: *Iste liber est confratrie beatissimi claudii bisuntinensis archiepiscopi. Parisiis. In ecclesia sancti Jacobi de hospitali fundate seu ordinate. In quo servitium et misse officium necnon et ipsius sanctissimi claudii multa miracula continentur.* — (2) Mir. 38, 44. 49-62, 68. Hae posteriores relationes, a Petro Gaillard et Francisco Sambini notariis descriptae, mendis omnis generis refertae sunt, adeo ut etiam sententiarum sensum vix et ne vix quidem attingere valeas: easdem vulgare visum est prout leguntur in codice. — (3) Cfr. *Act. SS.*, tom. I Jun., p. 638, n. 2.

Virginis gloriosae, accidit in Broysia quod in fossalibus profundis aqua plenis, quae circuiunt domum domni Henrici du Planteyn militis, de super pontem dictorum fossalium cecidit subito Johannes filius dicti militis, circa septem annos attingens, et latuit in profundum per spatium unius leucae et amplius, ita quod de ipsius corpore nihil videbatur excepto sui capucii cornu. Populo et ob hoc tumultum faciente, haec verba ad dictum militem pervenerunt, qui cum ejus uxore matre dicti pueri tunc erant ad ecclesiam quae a domo ipsorum longe distabat. Dicto milite haec audiente, fudit preces ad Dominum ut per intercessionem gloriosi ejus confessoris beati Claudii filium suum conservaret et redderet ^{* cod. reddere.} sibi incolumem. Qua oratione finita, puer de profundis aquae altius surrexit, plebibus astantibus circumcirca, et ad litus aquae feliciter pervenit, ita quod abstractus fuit de aqua. Patre tunc adveniente, vidit filium suum jam nudum ^{* cod. Iterim.} et paratum fuisse quod jam volebant in sudario religare. Iterum ^{*} oravit ad Dominum pater, ut intercedente beato Claudio filium ejus redderet sanum. Exaudivit enim Dominus ejus et populi orationem : et ilico puer oculos aperuit et ingemiscens suspiria protulit. Et statim filio dicente : *Pater, ne timeatis ; vivo ego, et me habetis sanum et hilarem.* Die vero lunae post festum beati Johannis Baptistae, pater et mater dicti pueri una cum ipso puero ad Sanctum Eugendum in ecclesia ubi corpus sacratissimum ipsius gloriosissimi confessoris requiescit conveniunt causa voti, et ibidem dictum miraculum sic mirabiliter factum divina gratia suffragante in praesentia plurium religiosorum et aliorum fide dignorum coram altare dicti gloriosissimi confessoris Christi sub verbo fidei et veritate publice retulerunt. Anno Domini m^{mo}c^{ccc}xl^{mo}.

XXXVII. De quodam puero insanabili corporis infirmitate detento per dies undecim non manducante neque hibente, fratris voto per beatum Claudium sanato (1).

Sequitur aliud miraculum narratione dignum. Fuerunt duo fratres, filii quondam Stephani Braczardi de Monte Acuto in terra domni Altissiodorensis, studentes in Monte Pessulano. Quorum major duobus fratribus, nomine Hugoninus, instruebat minorem, nomine Vicinum, habentem circa quatuordecim annos, scientia et moribus probus. Accidit autem ut minor aetate incideret in infirmitatem corporis insanabilem, qua nulla arte medicabili valuit mederi vel sanari, sed laborans per undecim dies, non manducans neque bibens. Ob hoc urbis vocati prudentiores in arte medicabili, ut suae sanitati providerent, nullum remedium valentes apponere, dimiserunt et exposuerunt dictum puerum, cum nullum sanitatis signum in pulsu nec in venis invenire potuissent. Tandem frater ejus major aetate et custos ipsius, multum suspirans et lacrimans, implorans gloriosissimum ac beatissimum Claudium episcopum et confessorem, ut sanctissimis precibus sibi sanitas corporis redderetur, promittens et vovens beatissimo Claudio episcopo et confessori ^{* cod. confessorc.} se iturum vel missurum fratrem suum ad ecclesiam bea-

(1) Cfr. *ibid.*, n. 3.

torum confessorum Eugendi et Claudii * oblatorum pondus cerae in quantitate corporis infirmi vel valorem. Statim voto facto, puer, qui non comederat nec biberat per undecim dies, dixit fratri suo : *Frater, nullum malum habeo* ; quod certificatum fuit patri suo. Qui statim ivit ad Sanctum Eugendum cum filio 5 et pluribus aliis fide dignis, reddens votum et oblationem promissam sanctissimo Claudio episcopo et confessori *, jurans pater et affirmans super altare beatissimi Claudii, in praesentia plurium religiosorum, clericorum et laicorum, hoc fuisse verum, et asserit esse manifestum. Anno Domini m^occc^oxl^o mense augusti.

* cod.
Claudi.* cod.
confessore.**XXXVIII. De quadam muliere manu infirmitate privata**

10 **per beatum Claudium sanitati restituta : quod testimonio officialis Lugdunensis approbatur.**

Hoc miraculum ad verbum descriptum est *Act. SS.*, tom. cit., p. 659, n. 4 med. 7 (*Universis Christi fidelibus - Datum Lugduni die prima mensis septembris anno Domini M^oCC^o XLII*).

15 **XXXIX. De quodam * daemoniaco sanitati restituto.**

Cum percussio corporalis nonnunquam ex delicto proveniat, dicente Domino languido quem sanaverat : *Vade et amplius noli peccare, ne tibi deterius aliquid contingat*, occulto Dei judicio accidit quod quidam monachus ecclesiae beati Eugendi factus est furiosus. Et cum a diabolo incessanter vexaretur, nec 20 ope medicorum sibi posset auxilium praebere, de consilio bonorum virorum ante corpus beati Claudii est adductus, et ibi ab hominibus circumligatus. Qui paululum ibidem requiescens, precibus beati viri mediantibus, in plurimorum praesentia a Deo restitutus est sanitati.

* cod.
quidem, et
sic deinceps
passim pro
quidam.

XL. De puero matri suae depraedato et postmodum ab eodem lupo restituto.

25 Accidit autem quod quaedam mulier paupercula, caduco laborans incommodo, ad ecclesiam beati Claudii venire disponeret, auxilium a matre Domini et beato Claudio ejus famulo quaesitura. Assumptis itaque secum duobus puerulis, quorum unus pendebat ad ejus ubera, alter vero gressu debili matris vestigia sequebatur, 30 iter prosequitur destinatum. Inclinato autem jam die venit ad ostium dictae ecclesiae ; et compulsans, nemo respondit. Inde recedens illa mulier in nemore pernoctare, porro casu fortuito locum repperit, quem de sopito cinere ignem rekindens, cum duobus puerulis ibi mansit. Media autem nocte lupo advenit ; et cum mulier ex una parte sederet, crudelis bestia in alia recubavit. Quo viso 35 mulier fronti suae signum crucis imprimens, se et pueros suos Deo et beatae Mariae virgini ac beato Claudio devotissime commendavit. Interea energumiam suam invasit infirmitas ; et dum palpitans corpus exanime, lupo, velut si ex industria expectasset, minorem puerum praedatus aufugit. Evanescente autem peste morbi, mulier, quasi resurgens a mortuis, inter brachia quaerit infantulum quem paulo 40 ante tenerat et se non alias dimisisse sciebat. Liberari se gaudet mulier de dolore ; sed hinc dolor fere crudelior succedit, quia majorem filium consulens de minori, rei eventum miserabile prorsus agnovit. Quid faceret misera mulier ? Quo se verteret

nesciebat. Non enim poterit vim tanti doloris exprimere, nisi quis viscera mater induens didicerit. Sic dolore tamen inter hejulationis verba, ista erat verborum repetitio : *Redde, redde depositum, beata Maria, redde depositum ecclesie beati Claudii*. Mira res : dum haec verba repetit, et beatam Mariam sanctumque Claudium saepius inelamando vim doloris exaggeraret, ecce belua, suae feritae oblita, cui proprium est non parcere sed vorare, de silva prodiens et ore matris sueto puerum deferens, eum incolumem reddidit matri suae. Quae subsequens laetitia, maerore consumpto, coeptae peregrinationis iter proficiscens, in multorum praesentia rei seriem enarravit ; et in dorso etiam pueri apparebant vestigia dentium, rei gestae familiarius argumentum.

XXI. De puero per beatum Claudium in igne reservato.

Quanta ad laudem Dei et beati Claudii. In villa quae vocatur Novavilla, diocesis Bisuntinensis, homo quidam in exterioribus negotiis occupatus, cum uxore sua, domo sua obserata, solum reliquerunt infantulum in cunabulis dormientem. Interea ignis inveniens suae consumptionis materiam, paulatim crescendo sese exterius manifestat, flamma jam in tecti superfleie debacchante. Cucurrit illi detrimento plebs, volens succurrere, sed incassum : nam accessum prohibebat flammae vorago circumquaque diffusa. Tandem parentes immaturius decurrentes, et pueri nomen saepius inelamantes, tundunt pectora, rumpunt crines ; et domus non sentit incendium parentum dilectio, de periculo pueri sanius acerbata. Si quando autem matrem vis doloris respirare permittebat, haec verba ingeminat : *Tibi commendo filium meum, sancte Claudi : tu esto clipeus ejus a facie ignis devorantis*. Ad ultimum, cum structura trabium una cum parietibus concidisset, intrant ignem, orantes ut de corpore inveniant saltem cinerem et favillas. Quis non miretur ? Attendant qui audiunt et tanti miraculi novitatem miretur et stupeat totus orbis. Invenerunt infantulum carbonibus arridentem ; et cunabulo cum panniculis incinerato, in solo puero saevire nescit incendium. Certe si quis velit exprimere similitudinem et praesentia coaequare praeteritis, ad laudem Dei matris et beati Claudii declaranda merita Filius Dei Patris antiquum renovare dignatus est miraculum Babylonis. Nam cum tribus illis pueris iste quartus posset inveniri, si flamma panniculis tantummodo pepercisset. Eo vero ablato a parentibus et ecclesiae praesentato, convenerunt plurimi, Dominum collaudantes. Quorum consilio, ne res a memoria tolleretur, fidei commendatur custodiae litterarum.

Miraculum XXII. De quadam sortilega quae post punitionem est sanitati restituta.

Procurante autem humani generis inimico, qui ad subversionem fidei incessanter nititur, ut lupus quidam vaccam cujusdam mulieris graviter vulneravit : quod perpendens mulier coepit quam plurimum mente et animo conturbari. Propterea accedens ad ecclesiam, et assumpta aqua benedicta, vulnus vaccae praedictae respersit, sortilegiis et daemonibus fallaciter inhaerendo. Quae statim in signum ultionis divinae percussa est, ita ut tremor enormis et continuus in capite et

brachio, quo vulnus asperserat, horribiliter illam invaserit. Quae videns se ipsam damnabiliter deceptam atque graviter vulneratam, una die ante corpus beati Claudii veniens humiliter et devoto corde reatum suum interius ingemiscens et auxilium beati Claudii postulans, statim curata est penitus et sanata. Gratias agens
5 Deo gaudens remeavit ad propria.

Miraculum XLIII. De quodam blasphemante sanctum Claudium a daemone occiso.

Unus videlicet laicus, qui cum in villa Laudunensi luderet cum deciiis, fortuna volante pecuniam suam perdidit, et ob hoc diabolo suadente ad iracundiam pro-
10 vocatus est, et in personam beati Claudii et ejus miracula blasphemias, contumelias * et opprobria viliter et ingeminose in astantium praesentia proferebat. In illa hora, cum crederet ad propria reverti, nutu divino pluribus videntibus ab uno diabolo est occisus.

* cod.
contumelia.

XLIII. De quodam milite caeco per beatum Claudium illuminato.

15 Quidam nobilis de Lotharingiae partibus, terrenis quidem abundant opibus sed salutis inops, longo videndi usu et infirmitatis molestia praegravatus, lumen amiserat * oculorum. Qui salutis propriae cupidus, [cum] ad imploranda sanitatis remedia multorum circuisset loca sanctorum, impetrari non potuit quod quaerebat. Idem igitur vir cum filiorum et servientium turba apud Sanctum Jacobum
20 iter arripuit, peccatorum suorum veniam quaesiturus. Iter autem prosequens destinatum, famam audivit miraculorum quibus Dominus servi sui Claudii declaraverat sanctitatem. Unde apud ecclesiam dicti sancti Claudii adiit, ibique fudit orationes ad Dominum, et statim lumen amissum ante dictum corpus recuperavit.

* cod.
admiserat.

XLV. De caeco qui visum recuperavit.

25 Quidam civis Metensis caecus se duci fecit causa devotionis et spe recuperandi visus ad ecclesiam sancti Claudii. Qui cum appropinquasset, devotius a Domino et beato Claudio visum postulans, ipsum in praesentia multorum recuperavit : qui viderunt squamas ab oculis mirabiliter defluentes.

Miraculum XLVI. De presbytero per beatum Claudium resuscitato.

30 Cum presbyter quidam Nivernensis diocesis in extremis poneretur et a circumstantibus aestimaretur mortuus, et velut mortuus cooperiretur, mater ejus flens et hejulans, et servum Dei Claudium ut sui miseretur * dulciter invocans, nutu Dei convaluit et respiravit, et ad reddendas Deo gratias et viro Dei cum sudario occurrit. Plures etiam in simili gradu salvatos audivimus.

* cod.
mereretur.

XLVII. De periculo maris.

35 Quidam homo Lemovicensis diocesis cum ab Hierosolymis rediens esset in navi, turbatum est mare ; viditque, cum omnibus aliis qui erant in navi, in aere jecto diametro supra navem inimicum, gravis ad modum trabis toreularis. Unde cum navis jamjamque mergi putaretur, omnibus sanctos sibi notos invocantibus et de
40 vita paene desperantibus, ipse in extasim ductus est. Apparuitque ei in visione vir Dei Claudius, dicens : *Ne timeas : Deus enim liberabit vos.* Cum vero quaereret : *Tu quis es qui mihi loqueris ?* respondit : *Ego sum Claudius.*

Tunc ipse volens eum amplecti, ut securior esset, amplexatus est socium qui prope ipsum erat. Cui expergefactus dixit: *Nonne vidisti virum Dei Claudium sicut et ego?* Et haec eo loquente, sedatum est mare; sicut ei promiserat vir Dei. Hunc postea simul cum omni populo ad ecclesiam sancti Claudii laudibus Deo referentem et sic esse super sacrosancta evangelia jurantem audivimus.

XLVIII. De quadam puella facultate videndi, loquendi, ambulandi et parum comedendi quatuor annis privata, subito sanata (1).

In territorio sancti Eugendi, villagio de Morbiez, dioecesis Bisuntinensis, quaedam puella, nomine Petronilla, filia Petri Jordani, anno Domini millesimo quatercentesimo vicesimo nono, in mense julii, circa festum sanctae Mariae Magdalenae, hora nocturna quadam in somno visione perterrita, aetatis quindecim annorum tunc existens, fuit taliter in corpore suo repente praegravata et debilitata, quod ex tunc per quinque annos sequentes de lecto aegritudinis surgenon potuit, nec quemcumque cibum seu potum per spatium quinque annorum quomodolibet potuit degustare. Praeter hoc tamen una vice tantum in duobus mensibus comedit unum pomum; et novissime in duobus mensibus puella praedicta nihil prorsus recepit nihilque egressit de corpore. Quae etiam existens priusquam aegrotaret bonae famae ac laudabilis conversationis erat. In primo anno hujusmodi aegritudinis suae bis confessa est ut potuit et bis Eucharistiae sacramentum de curati sui manibus devotissime suscepit. Inde vero per quatuor annos nec loqui potuit nec oculos aperire; tamen sibi de Deo, de beata Virgine et de sanctis loquentes aliquantulum percipiens, manus jungebat et lacrimas curgemitibus ac suspiriis emittebat. Nuper vero, anno videlicet millesimo quatercentesimo tricesimo quarto, die tertia augusti, quaedam nobilis domina, Catherinde Beaffremont, domina de Trischatel, dioecesis Lingonensis, haec quamdam mane devotionis [causa] dominam praefatam virginem personaliter visitavit, sicut mos erat ad tam singularitatem dictae virginis spectaculum nonnunquam personadevotionis accedere. Quae siquidem domina dictam puellam alloquitur, et illi nec loqui potuit nec oculos aperire. Hinc domina Catherina, genu flectens ante virginis grabatum, diu suppliciter orat et Deum et beatam virginem Mariam et sanctum Claudium pro virgine aegrotante deprecatur. Tandem surgens ab oratione, parentes puellae hortatur atque monita iterando compellit ut filia sua a monasterium sancti Eugendi ante corpus beati Claudii deferatur. Quod et factum fuit in crastino, scilicet in die quarta mensis augusti supradicti. Quae siquidem puella oblata in grabato suo quasi semiextincta decumbens, orante prolixius dicta domina Catherina, una cum priore et religiosis ipsius monasterii et multi aliis simul perseverantibus in oratione, tam nobilibus quam burgensibus et alii utriusque sexus, qui ad dictae virginis mirabile spectaculum ilico convenerant, tandem puella supra suos pollices erigitur, oculos aperit, plantas pedum beatisimi Claudii suspirat cum devotione. Inde subito surgit erecta, confessorer

(1) Cfr. *Act. SS.*, tom. cit., p. 660, nn. 12, 13.

requirit; et facta confessione dixit quod * sanctus Claudius sibi gratiam impe- * *cod. que.*
 travit, et tunc puella ascendit vigorose ad ejusdem sancti Claudii pedum oscula
 beatorum. Tunc parochialis sacerdos et progenitores puellae, una cum fratribus
 et sororibus atque cognatis, qui ipsam de loco suo de Morbiez, per tres leucas in
 5 Alpihus distante a monasterio sancti Eugendi, ad ipsum monasterium, ut praedi-
 citur, attulerant, interrogati a priore ejusdem monasterii diligenter, medio supra
 Dei evangelia praestito juramento, super his quae de vita, conversatione et aegri-
 tudine supradictae virginis praemittuntur *, omnia quae dicta sunt fuisse et esse * *cod. pro-*
 vera confessi sunt et testificati palam et publice coram dictum priorem * et reli- *mittuntur.*
 10 giosis et cunctis qui aderant, ad majorem celsitudinem eorum quae de ipsa puella
 superius recitantur. Itaque tam evidens miraculum prospicientes qui aderant
 universi, ingenti gaudio exultantes, confusi sunt imbre copioso lacrimarum; et
 campanis pulsatis hymnum seu canticum *Te Deum laudamus* praefati religiosi
 et ceteri decantaverunt. Et qui vidit testimonium perhibuit universus coetus
 15 praedictorum : ubi intererat una cum praefatis religiosis et populo multo
 nobiles et magnifici dominus Johannes de Rye miles, dominus de Trischatel,
 domina Johanna de Chaveriaco, uxor domini Henrici de Sellon, militis domini
 de Benange, et Guillelmus de Pallude domicellus, pariter cum domina Catherina
 de Beaffremont, cujus quidem dominae fama et devotio singularis est in multis
 20 terrarum finibus manifesta. Sit igitur ad laudem Dei omnipotentis et gloriam et
 gloriosi confessoris sui Claudii commendationem suarumque exhortationem vir-
 tutum et meritorum. Dicta puella, quae per quatuor annos usu et facultate
 videndi, loquendi, surgendi et ambulandi caruerat, jam subito videre, loqui,
 surgere et ambulare prospicatur *; et quae nihil alimenti nisi minimum et vix * *ita cod.*
 25 semel in mense poterat, jam cotidie unam * saltem hostiam benedictam, et ali- * *cod. una.*
 quotiens consecratam, suscepit cum magna devotione et gratiarum actione apud
 Deum, qui est mirabilis in sanctis suis et sanctus in omnibus operibus suis atque
 benedictus et gloriosus in saecula saeculorum. Amen.

Miraculum [XLIX]. Navigando lacum Lausannae

30 **quidam naufragium fecerunt, quorum quidam meritis beati Claudii
 incolumes evaserunt (1).**

Noverint universi quod anno Domini millesimo cccc° quinquagesimo quinto et
 die Jovis vicesima nona mensis maii, hora missae sancti Eugendi personaliter
 accessit ad ecclesiam beatorum Eugendi et Claudii confessorum Nicodus Gyrodi,
 35 carpentator, burgensis de Tonone, aetatis quadraginta duorum annorum vel
 circa, ut asserit, dicens se habere votum erga dictum sanctum Claudium propter
 sequentia, quae per juramentum suum et per votum suum asserit vera fore. Vide-
 licet, quod die lunae praeteritae dictus Nycodus, Johannes Monoz, Aymonetus
 Couchet et quidam ejusdem Aymoneti filius, de Tonone, et quidam Johannes, loci
 40 de Vegrez, ac Petrus Destoyt, notarius loci de Morges, qui a dicto loco Morgiac

(1) Cfr. *ibid.*, p. 661, nn. 15, 16. Cfr. supra, p. 23, not. 2.

navigando per lacum Gebennensis seu Lausannensis tendentes voluerunt apud Thononum distante a dicto loco spatium trium leucarum aquae; et ipsi intra et existentibus infra quendam navem hora secunda cum dimidia vel circa per meridiem, traxerunt ramando contra Thononum et iverunt seu navigaverunt usque ad medium dicti lacus vel circa, qui * medius lacus distare poterat a dicto loco Morgiae spatio unius leucae cum dimidia vel circa, sine aliquo indebito impedimento sive fortuna mala. Tunc ipsis in medio lacus vel circa extantibus et contra Thononum navigantibus, insurrexerunt tanti venti et boreae supra dictum lacum, quod infra quantum unius quarti horae, urgentibus undis, dicta navis submersa fuit, et praenominati omnes in lacum ceciderunt. Et ilico gratia Dei in omnes, praeter dictum Joannem Monoz, fundo dicti navis se arripuerunt, et supra fundum existentes, undisque et boreis perseverantibus, dictus Nycodus et Petrus Destoit, genibus flexis, corde contrito devotioneque moti se reddiderunt Deo gloriosae Virgini et beatissimo Claudio et omnibus sanctis, requirentibus devocunt ipsorum adjutorium interessent. Steteruntque in praedicta devotione supra fundum dictae navis spatio dimidiae horae; et ipsis in dicta devotione perseverantibus et sanctum Claudium proclamantibus, dicta navis reversa fuit in suum debitum statum, et ipsi infra dictam navem se invenerunt, nescit quomodo exceptis dictis Choudet et ejus filio, qui submersi fuerunt et a post ipsos non videntur. Dictus Johannes Monoz in dicta navi * repertus mortuus, tenens cum suis manibus sedem dictae navis, quia steterat subtus navi durante tempore quo fuit et remansit submersa. Ipsisque in dicta navi, ut supra, reversis et existentibus Deum et sanctam Mariam ac beatissimum Claudium reclamando, cum ramis traxerunt et navigaverunt, non obstantibus maximis undis et boreis semper fortiter perseverantibus, contra Lausonem, et se invenerunt prope locum Sancti Suspirii circa spatium dimidiae leucae. Tunc venerunt quatuor homines a loco Sancti Suspirii, quorum nomina ignorat, infra quendam navem ad eosdem et ad ipsorum auxillum, et incontinenti ceperunt dictum Johannem de Vergrez et ipsum in navi ipsorum posuerunt. Quo in dicta navi posito, propter tormenta quae passus fuerant incontinenti decessit. Quam una cum praenominatis navigando duxerunt ad Sanctum Suspirium, et praemissa retulit fore vera apud Sanctum Eugeadium, praesentibus fratre Gautherio Villicart, Ordinis Fratrum Praedicatorum Divione, nobilis Johanne de Castillone domino de Monproverin, et Petro Gailla de Thonone, testibus vocatis. Sic signatum ut supra.

Miraculum. Idem ut supra.

Noverint universi quod die martis post Trinitatem accessit ad Sanctum Claudium Petrus Descuey, clericus et burgensis Morgiae, reddendo votum suum, qui promiserat pro fortuna superius dicta et scripta, dicens et affirmans omnia superius dicta esse vera. Ulterius dixit et vulgariter dixit quod navis reversa periculum et auxillum gloriosae virginis Mariae et sanctorum Claudii, Nicolai Ludovici Arelatensis, quos omnes dixit ipsos vidisse, et quod ipsi tres ceperunt navem et reverserunt; et omnes qui erant supra fundum navis, ilico fuerunt in

navim, praeter dictus Choudet et ejus filium, qui submersi erant, videlicet tres vivi et unus mortuus : et ilico dictus repositus fuit in navi et fuit projectus, sed nescit quis fecit * qui ipsum posuit. Et ulterius dicit quod quando navis reversa fuit, quod ilico fuit plena aquae per undas. Et haec attestor Petrus de Escuey 5 subscriptus, praesentibus Johanne Pigneti curato Genoliaci, Andrea Javim curato Charchilliaci et vicario perpetuo praedictae ecclesiae Sancti Claudii, et domno Petro Bachodi presbytero, testibus. P. de Escuey. G. Charnagy.

[L.] De peregrinis ab infidelibus causa Juvandae (?)

navigacionis detentis, mirabiliter per beatum Claudium liberatis (1). *

- 10 Et de Dei mirabilibus serius impensis nonnullis Christi orthodoxis ob gloriosissimi confessoris beati Claudii intercessionem attingunt quae sub verborum eloquentia nonnunquam recitare desinunt ; tamen propter imperitiam scriptorum redigendum quam ex animis et approbationis prosecutionum. Igitur, [ut] interdum aliqua de hujuscemodi perpendantur, pandendum est quod hodie, festi 15 beati Michaelis archangeli, penultima mensis septembris, anno Domini millesimo quatercentesimo quinquagesimo quinto, Johanne de Vinea de Insula Flandriae et Regnaldus de Trahyes de sancto Paulo de Lenternorum, Turianensis diocesis, causa votum peregrandum et devotione moti, ecclesiam dicti beati Claudii applicarunt ; factisque inibi * devotione et oblatione, sub testimonio Dei evangelii et animarum * cod. initis.
- 20 suarum interitu vociferarunt subnarranda fore vera. Videlicet quod dudum et martis ante sollemne festum nativitatis beati Johannis Baptistae ultime fluxum duo praeterierunt anni, existentibus cum pluribus nautis in navi nuncupati Johannis Gruma supra mare domini Burgundiae ducis patroni, applicatis in loco * cod. lutu. dicto Coursier in patria Moriennensi, a circumstantibus infelicibus * eis execu- * ita cod., bias dantibus captivati et inde acerrimis carceribus mancipati fuerunt, adeo quod leg. infidelibus f delati ipsi ut inopes post paucum temporis intervallum rursus supra pelagus ad bellandum contra felices * destituti, quamquam eorum mens ad ea imperata et * ita cod., merito coartare nequibat, inibi duobus durantibus annis et ultra innumera, Deus leg. fideles f testis, passi fuerunt tormenta. Tandem jovis post instans festum beati Ludovici
- 30 ultime praeteriti adveniente, ipsi duo captivi et quidam eorum contribulis, confidentibus de almi zelo ejusve sanctorum et sanctarum, praecipue beati Claudii intercessione, piissime se eundem Johannem et ejus consobrinum Regnaldum vovere beatissimo atque gloriosissimo Claudio, et eum poposcit erga altissimum Jesum Christum intercedere dignaretur, praesertim ut a manibus istorum perver-
- 35 sorum interitorum erui et ad terram tutam eici possent. Et confestim finita prece, sub lucis * exordiis prospicere circum circa ejus scallum, vidit omnes alios in * (s. l.) cod. navi astantes obdormire : ex quo obstupuit. Sed raptus Dei et beati Claudii ardore, supplicis. ut per ejus putabat mentem, ferventius adimplere ejus opus nitebatur ex Dei et beati Claudii cum quadam navis corda paulatim hospite insalutato se con-
-) culcari dimiserunt ; et inde prostratis in aequore distantibus ad litus * a loco * cod. littum.

(1) Cfr. *ibid.*, p. 602, n. 19.

navis praenarratae per unam leucam et ultra nactando, dicto Johanne praelitum Regnauldum nactare nesciente supra ejus scapulas absque turbatione sventi exformidatione sibi dato ferente, tute cum almi et beati Claudii adjutor videlicet ad portum de Sanone adoptatum feliciter pervenerunt, et magnifi quod voverunt peregere conati fuerunt. Gratias Deo et beato Claudio agendo ha referantur. Ipsi Johannes et Regnauldus palam et publice juraverunt ad sanc sacra evangelia fore vera. Anno et die supra primo dictis, coram pluribus fi dignis testibus et me P. Gaillardi.

**Miraculum [LI.] Meritis beatæ Mariæ virginis,
beatæ Mariæ Magdalenes et beati Claudii quidam de maxima
infirmirate convaluit (1).**

Licet opera Dei et sanctorum ejus inenarrabilia censeantur, ad eorum tam laudis augmentum fidelium et orthodoxorum, persaepe * ultra vires natural nedum anima, sed et corpore afflictorum, provisionis exemplum, ut quibus hun num studium non valet, altissimis sanctorum precibus supernaturaliter provide miracula sunt describenda et fides indubia illa experientia vera obtinentih adhibenda. Evenit igitur in civitate Aquensi Provinciae quendam Jacobum Bl chardi, serenissimi domni regis Siciliae * secretarium, filium Francisci, orga rium loci Arcensi, Vivariensis diocesis, dictae curiae Aquensis civitatis, grav sima infirmitate percute et a physicis ipsius domni regis et aliis perdoctissim tunc moriturum judicari, prout erat judicatus, ut ipse veraciter novit; sed i quendam ejus fratrem, nuncupatum Simonem, beati Claudii precibus recomr sus, illis et beatæ Mariæ virginis et beatæ Mariæ Magdalenaë apud Deum coo rantibus, ipse aegrotatus miraculose, ut notorium est in civitate eadem et ab firmiter creditur, ab eadem infirmitate evasit, et ob id cum gratiarum actio hanc beati Claudii ecclesiam et ipsius beatissimum corpus in proprio cum di ejus fratre visitavit die jovis quindecima mensis maii, anno Domini millesir cecealyo quinto *. Et in hujus miraculi veritatis signum illud ipse Blancha manu propria ibidem scripsit. J. Blanchardi.

**Miraculum [LII.] De puero abortivo signa vitae habente voto
ad beatum Claudium a parentibus emisso (2).**

Quoniam Deus mirabilia in sanctis suis interdum facit magna et quae per divi aguntur naturae humana indubiose habentur, ut serius Dei potestas et sanc rum ejus elucescat et ea quae per rerum naturam non habentur per exem nonnunquam deluduntur, nunc est quod noviter uxor Nycoleti, Lingonen diocesis commorantis, sicut Deo placuit, peperit abortivum aut saltem pueri incapacem ad baptismum suscipiendum. Qui per tres dies continuos, ut Dei ju mine sufflaretur, in alteram civitatis Lingonensis ecclesiam vigilatus extitit. Dem quia rector ipsius ecclesiae alibi dictum puerum deferre imperavit, asserer quod sicut factum fuerat Deo libuerat, deferendoque per alteram mulier

(1) Cfr. *ibid.*, p. 667, n. 46. — (2) Cfr. *ibid.*, p. 665, n. 40.

inibi praesentem, recordatus est et ad memoriam ipse Johannes redactus de miraculis per rerum creatorem, nedum in animabus, sed etiam corporibus creaturarum humanarum, in tam copioso numero precibus beati Claudii factis, se eidem beato et dictum puerum devotissime vovit, exorans ut ex meritis et inter-
5 cessionibus ejusdem infans ad baptismum fontis evenire posset. Datoque voto, infans ipse, qui deferendo erat, quasi in medio ejusdem ecclesiae urinam emittere exordii, plangere et successive vagiare : adeo quod baptizatus per dictum ecclesiae rectorem publice cum Dei adjutorio extitit. Fuitque tota gens ipsius civitatis inibi propter dictum eventum miraculum convocata et campanae pulsatae, Deo
10 et beato Claudio cum gaudio regratiando. Qui puer inde viam universae carnis sumpsit ; et ipse Johannes pater nudus confestim et sine alia mora corpus ipsius gloriosissimi beati Claudii visitare applicuit. Haec praedicta etiam cum juramento sacro canone tacto attestatus est ipse Johannes, in qua ipsum venerandum corpus beati Claudii reponitur in ecclesia, fore vera, hodie lunae vicesima prima mensis
15 aprilis post pascha, anno Domini millesimo cccc^olxi^o, in praesentia unius notarii subscripti, necnon virorum venerabilium fratrum Vacherii de Ruppe, sacristae ejusdem Sancti Eugendi, custodis dicti sacri corporis, Claudii de Prato, prioris de Cultura, Henrici de Hugniaco, Petri de Dortaneo, religiosorum dicti monasterii, discretorum virorum domni Huberti de Diciis, curati de Molans, Petri Pitolati,
20 presbyterorum de Sancto Eugendio, Poncii, Guidonis de Viviaco, Michaelis Alacris, Anciasii de Ferreriis, etiam presbyterorum episcopatus Vivariensis, Petri Masserii de Monrecort in Bressia et Guillermi Valetae, plurimorumque testium. P. Gaillardii.

Miraculum [LIII]. De muliere gravi infirmitate visu, auditu,

loquela privata et facie retroversa, voto ab amicis emisso sanata (1).
25 Licet opera Dei et sanctorum ejus infinita censeantur, attamen ad eorum laudis augmentum et fidelium christianorum devotionis promotionem ea quae supernaturaliter eveniunt saepissime contigit enarrare et in scriptis redigere et fides indubia illa experientia vera obtinere adhibendum, cum per Dei potentiam et precibus sanctorum miraculose appareant evenire. Evenit igitur in villa Divione
30 quod nuper, videlicet die martis ante festum Assumptionis beatae Mariae virginis fluxis, nobilis Guyota, uxor egregii viri magni Johannis Guyon, consiliarius illustrissimi principis domni nostri Burgundiae ducis, in dicta Divione commorantis, circa horam meridiei subito gravi infirmitate detenta extitit, adeo quod visum, auditum et loquelam ilico perdidit, facies ejus retroversit et de ejus vita nulla
35 habebatur experientia, quinimmo plus de morte sperabatur quam de vita. Tandem spiritus gratiae intuitu quaedam Symoneta, dicti loci, vicina ejus et commater, et Perrinus Abaderti, ejus familiaris et servitor, videntes dictam Guyotam de ejus vita nullam spem habere sine Dei misericordia et sanctorum invocatione, devotione moti, eandem Guyotam Deo et beato atque glorioso Claudio reddide-
40 runt, et voverunt quod si ipsius beati Claudii precibus ad vitam reducere posset,

* cod.
circam.

* ita cod
leg. redi

(1) Cfr. *ibid.*, p. 664, n. 32 med.

quam primum ipsis possibile esset, eandem ecclesiam dicti beati Claudii in **pa**
** ita cod.,* pria adducerent. Et paulo post ex Dei potentia et beati Claudii precibus di **c**
leg. adirent. Guyota sanitatem recepit. Quae praedicta sic eventa, hodie datae praesentium
ecclesia beatorum Eugendi et Claudii, coram me notario et testibus subscrip **t**
rum personaliter constituti dictus egregius magister Johannes Guyon, Guy **O**
ejus uxor, Symoneta et Perrinus, ad dictam sancti Claudii ecclesiam causa pra **a**
dicta votum reddendum accessi, praedicta omnia sic eventa, eorum corpora **a**
medio juramento, attestati fuerunt et attestantur fore vera, die undecima mensi
aprilis anno Domini millesimo septuagesimo sexto, praesentibus venerabilibu **s**
viris religiosis et fratribus Vaucherio de Ruppe sacrista, Stephano de Veriaco came **r**
riario, Petro de Eschallone cambellario, praedictis monachis, domno Petro Bayeti.
Francisco Sambini, Parsivallo Gavini presbyteris, et Claudio Gabeti burgensis
Sancti Eugendi, testibus. F. Sambini notarius.

[LIV.] **De quodam abbate usque ad mortem infirmante, sanato tamen, voto per suum nepotem ad beatum Claudium emisso (1).**

Ut de Dei mirabilibus seriusius elucescat, ea quae per intercessionem sancto-
rum ejus nobis oculanter miraculose apparet evenire, eadem in scriptis saepis-
sime ad augmentationem fidei contingit redigere. Eapropter notum fuit et
omnibus manifestum quod hodie, undecima mensis maii anno Domini millesimo
quatercentesimo septuagesimo sexto, nobilis Junotus de Moyria, nepos in Christo
patris domni abbatis de Tyerni, Clarmontensis diocesis, causa votum peragendi
et devotione motus ecclesiam beatissimi Claudii applicuit; factaque devotione et
oblatione, sub testimonio evangelii et animae suae interitu vociferavit et asseruit
subnarranda fore vera. Videlicet quod ab anno nuper citra praefatus reverendus
domnus abbas de Tyerni, ejus avunculus, quadam gravi infirmitate sibi repente
eventa fuit aegrotatus, adeo quod ab omnibus ipsum videntes per certum tempo-
ris spatium morte fuit condemnatus et in ipsum nulla spes vitae eminebat. Tan-
dem spiritus gratiae intuitu praefatus nobilis Junotus erga Dominum nostrum
redemptorem et praefatum beatum Claudium, quem in ejus continuis orationibus
pro se habebat recommissum, praefatum domnum beato Claudio reddidit et se
iturum pro eodem, quamprimum sibi possibile, vovit; et voto facto, ad laudem
Dei intercessione ejusdem beati Claudii, ilico idem patiens sanitatem recepit.
Datum in ecclesia beati Claudii palam et publice anno dieque praedictis, prae-
sentibus domno Francisco Resayti presbytero, Claudio Galleti de Sancto Eugendo
et Guillelmo Artadi mercatoris de Lugduno, testibus. F. Sambini.

[LV.] **De abortivo in ecclesia beati Claudii baptizato (2).**

Anno Domini millesimo cccc° lxxi° et die nona mensis junii, applicuit eccle-
siam beati Claudii Johannes de Jerna, de Buzi in Burgundia, qui retulit, etiam
cum juramento super canone tacto, quod mercurii noviter lapsa ejusdem Johan-
nis uxor, sicuti placuit Deo, peperit abortivum. Qui deportatus ad quandam

(1) Cfr. *ibid.*, p. 667, n. 46 extr. — (2) Cfr. *ibid.*, p. 666, n. 40 med.

capellam ad honorem beatæ virginis Catherinae prope fundatam et inde tota nocte vigilatus, assistentes ut Dei spiramine insufflaretur. In crastinum autem ad memoriam redactus de festo beatissimi ac gloriosissimi Claudii die veneris sequentis celebrando, ad eundem gloriosissimum venit hujusmodi abortivum
 5 [deferens] ut ipsius meritis Altissimus et ei vitam præstare dignaretur ut sacrum sumere posset baptismum; quodque cum jejuniis panis et aquæ et totus nudus suum redderet voyagium; et confestim missam celebrare fecit. In cujus sacri corporis elevatione puer ipse vagiare exordii, et quam plurima dedit baptismi signa: quod ad Dei laudem ab eodem illam missam celebranti baptismum suscepit et paulo post ab hoc migravit saeculo; et sine mora ipse Johannes quod vovit complevit, hocque retulit et juravit in mei notarii subscripti et nobilium Antonii Barthodi, Johannis de Prato, Petri de Ligniaco, scutiferorum, plurimorumque testium astantium et totius conventus ibidem propterea convocati: qui inde ad Dei et beati Claudii decorem gratias egerunt cum campanarum pulsatione et psal-
 15 mi de *Te Deum laudamus* cum suffragiis consuetis decantatione. P. Gaillardi.

[LVI.] **Doctor in medicina, duobus annis infirmitate gravatus, voto elemosinando emisso sanatur (1).**

Vir quidam famosus, nomine Nundinus Pacis, doctor in medicina, de salut in infirmitate raptus, qua causante duobus aegrotans in lecto continuis stetit annis.
 20 meatum cum loquio in eo cessantibus, adeo quod extremum sacramentum, et merito, accipere oportuit, nihilque aliud nisi viam carnis universae egressum spectavit, nec astantes spectabant, cum saepissime et a longo tempore famosorum medicorum patriae morti iudicio traditurus illa erat infirmitate. Die quadam, in tali stante iudicio et quasi in extremis laborantem, sicuti Deo libuit, ipse corde
 25 contritus, mentaliter non verbaliter, ad virginem Mariam beatosque Claudium et Antonium vovit ut, si convalere et unquam pergere posset, de Christi orthodoxorum patrimonii sua redderet romipedogia, quae inde fecit. Ilico dato illo mentali voto, vidit hominem habitu religiosi indutum coram eo stantem, et ceteri astantes viderunt, cujus faciem ipsi neque astantes prospicere potuerunt; et ipso
 30 viso obdormivit. Et ipse, qui in lecto quasi sedens apodiatus pulvinaribus*, ut mos est fieri decedentibus ab hac luce, prostratus in lecto, evigilato se comperit sanatus et locutus est; Deoque, virgini Mariae et beatis Claudio et Antonio et astantes gratias referendo. Sic relatum cum juramento in beati Claudii ecclesia per dictum doctorem duodecima junii anno Domini millesimo cccc^olxvi^o, præ-
 35 sentibus venerabili fratre Petro de Prestino priore de Fontenayo, fratre Stephano Parriardi monacho, Guillermo Collinetti curato de Vallibus, et pluribus aliis in magno numero testibus. P. Gaillardi notarius.

* cod. pul-
 * cod. ad.

Miraculum [LVII.] De quodam, in cujus ore cancer letalis generatur muris mistione, sanato lacrimabili deprecatione (2).

40 Vir alius quidam de burgo Dusiae, Gratianopolitanensis diocesis, Michael Gathe

(1) Cfr. *ibid.*, p. 667, n. 47. — (2) Cfr. *ibid.*, p. 664, n. 33 extr.

nominatus; paulisper post pascha lapsis dormiente et in cubili suo, mus quidam in filo captus, ore dicti Johannis aperto reperto, in eo immixit, adeo quod cancer letalis generavit; nec fuit qui poculum neque medicamentum dare potuit, quamquam a magis expertis philorgicae artis patriotis et advenis medicatus. Et demum iudicio mortis traditus, expansis manibus ad Dei sanctumque Claudium servum lacrimabili voce convalitudinem oris humiliter deposcens. Cujus paulo post eadem die oratione exaudita, convaluit; et inde sanatus, et successive concurrens ad dicti gloriosissimi corporis sancti Claudii ecclesiam, relictis calciamentis et loquacitatem votum, quantocius et devotius potuit, in ejusdem sancti corporis quiescentem ecclesia applicatur ultima junii, anno Domini millesimo cccc^o lxxvi^o, populo in magno numero stante enarrando juravit. Gaillardi.

Miraculum [LVIII]. Episcopus a praedonibus spoliatus in nemore, tribus diebus ligatus, voto emisso solvitur (1).

Anno Domini millesimo cccc^o lxxvi^o, die sabbati vicesima sexta mensis julii, causa peregrinationis in coenobio Jurensis et in ecclesia beati Claudii applicuit reverendus in Christo pater et domnus frater Aegidius Neliensis, Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Bergenensis. Qui reverendus pater retulit cum juramento super canone tacto, quod nuper, videlicet in crastino beatorum Philippi et Jacobi ultime lapsis, cum in regno Franciae, videlicet in nemore civitatis de Compiègne, ab armorum gentibus spoliatum fuisse libris, vestimentis et omnibus bonis, et praesertim bullis et litteris apostolicis sui episcopatus praedatum fore, et percussum graviter acriterque laesum, et inde ad unam arborem in dicto nemore circumligatum; in qua per tres dies continuos remansit, ibi prae nimio dolore muscarum et fame viam universae carnis expectabat. Ibidem dies suos clausisset extremos, nisi ex speciali Dei gratia et praefati beati Claudii, cui devote se vovit et reddidit eum in praefata ecclesia visitare provenisset. Ad cujus laudem asserit ipse reverendus fore liberatum. Et haec attestatus est in praefata ecclesia idem reverendus, in quam plurimorum presentia, anno et die quibus supra. F. Sambini.

Miraculum [LIX]. Mulier morbo pestilentiae tacta et ut mortua sudario reposita, meritis sancti Claudii liberata (2).

Nempe anno millesimo cccc^o lxxvi^o praetacto et octobris decima tertia die, praevento ad praefatam beati Claudii ecclesiam Bartholomeo Tisserii, Avinionem commorantem, testante cum juramento, in magnae populi copiae praesentia, Drietam, ejus consortem, a paucis enim diebus morbum pestis passam fuisse, demum post sacramentorum sumptionem unctionis migrasse. Repositaque suta sudario suo usque ad caput, attestans ipse, devotione motus, meritis ejusdem sancti, cui devotissime voverat, confestim miraculose eloquentiam impendit, et inde convaluit, et successive hilaris permansit. P. Gaillardi.

(1) Cfr. *ibid.*, p. 663, n. 28. — (2) Cfr. *ibid.*, p. 666, n. 43.

[LX] De vexato xxii septimanas a daemone,
a beato Claudio liberato (1).

Sequenti die eandem applicuit ecclesiam vir alius, de Gyuriaco, Girardus Guyoti nomine, in consimili populi praesentia, anno eodem, attestans cum juramento
5 quod callidus humani generis temptator, ut leo rugiens quaerens quem devoret, corpus ipsius testantis repente intravit et tormentis acerrimis viginti duabus septimanis incessanter animum cum corpore vexavit. Tandem per parentes, videntes tormentorum hujus patientis multitudinem insupportabilium a turbone impensorum, manibus impensis et voce lacrimabili Deum et beatum Claudium,
10 ut ejus intercessionibus incolumen redderet, reclamarunt, sensus recuperationem et inimici corporis fugationem humiliter deposcentes; postque modici temporis spatium a daemone vexatione dimissus. Anno ut supra. P. Gaillard.

[LXI]. Quidam xi annis spumatoribus maris in compeditibus
invitus serviens, parvo medio a beato Claudio liberatur (2).

45 In ecclesia beati Claudii, attestante Moneto Clerici Nycre cum juramento sacrosanctis evangelii tactis, anni elapsi undecim pergentem Viciae patriae, per pelagi spumatores Cathelanorum patriae captivatus, et undecim annis delatus in navi compeditus grossa ferri catena super alterum suorum pedum, et inibi sudore magno diversarumque verberaturarum et poenarum passione illo permansit tem-
20 pore. Quo durante, non sine fletu et tristitia plusque animo contemplativo, a Deo ejusque genitricem et beatum Claudium se, ut a viribus illorum eriperent rectorum, commendavit. Altera autem sequenti die, Dei genitricisque et beati Claudii praedictorum juvamine, medio * unius parvissimi cutelli ferrum catenae
impedimenti sui fregit. Sequenti vero nocte, hospite insalutato in pelago se
25 aequoris spatium hilarem portum Monegne, suam satis prope patriam, applicuit. Confestim eandem peregrinando pervenit ecclesiam, gratias Deo et beato Claudio; et praedicta in plurimorum praesentia tertia novembris anno referendo praedicto. P. Gaillardi.

* hoc substituta pro alia quam legere nequivimus

Miraculum [LXII]. Quidam loquelam et sanitatem
30 quam perdiderat recuperavit (3).

Quia Deus interdum sanctorum precibus non vult peccatoris crucionem meritorum exigentem sed stare ut convertatur, beatus ipse Claudius ad grata affluentibus persistens tribuere munera, non paulisper sed armifice, ut sathanae contribilis et generis humani adversarius succumbat in suis perversis negotiis. Cum
35 nuper, ante veneris proxime fluxa, Jacobus Richardi de Trivignon, subito raptus morbo, propter quod non tantum corporis potestate sed etiam loquela et epularum sapore privatus, stetitque statu eo diebus ac noctibus. Tandem mentali conceptu erecta ad mentis ipsius sancti Claudii convalescens ab hebetatione, digito fratri suo praesenti demonstrans Virginis imaginem suo junctam pileo cum signo

(1) Cfr. *ibid.*, p. 665, n. 36. — (2) Cfr. *ibid.*, p. 662, n. 20. — (3) Cfr. *ibid.*, p. 665, n. 36 extr.

crucis, quem beatus ipse in archiepiscopali dignitate deferre est assuetus, vi
** ita cod.* e contra locum in quo ipse veneratur sanctus **Meliaris** *. Quibus mediant
 signis, frater ipse patientis mentem reseravit, et successive patiens ad ip
 locum ecurrentes, dato pedum sancti osculo, suam optatam comperiit eloqui
 tiam, gratias Deo et beato Claudio et praedieta cum juramento in eadem r
 rendo ecclesia. Septima die mensis novembris jam dicto anno, testium pluri
 rum in praesentia et mei notarii. P. Gaillardi.

**[LXIII.] De muliere pedibus grandi infirmitate perditis, septem quin
 diebus sine cibo et potu, meritis beati Claudii praeservata (1).**

Anno Domini millesimo quater centesimo septuagesimo primo, martii die r
 curii vicesima septima, in loco parochiae Megenete, Alpibus Sabaudiae et
 cesis Gebenensis, tale et inauditum atque per omnia admirandum, credendur
 approbatum miraculum, sumptis inde veridicis informationibus per reveren
 in Christo patris domnum Mammertum, episcopum Ebronensis, sacrae theolo
 doctorem, tunc ipsam diocesis parochiam visitantem, praebuit Deus in qua
 Petrina nomine, juvenula annorum ferme duodeviginti : quae ab ipsa die v
 sima septima martii usque ad maii quintam fuit absque omni cibo potu son
 que in quodam altissimo monte inter duo saxa, ubi illic manat torrens ex a
 rum inabundantia, delata per quendam haeticum seu diabolum sub sp
** cod. postel.* canis horrendi ; et illam discaevit sotularibus, et evulsa pelle posthaec * i
 pedes cum grandi passione perdidit. Quae sese a principio beatissimae vi
Mariae et sanctissimo atque gloriosissimo Claudio protegendam devovit, et tan
 reperta, prius confessa et corpus Christi illie devote recipit, et ex ordine or
 gesta retulit, visitataque in illa poena per diabolum, et adhuc vivit devotis
 et continens, quamvis maritata. De cujus quidem miraculi testimonio ipse r
 rendus episcopus Ebronensis per amplissimam cum quaestionibus quadrag
 dubiorum miraculi solitum ad summum pontificem destinavit.

[LXIV.] De infante strangulato vitam recuperante.

Uxor honesti viri Huguelin Gaude, de villa de Pois, diocesis Eduensis, dum r
 dam die, ut sui moris erat, ad ecclesiam causa devotionis ivisset, parvulo fili
 cuna quatuor cornibus pendente dimisso, contigit, dicta cuna a casu transve
 ita quod supra erat subtus inventum fore, dictum parvulum ligatura qua erat
 tum strangulari. Mater ab ecclesia revertens, sic infantem inveniens, semimo
 aliquandiu remanens, dum vires resumpsit, ululando coepit clamare clamor
 mugens planetum, ita ut famuli et tota vicinia ad tam lamentabile spectacu
 convenirent. Nec defuerunt viri justitiarum ; qui et adhuc sic pendentem pa
 lum inventum deposuerunt. Raptim parentes corpus ad ecclesiam sanctis
 Claudii devotissime deportaverunt : ita ut, dum ab oratione parentes surger
 pariter et puer ad vitam.

[LXV.] De homine usum quem perdiderat loquendi recuperante
 Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, vicesima t

(1) Cfr. *ibid.*, p. 068, n. 53 58.

die martii, quidam juvenis, aetate viginti quatuor annorum, nomine Johannes Michel, de sancto Charo in Delphinatu, qui propter quaedam infortunia votum emiserat, videlicet quolibet diei sabbati jejunare donec et quousque limina sanctissimi Claudii visitasset, contigit instinctu quorundam suorum sociorum quandam diem sabbati jejunare omisisse. Unde et die lunae sequenti, dum a lecto de mane surgeret, ad terram quasi mortuus subito prosternitur, alta voce clamans : *Ego sum mortuus* ; et incontinenti usum perdidit loquendi, tribusque diebus sine cibi aut potus sumptione remansit. Parentes autem sui, qui suum sciebant votum, dum aliquantulum validasset, praeter tamen usum loquendi, ad Sanctum Claudium duci fecerunt. Qui cum ad hospitium pervenisset, adhuc ad terram prosternitur : quod factum hospiti quidnam esset inquirenti per socios panditur. Deinde ad ecclesiam ducitur. Qui tamen semper loqui nitebatur sed non poterat. Verum cum ante gloriosissimi Claudii corpus pervenisset, suamque devotionem humiliter et devote perfecisset, usum loquendi sanitatemque recuperavit, Deum laudando et beatum Claudium. Hoc factum ipse cum suis sociis asseruit mediante juramento in praesentia domni magni prioris conventus, plurium nobilium et burgensium.

[LXVI.] *De homine a casu equi liberatus.*

Johannes Ymbert, de Guyry in Chamioys, clericus, notarius publicus, pro vero omnibus, quod sexta die decembris anni Domini millesimi quadringentesimi nonagesimi primi, dum equipeteret de dicto loco de Guyry ad civitatem Cabilonensem, contigit ipsum cum suo equo ad terram prosterni. Equo tamen relevato, ad terram remansit, calce subpedario pendente. Sic per devia camporum trahitur cum magno sui corporis periculo, quousque votum ad sanctum emisisset Claudium. Quo emisso, subito equus remansit velut immobilis, donec pes suus esset extra subpedarium, nullamque in corpore ab equo sensit laesuram. Suoque signo manuale haec praedicta certificat.

[LXVII.] *De quinquennio febricitante,*

oratione ad sanctum Claudium invalescente.

Tantae in comitatu Vinisiae viro altero, Petro Gaigneur nominato, de Bellemeure oriundus, morbo febre arrepto : qui continuo hujus dolore compatiatus, per quinquennium quietem abstulit, nec pocula medicamentum comperire prosiliit. Post cujus contumationem oravit debilis ipse a beato Claudio exaudiri, ut ipsius precibus ab hac curaretur infirmitate. Confestim invaluit, et deinde libero gressu adoptatum votum reddens ambulavit. Haec attestatus ipse Petrus populum multitudinem praesentia ecclesiae ipsius sancti per votum ambulatum et cum sacramento evangelii tacto, anno supra proxime dicto et vicesima prima die julii. P. Gaillardi.

XVII. Codex signatus num. 916.

Olim, ut videtur, Folquetianus (1).

Foliorum 119, med. (0^m, 31 × 0,225), lineis plenis (praeter fol. 115-119), exaratus saec. XV, multis litteris et aliis ornamentis coloribus et auro depictis decoratus.

In priori parte (fol. 1-103) continentur officia ecclesiastica et missae de S. Martiali, de S^a Valeria, de S. Restituto, de SS. undecim millibus virginum Colonien- sium (quibus singulis illorum sanctorum insertae sunt Vitae vel Passiones), pan- norum Domini et B. Mariae ad Nives. — Sequuntur vitae S. Eutropii et S. Rochi seu Rochonis.

1° [Vita sancti Martialis episcopi Lemovicensis] (fol. 3^r-16^r).

Ed. ap. Surium, ad d. 30 Junii. Praetermissi sunt numm. 8-23 et num. ultimus.

2° [Vita sanctae Valeriae virginis] (fol. 22^v-29^v).

Inedita sub ea forma, eadem fere de S. Valeria referens quae de ea leguntur in Vita edita S. Martialis modo citata. Vid. infra Append.

3° [Vita sancti Restituti episcopi Tricastini] (fol. 44^v-54^v).

Fabulosa utique, quam tamen edendam existimavimus, scilicet ad complemen- tum traditionum quae de sociis SS. Marthae et Mariae Magdalenae medio aevo ferebantur. Vid. infra Append.

4° [Passio sanctarum undecim millium virginum] (fol. 60^r-65^r).

Compendium Passionis ed. Act. SS., ad d. 21 Oct., tom. IX, p. 159-61 (num. 15). Sequitur narratio duplicis miraculi ed. Leg. Aur., p. 704 extr.-5.

ita cod.

5° Vita sancti Eutropii Auraycae 'urbis episcopi' et confessoris (fol. 104^r-107^v).

Vita fabulosa seu oratio panegyrica, in qua fingitur S. Eutropius fuisse coae- qualis et discipulus Domini; inedita, nec digna quae edatur.

Inc. *Cum per orbis climata lividus anguis tortuosus calle (sic) ovilia patriarcharum debaccharet rituque sacrilego sacrilegam allophilorum catervam comprimeret.....* (fol. 104^r extr.) *De quorum consortio extitit vir Dominus (sic) Eutropius, genere Egyptius, Antiochia, ut fertur, adop- tivus....*

(1) Id inde colligimus quod in codice olim Musei Bollandiani, nunc bibliothecae regiae Bruxellensis 8065-66 *Vita beatissimi Rochi episcopi et martyris* des- cripta legitur *ex ms. Biblioth. Foucquetii*. Apographum autem istud ita omnia verba et lectiones perturbatas vel dubias codicis hujus Parisini repraesentat ut nullus dubio locus perspersit quin ex eodem descriptum sit.

Des. *Idcirco estote parati, ut in illa die cum vestro patre Eutropio, ad cuius solemnia convenistis, sitis securi et cum eo ad convivium aeternae dulcedinis possitis venire. Quod vobis praestare dignetur...*

6° Vita sancti Eutropii episcopi (fol. 107^v-110^r).

Ed. Act. SS., ad d. 27 Maii, tom. VI, p. 700-1. In iisdem verbis mutila desinit Vita in codice in quibus Vita edita.

7° Vita beatissimi Rochi episcopi [Aeduensis] et martyris (fol. 111^r-114^r).

Vid. Append.

Appendix ad cod. 916.

PASSIO SANCTAE VALERIAE (Cfr. supra, p. 40, 2°.)

1. Haec vero civitas antiquissima fuerat condita a rege Lemovico, ex genere gigantes et ex nomine suo vocata temporibus Pammae regis * Assyriorum sive * *cod. regio.*
 Ramasis Aegyptiorum, quo tempore Gedeon * iudicabat Hebraeos, post Debora * *cod.*
 et Barac iudices, qui praefuerant Hebraeis annis XL. Beatus itaque Martialis *Gedeno.*
 5 jubente Domino illuc perveniens, salutiferam publice omnibus coepit exhibere doctrinam, et per ejus praedicationem ac miracula venerabilis Susanna credidit cum unica filia sua Valeria. Quas etiam baptizans Dei antistes, oravit pro eis Dominum, et repletae sunt ambae Spiritu sancto; omnesque qui in domo Susannae erant christiani facti sunt. Et in sequentibus diebus omnes a minimo usque
 10 ad maximum qui in eadem civitate erant in Dominum crediderunt, et baptizati sunt, et cuncta idolorum maenia et figuras diruerunt. Virgo vero Valeria cotidie ejus praedicationem, ejus celebrationem audiens, et super omnes gradus fidelium excellere virginitatem cognoscens, post obitum matris suae venerabilis Susannae abiens ad eum, voto se constrinxit Domino virginem permansuram.
 15 2. Quo tempore sponsus ejus dux Stephanus trans Ligerim et Sequanam contra barbaros, qui Romanis rebellabant, cum exercitu processerat. Unde contigit ut nihil horum quae circa sacratissimam virginem Dei gratia per beatum Martialem fuerat operata cognoscere quivisset. Reversus vero victor a barbaris Germaniae regionis, devenit cum magno exercitu Lemovicam, cupiens sibi Valeriam spon-
 20 sam cum dignitate principali in matrimonio sociare. Sed cum velox fama ad aures ejus pervenisset quod Valeria non sibi sociatura eum esset, quia plus alium sponsum diligeret, Stephanus dux nimio furore permotus, cum satellitibus suis venit ad domum palatii in qua erat beata virgo; ubi ipsa diebus et noctibus orationibus instabat et laudibus Christi vacabat, in vigiliis ac jejuniis ceterisque
 5 bonis operibus, quibus ornatur decus virginitatis, operam dare solita erat. Pro ipso quoque sponso suo, ut a beato Martiale jussa fuerat, postulabat Deum sine

intermissione, quatinus ineffabilis Christi bonitas relictis idolis reduceret ad suam agnitionem.

3. Beata vero virgo Valeria sedenti in throno aureo duei occurrit in p̄cum summa benevolentia et intrepida corde. Quam princeps terribiliter int̄voce minaci pereunctatur utrum plus alium sponsum quam se diligeret, ut retulerat. Cui blando alloquio et vultu submisso imperterrita virgo Dei respōdit: *Non tibi, clarissime princeps, facio injuriam, aliquem mortalem prorens; sed illum diligo Deum a quo creati sumus ambo, qui cae terrae imperium continet, quem cognovi per sanctissimum et re servum ejus Martialem. Illi creatori per praedicationem domini apostolici viri Martialis meam vovi virginitalatem, pro cujus amore tem non recusabo subire. Etenim Deus meus Jesus Christus, filius Patris omnipotentis, ante tempora a Patre genitus sine matre, tem autem nostro de virgine natus, per quem mundus est factus, quem per passionem paulo ante hos annos redemit, et nobis antistitem s. Martialem misit qui nos illuminaret de mysterio divinitatis. Idola colebamus muta et surda sunt, et plena fallaciis daemonum. Quibus abrenuntiare toto corde volueris et Christi sacramentis a Dei pon Martiale te initiari permiseris, usque in finem meus amor tecum manebit, et nuptias spernes et ego virginitalatem non amittam; et mortem corporis ad illam pervenimus vitam quae terminum non habet.* Quo audito, dux nimis frendens non eam diutius secum passus est confabulari repletus furore dictavit sententiam [coram] omnibus dicens: *Quantocius dicam extra civitatem, et capitis plexione animadvertatur.* In crast vero pontificem Dei Martialem cogitavit in carcere custodire, et pro eo lit Claudio Caesari Romam destinare, quid de eo fieri juberet. Non enim inter eum praesumpsit sine indulgentia imperatoris, quia audierat eum venisse ab Roma.

4. Armiger vero Stephani, genere Romanus, miles dignitate gloriosus, no Hotarius, jussus est a duce ut eam manu sua propria interficeret. Cum ergo s. Valeria virgo ad decollationem duceretur, dixit ei: *Stulte, hac nocte mori et ego hodie incipiam vivere.* Et expansis in caelum manibus, oravit dic *Domine Jesu Christe, quem cognovi per beatum Martialem, pro c amore pergo ad decollationem, quia malo mori quam a te separari, cipe animam meam in gloriam tuam.* Et audita est vox de caelo, dic *Noli timere, Valeria: quia ecce te exspectant angeli, ut recipiant claritate quae nullo fine clauditur, et videbis sponsum tuum regem piternum Jesum, qui pro te effudit in cruce sanguinem suum.* Tunc dens virgo Dei et intrepida ad locum pervenit et ultro collum extendit, un ictu lanistae capite truncata est. Cujus animam de corpore egressam fulg instar solis viderunt omnes, tam christiani quam pagani, et in igneo gloi angelorum multitudine in caelum deferri, et concentum hymnicum audie

quousque caelos penetraverunt canentes : *Beata es, virgo et martyr Christi Valeria, quia in thalamis perpetuis lapide omni pretioso ornatis cum splendore ineffabili exultabis et nuptias sponsi tui aeternas videbis ubi non deficiet gaudium et exultatio.*

5 5. Corpus denique beatæ Valeriæ sine capite, jam decollatum, quasi viveret, protinus caput suum manibus propriis accepit, et erectum sicut vivens integer homo firmis incessit vestigiis; et per mediam civitatem pergens quasi ad quattuor stadia, ad pontificem Dei Martialem usque pervenit. Eademque hora antistes iste ipse in basilica beati Stephani divina peragebat mysteria pro martyrio sanctæ
10 Valeriæ, ut animam ejus Dominus suscipere dignaretur et nota faceret paganis mirabilia sua per illam. Veniens ergo ante conspectum sancti Martialis, suaviter caput suum ante pedes ejus deposuit, et leviter postmodum ibidem decubuit terræ. Marmorea illic forte jacebat tabula, et super eam plantas apposuit : ac virtute
15 divina marmor effectum est tenerrimum, et signa pedum ejusdem virginis expressa sunt in eo aperte, quæ usque hodie in testimonium videntur. Nam saxum ipsum marmoreum in publico foris sub divo propter spectaculum plebis hodieque exaltatum videtur. Quæ res miræ nulli videbuntur incredibiles qui perpenderit omnipotentem Deum multa similia et his majora operatum fuisse. Quæ miracula multi pagani videntes, hora ea crediderunt in Christum et baptizati sunt a beato
20 Martiale.

6. Jamque imminente nocte armiger ducis, qui eam decollaverat, hæc miracula videns, cum summa festinatione ad principem venit, narrans ei quæ viderat et quæ audierat per eam. Atque ultimum non tacuit sententiam mortis suæ in ipsa nocte, quam ei sancta Valeria prædixerat. Quod dictum mox ut protulit, ab
25 angelo percussus cecidit ad pedes ducis et mortuus est. Dux itaque Stephanus, tanta miracula videns et audiens, timore percussus, cum toto exercitu prostratus, mox induit se cilicio, et per christianos qui aderant misit ad beatum Martialem, postulans paenitentiam : non enim per semetipsum accedere ad eum ausus est, magno terrore consternatus. Tunc sanctus præsul venire ad eum est dignatus.
30 Quem cum cerneret dux, eadem hora cum lacrimis misit se ad pedes ejus, et cunctus exercitus cum primatibus Romanis. Tunc beatus Martialis videns potentes sæculi paratos ad credendum, ut eis veritatem fidei demonstraret, tenens defuncti manum ait : *Resuscitet te Dominus meus et magister meus Jesus Christus, quem Judæi crucifixerunt et tertia die resurrexit a mortuis,*
35 *qui apostolo suo Petro me sociare dignatus est et per eum misit me in istam provinciam, ut gloriam ejus manifestaret. In ipsius nomine stasupra pedes tuos.* Qui ilico surgens, provolutus pedibus sancti Martialis dixit : *Tu es vere pontifex Dei. Peccavi occidens sanguinem justum ; sed da mihi, obsecro, baptismum christianorum, et fac me christianum.* Beatus
40 vero Martialis tam ipsi qui resuscitatus [est] quam Stephano duci et satrapis ejus, cunctoque exercitui ejus credere parato, paenitentiam indixit, et baptizavit eos numero xv milia.

7. Corpus vero sanctae Valeriae una cum capite secto a cervice sepelivit beatus Martialis honore praeclaro, astante duce et cunctis dignitatibus ejus. Hoc enim absque dubio credendum est quod conversionem sponsi sui spiritus sanctae Valeriae impetraverit in caelis, quae multas pro eo preces Deo fuderat in terris. Nam hoc sensisse praedictum ducem hic perpenditur, quod omnia quae dotis nomine sanctae Valeriae per testamentum dederat, facta sollemni donatione sancto Martiali tradidit, ut ipse ea prout sibi videbatur dispensaret. Aurum enim et argentum multum ac multa pretiosa munera dux obtulit pontifici, ut fabricaret exinde ecclesias quas esset fabricaturus. Et beato antistite ei consilium praebente, construxit dux hospitale pauperum et redditibus terrarum replevit, ut cotidie pauperes trecenti ibidem alerentur in honore Christi pro recordatione virginis et martyris Valeriae.

VITA S. RESTITUTI EPISCOPI TRICASTINI (Cfr. supra, p. 40, 3°).

Lectio prima. — Praecipue narranda sunt gesta divinitus celebrata inter cetera atque laudanda, cum documenta nostra a vitis sanctorum patrum procedant, per quorum merita vita nostra in Domino ferveat et luceat. Dicendum est ergo de quodam adolescente, qui caecus natus in finibus principatus Galilaeae, nobili propagine in oppido Tabariae oriundus, dixit patri suo : *Pater mi, audistis voces clamantium de Jesu Nazareno, quanta facit in cunctis populis miracula. Claudos ambulare facit, caecos illuminat, surdi audiunt, mortuos resuscitare facit triduanos. Vadam ad eum, et cum natus sim tibi sine oculis, clamabo ut habeat misericordiam in servo suo, ut oculos meos aperiat virtute sua.* Respondit pater : *O fili mi, impossibile est te unquam videre ; cum oculi tibi non sint nec aliqua series oculorum tibi appareat, quomodo fiet istud ?* Respondit filius : *Numquid majus est mortuos suscitare quam oculos aperire homini viventi ?* Dixit pater pietate motus : *Fili mi, fides tua te salvum faciet. Accipe de thesauro caballos, camelos, jumenta et omnia : habeo universa.*

Lectio II. — Respondit filius : *Pater mi, audivi humilem vitam suam. Non equitat, non superbus est, sed misericors et pius, plenus dulcedine atque humilitate. Ibo ad eum mendicando.* Et haec dicens, discessit ab eo in habitu paupertatis cum minima comitiva. Accidit autem post dies multos invenit Jesum ; et cum multae turbae sequerentur eum, interrogavit ubi erat transiturus. Dixerunt ei : *Hic transiet, non tardabit.* Qui cum venisset in quadrevio cum multitudine magna dicentium : *Hic est vere propheta qui salvabit nos,* adolescens caecus clamavit voce magna, dicens : *Jesu, fili David, fili Dei, pietatem habe in me et miserere mei. Jesu, fili David, fili Dei, pietatem habe, habe in me et miserere mei.* Conversus Jesus dixit caeco : *Quid vis tibi faciam ? — Domine, ut videam.* Continuo Dominus Jesus lutum fecit cum terra de saliva, et linivit locum oculorum ejus, dixit ei : *Vade ad natu-*

toria Siloe et oculos tuos lava. Adolescens autem fecit sicut praecepit ei Jesus. Venit ad fontem Siloe, lavit, primitus vidit Jesum; impletus Spiritu sancto, in fide Christi confirmatus est. Vocatum est nomen ejus Restitutus. Glorificans et laudans Deum, secutus est Dominum. Post haec crevit, factus est clericus omni
5 bonitate, pudicitia, justitia et veritate plenus, atque fervens fervore divino, nul-
lum respiciens nisi solum Jesum.

Lectio III. — Interrogabant eum qui viderant eum caecum, dicentes: *Qui fecit tibi oculos?* Respondit eis: *Jesus Nazarenus, qui habet potestatem et omnium dominus est, rex regum, dominus dominantium, quem vide-*
10 *bam priusquam mihi oculos aperiret.* Multi interrogabant eum, quibus re-
spondere minime curabat. Sed amore divino inflammatus, semper Deum inspiciens,
nullam habens curam de terrenis; sed flexis genibus continue adorabat Jesum,
dicens intra se quia hic est vere propheta, qui salvabit nos, sic per multos dies
manens, non comedens neque bibens. Sed gratia Altissimi fovebat eum tanto
15 fervore quod facies ejus fulgebat sicut aurum, oculi ejus tanto fulgore quod
omnes mirabantur, dicentes: *Hic factus salvus est in fide Christi.* Perseve-
rans divino studio Restitutus, coepit scripturas aperire; Spiritu sancto imbutus,
cunctis populis Jesum esse filium Dei praedicabat. Tanto divino operi applicatus,
factusque de numero discipulorum Domini, tantam gratiam consecutus est apud
20 Deum quod populi inclinabant ad beatitudinis suae pedes. Sic manens, omnia ter-
rena deserens, non fessus acquirendo caelestia, largire pauperibus non avarus.
Postque Domini ascensionem praefatus beatus Restitutus una cum beato Tro-
phimo, beato Eutropio, beato Maximo, beata Martha, beata Magdalena et quorun-
dam aliorum sanctorum societate, ascendit naviculam super mare absque humano
25 regimine, sub Dei spe divinitus transfretantes sine remis atque velamine. Ad por-
tum declinantes Aralate perrexerunt. Venientesque prope urbem Aralate in loco
vocalo *Quoquo regio*, ibi facta fuit divisio inter eos pro paenitentia apud Deum
facienda. Beata Martha cum Trophimo atque Eutropio hic remansit. Verum beatus
Restitutus cum beata Magdalena atque beato Maximo Aquensem provinciam
30 visitarunt, in deserto valde aspero. Ibi vero beatus Restitutus, Omnipotentis
gratia roboratus, per multos annos in habitaculo Saxinatim jejunando et orando
paenitentiam agens. Saepe visus chorus angelorum. Aves aeris sibi necessaria
ministrabant.

Lectio quarta. — Accidit autem in octuagesimo fere aetatis suae, cum eccle-
35 sia urbis Tricastinae jam pastore careret, conventus praefatae urbis congregatus
ad eligendum pastorem, cum pauci essent, venit eis in somnis caelestis visio:
Restitutus vocabitur qui datus est nobis in pastorem. Surgentes de cellis
suis, divino officio matutinarum completo, narravit unus alteri visionem quae
eis apparuerat, glorificantes laudantes Dominum, qui tantam gratiam eis impen-
40 dere dignatus est, electionem et provisionem eis faceret de pastore. Et proni in
orationem, rogabant diutius Dominum nostrum Jesum Christum ut daret eis noti-
tiam ubi reperiretur pro praesule Restitutus. Finita oratione, unus ex eis, Saluber

nomine, coepit cantare alta voce *Te Deum*. Mirabantur autem ceteri quia subito inceperat. Et ad vocem illius unanimiter concordantes, finito psalmo et orationibus propriis, interrogabant eum arguendo quid sibi acciderat, ut repente cantaret. Respondit eis : *Domini mei fratres carissimi, non me mini : quia scio locum ubi reperietur sanctus episcopus noster. Prisciscamur et exeamus villam secreto, cum multi sint inter nos confidem nostram. Ne forte nos habeant in contemptum deridendo, et paucis christianis vadamus et in adventu nostro jucundo reportabimus amicis nostris consolationem et gaudium Altissimo inspirante.*

Lectio quinta. — Accepta sibi christianorum societate congrua, exientes iam, iter suum properantes, interrogabant illum sanctum hominem qui *Te Deum* inceperat : *Quo vadimus nos ?* At ille respondit : *Narrabo vobis quae vobis dum eram in oratione, licet indignus sum Deo, dixit mihi vox aurem : Incipe cantare Te Deum, ex quo Deus tibi providet de pastore. Nam in Aquensi provincia invenies Restitutum in deserto valde aspice. Et dum loquebatur vox illa, per manum beatum Restitutum tenebam. Vidi eum pulcherrimum, magnae altitudinis in persona : capilli candidi ; facies angelica apparebat, oculi ejus coruscantes. Quid dicitur de eo ? Mihi totus divinus apparuit.* Et gaudentes ceteri diebant : *Ergo, prisciscamur ad partes illas. Dominus illuminabit gressus nostros et diriget nos ad eum qui docebit nos in via aeterna.* Peragentes iter suum, post aliquot dies intrantes urbem Aquensem, beato Maximo praesidente, narraverunt ei et visa, gesta fuerant et audita, inter cetera notificantes rogantesque ut docerent quid facturi essent ad inveniendum illum sanctum hominem Restitutum. respondens dixit eis : *Audivi a pluribus quod in quodam deserto vobis orientem est quidam eremita in grapa (1) rupis cellam suam habens, ferae deserti oboediunt, ares aeris sibi ministrant : cujus nomen penitus ignoro.* Dicunt ei : *Rogamus te, serve Dei, ut des nobis conductum, sciat veritatem itineris. Venientes cum eo, per te transeamus.* Respondeo beatus Maximus : *Est hic senex quidam qui scit omnia in deserto, ducet vos ad eum.* Qui senem rogantes, perrexerunt illuc, et post aliquot dies venerunt ad cellam in qua erat beatus Restitutus. Et respicientes viderunt illum in oratione genu flexo. Et procidentes salutaverunt eum, dicentes : *Ave, servus Dei.* Qui respondens eis : *Qui aperuit meos oculos det vobis vitam aeternam.* Erat autem ibi famulus qui cum eo venerat a Galilaea. Interrogantes quo nomine vocaretur iste amicus Dei, respondit eis : *Restitutus est nomen ejus.* At illi gaudentes, glorificantes Deum, cum maxima devotione atque reverentia amplexu timido palpitabant eum, dicentes : *Serve Dei Restitute, non te elegimus, sed Deus elegit te, providens de te nobis in pastorem et datus es nobis urbis Tricastinae episcopus.* At ille stupefactus

(1) Ita cod. ; an forte legendum *gropa* (gall. *croupe*, i. e. dorsum, vertex)

rubore respondit : *O amici Dei, quomodo possunt haec fieri ? Insufficientia mihi superest, scientia deficit, nulla dignitas in me latet, ut pontificatus dignus sin honore.* At illi clamabant altius, dicentes : *Pater bone, Restitute serve Dei, virtus Altissimi tibi praestitit dignitatem.* Tunc cum lacrimis
 5 respondens devotione in caelum suspirans, dixit : *Fiat mihi secundum Domini nostri suae celsitudinis voluntatem.* Et respicientes eum devotione et gaudio pleni, coeperunt cantare unanimes *Te Deum* ; et odor suavitatis tabernaculum implevit. Audientes ferae deserti voces psallentium, venientes in occursum, videntes servum Dei Restitutum, inclinabant ad eum, ita ut omnibus vide-
 10 batur quod honorem cum reverentia servo Dei impendebant. Cum vidisset beatus Restitutus, dixit eis : *Nolite nocere alicui.* Continuo ab eis recesserunt.

Lectio sexta. — Arripientes iter suum, rogabant ipsum ut iumentum ascenderet. Respondit servus Dei : *Non. Dominus et magister noster sine equo et jumento ibat, dum fecit mihi oculos. Nolite me, mei domini, fingere melio-*
 15 *rem.* Videntes autem humilitatem ejus, coeperunt ei oboedire. In Aquensi urbe transitum facientes, ad beatum Maximinum (1) accesserunt. Qui cum magno gaudio suscipiens Restitutum, moribus atque doctrina illustrabat. Modicam moram facientes, a beato Maximino discesserunt. Festinantes iter suum, docebat eos praedicando fidem Christi. Post multos dies venientes prope urbem Tricastinam,
 20 populi multitudo venit obviam eis. Videntes sanctum episcopum, quisque eum tangere et de vestimentis ejus habere cupiebat. Induentes eum sacris vestibus, mitram, anulum atque baculum pastorem deferebat in adventu ejus jucundo ; multi confirmati sunt in fide Christi. Intranses autem civitatem, languentium catervae sequebantur, ita ut vix transitum per viam facere poterant. Accedens
 25 autem mulier prona coram beato praesule, rogabat eum dicens : *Serve Dei piissime, unicus filius meus per decem annos furiositate permansit insensatus. Tange eum baculo, et salvus fiet.* At ille respondens ait : *O mulier, non est meum ; sed ille qui oculos meos aperuit illuminet eum Spiritu sancto et virtute.* Tetigit eum baculo pastorali : et continuo sanatus est, laudans
 30 et glorificans Deum ; et in fide Christi multi crediderunt. Videntes mirati sunt valde qui furiosum viderant, dicentes intra se quia hic sanctus amicus est Dei altissimi.

Lectio septima. — Dum divina celebraret officia, ductus est quidam nobilis, per xv annos non videns. In faciem ejus dixit : *O praesul egregie, roga Domi-*
 35 *num Jesum nostrum, Jesum quem nos credimus adorando. Habe mecum misericordiam, bone pastor, ut oratione tua possim recuperare claritatem.* Continuo sanati sunt oculi ejus. Prae nimio gaudio cum tota familia coepit dicere : *Vere hic est qui habet postestatem a Deo vero.* Tunc non minima pars urbis confirmata est in fide Christi. Multi febricitantes rogantes eum sanati
 40 sunt, tantam in beato confessore fidem habentes quod vix poterant recedere ab

(1) Ita cod. hoc loco ; superius (lectt. 4 et 5) *Maximus*.

eo. Omni die continuans praedicare populo, viam veritatis edocendo, tam in sermone graciosus quam in persona speciosus, Dei altitudinem sapiebat. Dum una die magna confusione populi adunata praedicaret populo verbum Domini, homo quidam dives valde super equum venit, et procidens coram sancto praesule, genu flexo dixit : *Pastor bone, qui a Deo electus es, habe misericordiam* 5 *in me, quoniam filius meus, cupiens ad te venire, cadens de equo, binas tibiae sibi fractae sunt. Ecce eum coram te destinavi. Dic ei benedictionem tuam, et continuo ambulabit in Christi nomine, quem adoro.* Servus Dei Restitutus, pietate motus, respiciens in caelum, rogavit Dominum Jesum, dicens : *Jesu bone, salvator mundi, qui de nihilo cuncta creasti et mihi oculos* 10 *dignatus es aperire, praesta puero huic gratiam benignitatis tuae, ut circumstantes cognoscant gloriam altitudinis tuae, qui manes in trinitate et unitate in Spiritu sancto per cuncta saecula saeculorum.* Omnis chorus respondit Amen.

Lectio octava. — Mox surrexit puer sanatus omnino, laudans et gratias 15 agens Deo. Clamans omnis populus quod hic est vere amicus Dei sanctus, defensor et pax istius patriae. Post dies aliquos audivit praefatus beatus Restitutus quod in quodam monte in loco nomine Longavilla multi erant homines in fide Christi minime credentes. Ubi praesul Dei subito abiit : erat autem prope civitatem. Dum venisset praefatus beatus Restitutus, venerunt obviam ei, respicientes eum cum magno gaudio, devotione et honore, aliqui pauci in fide Christi credentes. Et ducentes eum ubi perfidi morabantur, congregata cohorte praedicando docebat eos Jesum esse Filium Dei. Qui vero arguebant contra eum, dicentes legem eorum esse meliorem. Dum autem contenderet demonstraretque eis viam veritatis, venit alienigena : percussus gladio, oculum suum erutum deferebat in sua manu. Et procidens ad pedes beatissimi confessoris Christi, clamabat dicens : *Pater mi, serve [Dei] Restitute, miserere mei.* Humiliatus in oratione servus Dei dixit ei : *Credis in Deum?* — *Credo, pater.* Accipiens oculum quem in manu portabat, dixit ei : *Habe fidem in eo qui me illuminavit, et illuminabit te virtute.* Convertens autem oculum cum sancta manu sua in locum suum unde erutus fuerat, mox omnino sanatus est. Laudes et gratias agens Deo, dicebat quia hic est vere amicus Dei altissimi. Videntes circumstantes confirmati sunt in fide Christi. Et ita confitendo atque confessiones audiendo, praedicando fidem Dei, docens omni populo ibi per multos annos permansit sanctus confessor Dei, docens omni populo viam veritatis; ecclesiam Dei ibi aedificans in honorem virginis Mariae, prope ecclesiam duos fontes, quorum unus est ad similitudinem fontis natatoriae Siloe, ubi Jesus aperuit oculos ejus; in quo prohibitus est 20 *cod. oculis.* introitus mulierum. Multa miracula facta sunt lavantibus oculos in Christi nomine et beatissimi confessoris, recuperantes visumque catervae languentium sanabantur. Hic autem jejunando et orando per longum tempus permanens, unicuique justitiam ministrabat. Electis cibariis cotidie in ejus oppido praeparatis, ipse autem numquam gustans, sed tantum pane hordeaceo Dei gratia fove-

batur. Postquam populus ille conversus confirmatusque in fide Christi fuit, praecepit ibi aliam aedificare ecclesiam, conjunctamque collateratam ecclesiae beatæ Mariæ quam primitus aedificaverat, limitans ipse signansque sancta manu sua.

Lectio nona. — Sequentibus diebus multis, devotione repletus Romam visitare
 5 festinans, iter suum arripiens perrexit in partibus Italiae in urbe nomine Alba, ubi innumerabilis populus adversarius contra fidem Christi existerat. Audiens autem sanctus confessor Dei, tamquam bonus bellator, congregata magna multitudine praefati populi, coepit eos docere. Illi autem confundere eum conabantur, dicentes : *Legem nostram, in qua nati sumus, obtinere cupientes, pone*
 10 *mus te in lacu et arena leonum.* Dum autem contenderet, accedens mulier, eujus filius infirmabatur, in adventu beatissimi Restituti hospita sua, dicens fletu amarissimo : *Hospes bone, serve Dei, praesul egregie, si fuisses in domo mea, filius meus non esset mortuus.* Dixit ei beatus Christi discipulus Restitutus : *O mulier, hospes mea dilecta, per mortem corporis filii tui noli*
 15 *flere, sed per mortem animae ipsius. Sed si credis in eo qui me illuminavit, forte filius tuus vivet.* At illa dixit : *Credo, benignissime pater, toto corde meo, et in intimis animae meae glorifico eum.* Baptizataque confirmata in fide Christi, jussit beatus praesul Dei discipulus deportari filium mortuum in grabato suo. Videns beatus [Dei] servus, devotione motus, procidens in ora-
 20 *tione, duntius orans, tetigit mortuum baculo suo pastorali. Confestim surrexit laudans et glorificans Deum. Baptizatusque confirmatus, cum magna cohorte secutus est servum Dei Restitutum, et factus est de familia ejus. Videntes ceteri, flamma diabolica inflammata, dicebant unanimes : Iste vere arte magica fruitur, et contra legem nostram satagit ad destruendum. Omnis qui contra*
 25 *legem facit, dignus est morte. Ponamus ergo eum in arena leonum.* Respondit praeses : *Praecipio ne aliqua cibaria dentur leonibus per binos dies, ut famescant, subito devorent eum.* Positus est in carcere Dei discipulus. Completis autem binis diebus, ductus est sanctus praesul Dei in lacu leonum more solito homicidae. Sequebantur eum turbae multae ut viderent ejus
 30 *finem.* Dum intrasset autem beatus vir Dei Restitutus in spelunca leonum, omnis circulens populus infinitus. Ipse autem orabat Jesum, dicens : *Domine Jesu, si morte hac dignus sum, suscipe spiritum meum.* Mox omnes leones, leopardi ceteraque ferae, ad eum venientes, cum reverentia lingebant osculando manus, pedes atque vestimenta ipsius. Mirabantur innumerabiles circumstantes
 35 *dicentes : Vere cum magna reverentia suscipiunt eum.* Videns praeses, recordans sui facinoris, dixit : *Nos filii iniquitatis sumus. Vere homo sanctus atque justus est iste.* Praecepit eum extrahi festinanter, et procidens ad pedes beatissimi confessoris, rogabat eum dicens : *Serve [Dei] pie, praesul sanctissime, pietatem habe in me et miserere mei.* Respondit beatus con-
 40 *fessor Dei, dicens : Non est meum vobis dimittere, sed ille qui cuncta potest dimittat vobis.* Stansque in oratione, rogabat Jesum dicens : *Domine, dimitte eis, quia caecati sunt ; nesciunt quid faciunt.* Praeses autem, illuminatus

divino lumine, cum tota turba praefatae urbis baptizatus est in nomine Domini nostri Jesu Christi. Post multos dies beatus Restitutus Romam visitare appetens, infirmitate corporis sui sanctissimi detentus, certaminibus finem imponens, diabolo devicto, disposuit suo corpori sepulturam, jubens famulis suis corpus suum apud Galliam Tricastinensem destinari prope urbem versus orientem, in loco ubi aedificari praeceperat ecclesiam per eum limitatam. Omnibus vero completis, caelos obdormit aperiens, in Domino exspiravit vixit idus novembris in urbe quae Alba vocatur, ubi chorus angelorum per aera fulgebant, dulces cantus resonantes: *Gloria, laus in altissimis Deo*. Ibi multa miracula facta sunt tangentibus locum ubi sanctum corpus erat positum. Ad Galliam Tricastinensem profecti sunt famuli ejus cum sancto corpore, sicut praeceperat eis beatus Restitutus, et ibidem divinitus sepultus est infra muros ecclesiae per eum limitatae: quam vivus non potuit, mortuus complevit, fulgentibus miraculis a Deo suis meritis collatis. Amen.

VITA S. ROCHI EPISCOPI AUGUSTODUNENSIS (Cfr. supra, p. 41, 7^o) (1) .

Incipit vita beatissimi Rochi episcopi et martyris.

Lectio prima. — Sanctus igitur Rocho cum perfectae vitae sanctitate et divitiam in se gratiarum charismata largiente Domino cognoscimus, illud quod adhuc sanctitatis culmen deerat, Domino spirante ac populo eligente, promeruit ut sacerdos ac pontifex Aeduensis ecclesiae civitatis omnium pastor eligeretur. Cujus sanctitatis fama dum per diversos ecclesiarum erumperetur accessus, non solum ipsos adversos ecclesiae terminos, sed et ad vicinarum urbium fines, adhucdum factum est ut haec fama tenentis imperatoris aures attingeret. Cui filius a spiritu immundo correpta graviter vexabatur: a quo posset erui beatum Rochonem fama celeriter repraesentatur, ac ille venerabiliter de infelici exitu miserunt filiae. Ille vero confisus in Domino, in oratione arte prosternitur. Nocte quadam sacris hymnis canticisque spiritualibus puella est ante se ducta; et misit in os puellae digitos, et nequam spiritum a corpore abegit obsesso. Ad miraculum imperator cernens, immensos auri argentique cubillos offert sancto sacerdoti. Quae ille execrans ut refutans, obtinuit ut Aeduensis civitas, quae tributa specie despendebat, in auro dissolveret.

[**Lectio secunda.**] — Beatus Rocho fuit monachus Aeduensis et episcopus, jejunans multum, et non comedebat nisi panem hordei et aquam tribulationis, et legem Christi praedicabat et ejus servitium faciebat. Postquam rex illius terrae misit ipsum in exilium in quadam rupe cujusdam insulae vocatae Affricae, quae rupis erat in deserta insula infra mare; et fuit ibi quadraginta diebus, ut fame

(1) Textum admodum barbarum, quemque eundem omnino, ut supra monuimus, repraesentat apographum Bruxellense, exhibendum duximus sicut legitur in codice.

moreretur. Postquam haec fecisset, custos ejus cotidie semel videbat beatum Rochonem in aere et videbat maximam claritatem circa illum, et amittebat visum propter illam claritatem.

Lectio tertia. — Beatus Rocho vero non comedebat cibum corporalem. Quod postquam vidisset custos, haec domino suo nuntiavit. Et tunc dictus rex ipsum fecit proici in mari. Quem de mari Dei miraculo ad portum deduxerunt tali hora qua fuit projectus in mari, et cum exivit a mari, beata virgo Maria apparuit ei, confortans eum. Tunc beatus Rocho tale donum requisivit a Domino, ut omnes colentes et venerantes suam festivitatem seu ejus memoriam agentes, numquam tempestatem paterentur nec potestate inimici detinerentur. Cui beata Maria virgo dixit : *Quod postulasti datum est tibi desuper.*

Lectio quarta. — Post haec in diversis partibus mundi legem Domini praedicavit. Ad ultimum rediit ad terram et suam civitatem, scilicet Aeduensem, et ibi decessit. Accidit autem quod die sui obitus in dictam civitatem cecidit tempestas valida ; et ideo cognoverunt gentes se deliquisse, quia ejus sepulturae non interfuerunt et diem sui obitus non sollemnizaverunt. Sanctus vero Rocho, impleto vitae suae tempore in ipso itineris miraculo migravit ad Christum et sepultus est in urbe sua. Et forsitan, ut plerumque homines murmurare solliciti sunt quid praegratulantur dicens non potest hic haberi inter sanctos pro uno tantum aperitione mirandum. Nam si pependit illud quod in evangelio ait : *Multi dicent in illa die : Domine, Domine, nonne in tuo nomine daemonia eiecimus virtutesque multis fecimus ? et tunc respondens eis dicet : quia non novi vos*, profecto intelligitur quod magis proficit ad laudem virtus egressa de tumulto quam ea quaeque dicam jecit vivens in mundo : quia illa vere ita fieri poterunt per assidua munditiae occupationis impedimenti, haec vere omnes labe ad liquidum merentur.

Lectio quinta. — Ergo illa ut credimus quae sanctus Rocho, nam hoc spiritus operatus est oblivioni data sunt, nunc ad nostram notitiam pervenerunt ea quae hic in mundo aspeximus oculis expertisque simus vel quae a fidelibus cognita cognovimus declaramus. Tempore quo sanctus Rocho episcopus Aeduensem ecclesiam regebat, quidam scriptor in adolescentia detegens graviter aegrotabatur, ab eo plerumque dilectione nimia beatificatur, et quo paternis ejus esset. Erat enim validus cum nimia stomachi putredine ac febre correptus. Dixit matri suae : *Credo inspirante omnipotenti Deo quod, si ad basilicam beati Rochonis deportaveritis me, recuperabo sanitatem.* Illatusque morbus ad tumultum, fusa oratione cum lacrimis, leniorem ac saniozem se sentit quam cum venerat. Reversusque ad domum que febre corripitur.

[**Lectio sexta.** — Quadam vero die [cum] gravius agere coepisset eumque febris asperior solito aggravaret, et utrum evadere et dubius sub forte jaceret, accedens ejus genitrix ait ad eum : *Maestum hodie, dulcis nate, sum nimirum habitura diem, cum te talis detineat febris.* Et ille : *Nihil, inquit, prorsus obsecro ne timeatis ; sed ad sepulcrum beati Rochonis pontificis iterum*

remittite me. Credo enim et fides mea est, quia virtus et merita beati Rochonis tibi laetitiam et mihi tribuet sanitatem. Qui productus ad sepulcrum beati Rochonis pontificis, precibus et meritis ejus, Domino Jesu auxiliante curatus a febre, ad domum rediit laudans et glorificans Deum.

[**Lectio septima.** — Q]uid plura? Ut accidit quod quadam die quidam presbyter vidit hominem bladum flagellantem, dicit ei: *Festum beati Rochonis pontificis est hodie et [non] licet operari.* Cui respondens dixit quod satis transgredierat alias et adhuc transgredieretur, quasi contemnendo. Et confestim facies illius rustici retro conversa est. Qui tunc fuit ductus ad ecclesiam coram altari sancti Rochoni cum quadam retorta ligata in collo ejus. Et ipse deprecans sanctum Rochonem et petens indulgentiam, statim per Dei gratiam et misericordiam facies ejus conversa est in pristinum statum.

[**Lectio octava.** — P]ost haec contingit quod quidam homo portabat de campo suo bladum suum in festo sancti Rochonis. Cui aliquis presbyter prohibuit ne illa die faceret talia. Et ille homo respondit: *Antequam veniat Rocho, ego bladum meum ad domum meam deportabo.* Tunc boves ejus et currus et bladum aperta terra intraverunt abyssum. Et jam non est diu quod venerabilis pater Girardus gloriosae memoriae episcopus Aeduensis (1) nuper defunctus aperuit ejusdem beati Rochoni tumulum et invenit sanctum corpus ejus integrum et anulum ejus in digito et vestimenta pontificalia cum quibusdam sana et illaesa.

[**Lectio nona.** — C]um maxima veneratione et reverentiam, multis lacrimis fuis prae gaudio, sepulcrum gloriosissimi episcopi et martyris Rochonis diligenter consecravit. Iterum autem cum corpus ejusdem gloriosissimi sancti in ecclesia cathedrali post translationem ejus fuisset venerabiliter collocatum, videlicet super quattuor columnas lapideas, in quadam cappella, per gratiam Dei de auro deaurata et argento et lapidibus redimita, et infinitus populus in dicta ecclesia ob amorem et reverentiam beati martyris quatruiduani mortui, cujus corpus apud Aeduensem civitatem requiescit (2), per Dei gratiam converset, impulsus dicti populi capsula cum corpore dicti martyris Rochonis super populum cecidit; et neque capsula aliquid laesionis habuit, neque populus super quem cecidit, quamvis immensi esset ponderis, aliquam laesionem vel modicam sustinuit, praestante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

XVIII. Codex signatus num. 917.

Olim bibliothecae regiae Blesensis.

(1) An. 908-975. Cfr. *Gall. Christ.*, tom. IV, p. 374-75. — (2) S. Lazari scilicet. Cfr. *ibid.*, p. 375 d.

Foliorum 44, maj. (0^m,375×0,27), columnis binis, exaratus saec. XV.

Folium 1^r ornatum est admodum elegantibus picturis, quae vario colore et auro nitent.

1^o [Officium sanctae Clotildis reginae] (fol. 1^r-23^r).

Huic officio, notis musicis insignito, inserta est inter Lectiones Vita sanctae Clotildis, quam edidit Mabillonius, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 98-103. Desiderantur in codice num. 1 seu prologus (praeter ultima verba), pars posterior num. 3 (post voces *volo ducere in conjugium*), pars posterior num. 5 (post voces *facile impetrabis*), pars posterior num. 8 (post voces *apostolorum aedificavit*), et numm. 9-11 extr., ubi resumitur narratio a vocibus *Aedificavit praeterea...*

2^o [Vita sanctae Clotildis altera] (fol. 24^r-44^v).

Hujus prior pars tota excerpta est ex *Gestis regum Francorum*, cap. 11-24 (*Hist. de Fr.*, tom. II, p. 548-57). Posteriorem praebuerunt capp. 11-14 Vitae editae a Mabillonio (cit. supra), admodum paucis mutatis in fine ultimi capituli.

XIX. Codex signatus num. 989.

Olim Fiscannensis, deinde Bigotianus 249, postea Regius C. 4187. A.

Foliorum 133, min. (0^m,195×0,133), lineis plenis, exaratus saec. X.

1^o Vita sancti Taurini episcopi [Ebroicensis] et confessoris Christi egregii (fol. 8^v-24^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Aug., t. II, p. 639-43, diverso prologo.

2^o [Inventio et] miracula [S. Taurini] (fol. 24^v-30^r).

Ed. *ibid.*, p. 643-44. Omissa sunt paragraphus ultima numeri 5 et integer num. 6.

3^o Passio sanctae Luciae [metrica] (fol. 41^r-53^r).

Ed. ex codice Bruxellensi 10615-729, exarato saec. XII, apud Gul. Harster, *Novem vitae sanctorum metricae* (Lipsiae 1877), p. 126-47. Cum autem Parisinus codex antiquior sit et nonnullis locis manifeste magis integrum textum referat, variantes lectiones, quas in eo notavimus, distincte hic exhibere visum est. Vid. infra Append.

4^o Vita sancti Nicolai pontificis (fol. 54^r-95^r).

Ed. ap. Nic. Carminum Falconium, *Acta primig. S. Nicolai*, p. 112-26.

Appendix ad cod. 989.

VITA METRICA SANCTAE LUCIAE
collata cum editione cl. Gul. Harster.

Ed.	Cod.
Vers. 1-18	<i>om.</i>
» 19. igitur	<i>miser.</i>
» 42. ingens	<i>vigens.</i>
» 55 et 172. [est]	<i>est.</i>
» 70 <i>extr.</i> et.	<i>om.</i>
» 77. modo tui	<i>tui modo.</i>
» 151. aequi	<i>et qui.</i>
» 182... miseretque nescia	<i>... miserosque nescit.</i>
» 198. Cleanthi	<i>Gloanti.</i>
» 199 (<i>Post</i>)	<i>Sequitur vers. Eloquii quorum...., qui in ed. perperam post v. 208 rejectus est.</i>
» 212-215. Actum Auris	<i>ictum Aera.</i>
» 220 (<i>Post</i>). Explicit liber primus. Incipit secundus.	Explicit expletus liber acto carmine primus Atque libri lector congaudet fine supremo. Incipit et dignus liber omni fasce secundus, Carminis et sensus quid sit in arte decus.
» 247. dicebat.	<i>elucebat.</i>
» 252. <i>Inter</i> praeceps et veluti	<i>add. casurus in omne malorum Mortiferum pelagus.</i>
» 277. Tum	<i>Tunc.</i>
» 282... ego me nunc offero illi	<i>.... egomet nunc offeror illi.</i>
» 297. timor Domini	<i>Domini timor.</i>
» 313. qua.	<i>quo.</i>
» 354. talis.	<i>tales.</i>
» 363. antirrhesis	<i>ΑΝΘΙΡΡΑΧΙΣ.</i>
» 368. animans	<i>animat.</i>
» 370. Sulcarunt.	<i>Sulcarint.</i>
» 377. Sic [est] fraus	<i>Sic fraus est.</i>
» 506. num.	<i>non (male).</i>
» 406... quo cassa putabere vilis	<i>hinc evacuata dolebis.</i>
» 414. Hoc.	<i>Haec.</i>

- Vers.* 424. corda cordis.
- » 437 (*Post*). Explicit liber
 II. Incipit III . . Cernitur ut visu, liber explicit ecce secundus.
 Tertius hinc sequitur Domini pietate patrandus.
- » 439. Dehinc. . . . Hinc.
- » 488 *extr.* haec. . . . hoc.
- » 489 *et* 616. item . . . iter (*pro* iterum).
- » 499. trepidus trepidum.
- » 519. quam quem.
- » 535. tandem, seducere,
 vitam tandem se ducere vitam.
- » 543. violata violenta.
- » 549. diu dudum.
- » 550.... seri geri.
- » 531 *extr.* extra ac cui.
- » 557. sideris fidei.
- » 565 (*Post*) *add.* Caesaris ad solium, quod res vastetur ab illo
- » 577. dei deo.
- » 584. ac hac.
- » 617. clamavit amare . . dum voce profunda.
- » 619. Orat et ut Oraret.
- » 621. undam. . . . undas.
- » 628. [o] o.
- » 632. Dumque Cumque.
- » 639. Cuncta tuum nomen Nomen cuncta tuum.
- » 640. Amen *om.* *Et sequuntur hi tres versus, quorum
 litterae rubro, caeruleo et viridi coloribus
 effictae sunt :*
 Passio Luciae nunc virginis explicit almae
 Abbas quam metris G. domnus.....
 Edidit et scriptam decrevit id orbe legendam.

* vox jam
 legi nequit.

XX. Codex signatus num. 1207.

Oliv Thuanus, dein Colbertinus 3001, postea Regius C. 4321. 3. 3.
 Foliorum 152, min. (0^m, 225 × 0,145), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

1^o Passio sanctae virginis Margaritae et martyris (fol.
 131^r-136^r).

Vita auctore anonymo, qui omnia quae narrat se accepisse ait ab ore Theophimi

viri christiani, qui *assiduus Christi virgini ministravit in carcere* et ejusdem corpus sepelivit, cum in Vita S. Margaretae edita ap. Mombridium et in *Bibl. Casin.*, t. II, Florileg. p. 3-7, ipse Tectinus seu Theotimus se profiteatur Vita scriptorem. Ceterum eadem diversis verbis refert utraque Vita.

2^o Vita beatæ Mariæ Aegyptiacæ, translata de graeco in latinum (fol. 136^v-150^v).

Ed. ap. Rosweyde, *Vit. Patrum*, p. 380-92 (P. L., tom. LXXIII, p. 673-90) et *Bibl. Casin.*, tom. III, Florileg. p. 226-35 : ad quam posteriorem editionem magis accedit versio codicis nostri, praeterquam initio. Prologus desideratur.

XXI. Codex signatus num. 1240.

Olim Sancti Martialis Lemovicensis 83, postea Regius C. 4439. 3.

Foliorum 194, min. (0^m, 23 × 0,16), partim columnis binis, partim lineis plenis, exaratus saec. XI (fol. 1-174^r) et saec. XII (a fol. 175).

1^o Vita sancti ac beatissimi Oddonis abbatis, edita ab eugrentissimo * Johanne abbate Salernensi (fol. 99^r-143^r).

Vita S. Odonis abbatis Cluniacensis, ed. ap. Mabillon et inde P. L., tom. CXXXIII, p. 43-86. Transpositi sunt in codice libri II numm. 14-22 post libri III num. 6, et desideratur finis libri III, scilicet num. 12.

2^o Vita sancti Leodegarii episcopi et martyris (fol. 155^r-164^r).

Vita auctore Ursino, ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Oct., tom. I, p. 485-90, sed diversis passim verbis.

3^o [Miracula S. Leodegarii] (fol. 164^r-168^v).

Ed. *ibid.*, p. 478-81, at rursus stilo valde diverso. Sed et numm. 53-57 brevi compendio expressi sunt, et praetermissus num. 61 (praeter exordium usque ad vocem *fimbrias*).

4^o Vita sancti Guillermi confessoris (fol. 175^r-181^v).

Vita S. Gulielmi ducis, postea monachi Gellonensis, ed. *ibid.*, ad d. 28 Maii, tom. VI, p. 811-20.

5^o Passio sanctæ Fidis virginis et martyris (fol. 183^r-185^r).

Passio SS. Fidis et Caprasii, ed. *ibid.*, ad d. 20 Oct., tom. VIII, p. 823-25.

6^o Passio sanctæ Margaritæ virginis et martyris (fol. 189^r-192^v).

Ed. ap. Mombritium, tom. II. Nonnulla praetermissa sunt exordio.

XXII. Codex signatus num. 1632.

Olim Bigotianus 36, postea Regius C. 3936. 4.

Foliorum 144, med. (0^m, 29 × 0,23), partim (fol. 1-136) columnis binis, partim (fol. 137 sqq.) lineis plenis, exaratus saec. XIII.

1° Passio sancti Apollinaris (fol. 137^r-143^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Julii, tom. V, p. 344-80.

2° Passio sancti Ignatii episcopi, quae est kalendas februarias (fol. 144^r-144^v).

Initium Passionis S. Ignatii ed. *ibid.*, ad d. 1 Febr., tom. I, p. 29, scilicet num. 1-2.

XXIII. Codex signatus num. 1639.

Olim (Caelestinorum) de Ternis 388, deinde Thuaneus, deinde Colbertinus 1039, postea Regius C. 3731. 3. 3. a.

Foliorum 192, maj. (0^m, 375 × 0,26), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° Passio sancti Ignatii martyris, quae est kal. febr. (fol. 187^r-190^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Febr., tom. I, p. 29-33. Deest ultima sententia (*sed translatio....*)

2° Passio sancti Aigulfi abbatis sociorumque ejus (fol. 191^r-192^v).

Auctore Adrevaldo, ed. *ibid.*, ad d. 3 Sept., tom. I, p. 747-33. Desideratur praefatio seu numm. 1 et 2.

XXIV. Codex signatus num. 1640.

Olim Colbertinus 1471, deinde Regius C. 3739. 5.

Foliorum 123, med. (0^m, 35 × 0,15), columnis binis, exaratus saec. XIII.

Epistola sancti Ambrosii de inventione beatorum martyrum Gervasii et Protasii (fol. 127^v-128^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Junii, tom. III, p. 821-22.

XXV. Codex signatus num. 1646.

Olim Colbertinus 627, deinde Regius C. 3731. 6.

Foliorum 248, med. (0^m, 35 × 0,27), columnis binis, exaratus saec. XI.

1° Passio pretiosi protomartyris et primi levitae Stephani sumpta ex libro Actuum Apostolorum (fol. 51^v-53^v).

Ut in titulo indicatur, haec Passio tota desumpta est ex Actibus Apostolorum, scilicet capp. vi, vii et viii. 1, 2.

2° Inventio sive revelatio corporis sancti Stephani protomartyris et sanctorum Gamaliel et Abibon (fol. 53^v-56^r et iterum fol. 58^v-61^r).

Ed. P. L., tom. XLI, p. 807-15 (col. 1, id est *ex editis*...)

3° Miracula sancti Stephani, edita a beato Augustino episcopo vel excerpta de libro de civitate Dei (fol. 56^r-58^r).

Excerpta ex S. Augustino, *De Civ. Dei*, lib. xxii, cap. viii, n. 10-cap. ix init., scilicet usque ad fin. secundae sententiae... *moriendo vicerunt* (P. L., tom. cit., p. 766-71). Praetermissi sunt cap. viii num. 20 et finis num. 21, scilicet a vocibus *Martyr certe ipse*...

4° Translatio corporis ejusdem sancti Stephani protomartyris Christi (fol. 61^r-63^v).

Translatio Hierosolymis Constantinopolim, ed. P. L., tom. cit., p. 817-22.

5° Miracula sancti Gregorii episcopi Turonensis de sancto Stephano protomartyre (fol. 63^v-64^v).

Excerpta ex Gregorii *Miraculorum* lib. I, cap. 34 (P. L., tom. LXXI, p. 735 p. m. post voces *in altari Bilurigae ecclesiae continetur* usque ad finem capitis).

6° Actus sive ascensio sancti Johannis apostoli et evangelistae (fol. 64^v-70^v).

Epistula apocrypha Miletonis Sardensis, ed. P. G., tom. V, p. 1230-50.

7° In natali sancti Johannis evangelistae, sermo beati Isidori episcopi (fol. 70^v-71^r).

Sermo iste sive sub Isidori sive sub Maximi Taurinensis (cfr. *infra*, cod. 3777, 3^o) nomine saepius in homiliaris occurrit. Editus est in *Bibl. Casin.*, tom. III, Floril. p. 38.

8° Item de sancto Johanne evangelista (fol. 71^r-72^v).

Hist. Apost., lib. v, § 1, numm. 2, 3 (ap. Fabric., part. II, p. 333-41).

XXVI. Codex signatus num. 1647 A.

Olim Sancti Dionysii xvi. 478, deinde Thuaneus, deinde Colbertinus 1508, postea Regius C. 3731. 4. 4. a.

Foliorum 262, med. (0^m, 29 × 0,24), columnis binis, exaratus saec. IX. Sed quae mox citabimus, descripta sunt in foliis insiticiis (aut primo vacuis relictis) saec. XI.

1° Qualiter sanctorum martyrum Cypriani, Sperati, Pantaleonis reliquiae Lugdunum adeptae * sint (fol. 90^r-90^v).

* sic.

Agobardi carmen, ex editione Baluzii ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Julii, tom. IV, p. 214; sed in codice nonnulli passim versus leguntur qui in editis desiderantur.

2° Passio sancti Cypriani episcopi (fol. 90^v-92^v).

Ex Aurelio Prudentio, *Peristephanon* hymn. XIII (P. L., tom. LX, p. 860-80).

XXVII. Codex signatus num. 1648.

Olim Baluzianus 162, deinde Regius C. 3731. 2. 2.

Foliorum 250, med. (0^m, 355 × 0,255), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° Vita Caecilii Cypriani antistitis (fol. 232^r-236^v).

Auctore Pontio diacono, ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Sept., tom. IV, p. 325-31. Sed in codice desinit abrupta in fine num. 31 (... *fidei gloriosum gentibusque dolendum*).

2° Passio beati Cypriani archiepiscopi (fol. 258^r-259^v).

Sermo panegyricus, in quo narratur passio S. Cypriani secundum Acta proconsularia edita *ibid.*, p. 332-33. Sermonem istum conscriptum fuisse saeculo IX, ostendit conclusio: *Nos ergo, fratres, oremus omnipotentem Deum pro serenissimo imperatore Karolo...* — Inc. vero: *Temporibus Valeriani iniquissimi imperatoris fuit in Carthagine....*

XXVIII. Codex signatus num. 1654.

Olim Baluzianus 188, deinde Regius C. 3731. 3. 3.

Foliorum 186, med. (0^m, 35 × 0,24), columnis binis, exaratus saec. XII.

Revelatio capitis beati Joannis Baptistae (fol. 171^r-174^r).

Narratio Angeracensium fabulosa, edita in *Act. SS.*, ad d. 24 Junii, tom. IV, p. 757-59, n. 254-263.

XXIX. Codex signatus num. 1659.

Olim Regum Aragonensium Neapoli, dein Georgii card. Ambasiani et Caroli II card. de Borbonio, archiepiscopi Rotomagensis, anno 1593 servatus in castro Gallonii; postea Regius C. 3731. 4. 4.

Foliorum 267, med. (0^m, 335 × 0,25), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Revelatio capitis beati Joannis Baptistae (fol. 264^r 267^r).

Eadem narratio quae in codice 1634.

XXX. Codex signatus num. 1687.

Olim Colbertinus 2734, deinde Regius C. 3743. a.

Foliorum 89, med. (0^m, 29 × 0,22), partim lineis plenis partim binis columnis, exaratus diversis manibus saec. XI et XII (seu potius est collectio diversorum codicum simul compactorum).

1° De inventione sanctae crucis quae facta est a beata Elena matre Constantini imperatoris (fol. 42^r-44^r).

Ed. ap. Mombritium, non paucis lectionibus variantibus. In codice, exciso folio, desideratur fere dimidia pars, posterior scilicet, praeter duas ultimas sententias, quae leguntur fol. 44^r.

2° [Vita S. Alexii] (fol. 86^r-89^v).

Vita metrica, versibus leoninis, diversa ab edita *Act. SS.*, ad d. 17 Jul., tom. IV, p. 254-56. Scriptor manifeste institit vestigiis scriptoris Vitae soluta oratione confectae (ed. *ibid.*, p. 251-53), hujus sententias singulas multa verborum copia et inani ac rudi pompa explicans. Visum est itaque quartam tantummodo illius Vitae metricae partem hoc loco vulgare, quod abunde satis erat ut legentes genus lucubrationis plane perspectum habeant.

Appendix ad cod. 1687.

VITA METRICA SANCTI ALEXII.

1. Duxit Romanus vir nobilis Eufemianus
 Anglaen uxorem, se non ignobiliorem.
 Eos exaltatos et honoribus amplificatos
 Copia cunctarum ditabat divitiarum.
 Victus regales, ornatus imperiales
 Conspicuos turbis faciebant illius urbis.
 Aedes munitae, spatiosa palatia late
 Marmore structura superabant cetera plura.
 Nullius urbani sicut latus Eufemianus.
 Ter decies centum vallabat turba clientum.
 Ille senatores praecedens anteriores,
 Primus erat procerum sub Caesare principe rerum.
 Prosperitas terrae quaecumque potest bona ferre
 Illis contulerat, nisi quod generatio deerat ;
 Cumque segura * satis sit sors aliunde beatis,
 Defit in hoc tantum quod fructus abest generantium.
 Hoc dolet, hoc flentes querulos facit atque gementes ;
 Et quia sunt steriles, non se reputant nisi viles,
 Sed quasi despectos et ab Omnipotente rejectos,
 Et peccatis se deplangunt hoc meruisse.
 Ad Dominum caeli suspirant corde fideli
 Et regi Christo sua vota ferunt super isto.
 Emendant mores faciuntque bonis meliores
 Et rebus gestis magis exercentur honestis.
 Largas ergo manus extendens Eufemianus,
 In paupertinos fit largior et peregrinos.
 Cotidie genti tres mensas esurienti
 Antea ponebat, nunc saepius hoc faciebat ;
 Cui dare vestitus consueverat ante petitus
 Praeter quos operit, quibus hoc faciat modo quaerit ;
 Omni pupillo sua spes dependet ab illo ;
 Hic habet indeptum veniens aliunde beatum
 Aeger fomentum, solatia poena dolentum ;
 Funera defuncti pietatis munera cuncti.
 Nec minus et pro se facit Anglaes haec studiose,
 Exemploque pari cupit omnibus auxiliari.
 Erant intenti pariter studioque frequenti.

* *cod.*
secula.

Lacrima perfundit quae lingua peccamina fundit.
 Vix nisi non plena solvunt jejunia caena.
 Pallia ponentes et byssum proicientes,
 Talibus utuntur quis mollia membra teruntur.

2. His meritis opum numero currente dierum 5
 Et precibus gratis instanter continuatis,
 Respexit, favit pietas quae cuncta creavit.
 Quod petit ad votum capit illa petitio totum.
 Legitime ductus genitoris germine fructus,
 Omine felici puer exoritur genitrici. 10
 Suscipitur festo studio, nutritur honesto.
 Crescit et in melius infantia proficit hujus.
 Ut vero metas puerilis attigit aetas,
 Audit doctorum doctrinas egregiorum.
 Multa legens volvit, tenet artes, ardua solvit, 15
 Os sermo rectus, replet sapientia pectus.
 Nec vigilat tantum pro dogmate philosophantum,
 Sed florere bonis festinat religionis,
 Ex quibus et morum decus emicat ingeniorum
 Et bene vivendi vel se cautela regendi, 20
 Et quod adesse malum consuescit vertere talum,
 Quodque tenet gratum quodcumque Deo sit amatum,
 Ad res terrenas quod numquam flectit habenas,
 Quo tendit cursum directo tramite sursum.
 Haec agit et celat nec patribus acta revelat :
 Solus cunctorum Deus est sibi conscius horum.
 At patres, cura permoti non valitura,
 Quamvis ingrato quaerunt connubia nato.
 Hic ea nolebat, qui vivere sic cupiebat
 Sensus ut esset ei nullius mollitiei. 25
 Tam tamen invito reperitur sponsa marito,
 Clara puella satis de culmine nobilitatis.
 Quos ut nubentes in templo convenientes,
 Martyris egregii quod erat sancti Bonifacii,
 Junxit honestorum benedictio presbyterorum.
 Inde coronatos regaliter et sociatos,
 Dum proficiscuntur, proceres populique sequuntur
 Densos primates ad festos usque penates,
 Gaudentes turbae tota comitantur ab urbe.
 Aula sonora choro cultuque venusta decoro
 Excipit infantes et ovans veneratur * ovantes.
 Implent festa lares, gaudent cuncti populares.

* *cod.*
 venerantur.

Cordis in absconso non adsunt gaudia sponso :
 Laetitia multa pro consuetudine stulta
 Omnibus implexis, solus non gaudet Alexis.
 Vespere praesenti jam nocte sub advenienti,
 Alloquitur natum pater hoc sermone beatum :
Tempus adest, fli, jam ponere membra cubili ;
Tempus adire thorum pro munere conjugiorum.
Ingrediens cellam, sponsam tibi vise puellam ;
Jure maritali lectoque potire jugali.
 Indolis ille bonae, jussis cum religione
 Patris obedivit, thalamum sponsamque petivit.
 Assidet in sponda, loquitur ratione profunda
 Quae sit honestatis, quae gloria virginitatis,
 Et quam mercedem res praestolentur eadem ;
 Quam sit probrosum, quam faedum, quam vitiosum,
 Virgineum florem violare sacrumque pudorem ;
 Quae violatorum damnatio sit miserorum.
 Dixit, et aurato digito mox exspoliato
 Aurum cum renda pro pignore tradit habenda.
 Quae cum porrigeret byssoque ligata teneret :
Haec in secreto conservans, inquit, habeto,
Dum mihi propositae transcurrero tempora vitae,
Cum Deus implebit demum quodcumque placebit.
3. Illa flet ; a flente se proripit ille repente
 Et sumptu sumpto, socio sibi nemine juncto,
 Nocte petit portum solisque praeoccupat ortum.
 Hic natat una ratis, nautis instructa paratis,
 Quam vocat optatus spirans sine turbine flatus
 Et mare tranquillum : parat hoc qui dirigit illum.
 Qui simul ascendit, mox rector carbasa tendit
 Et recto ducta medio secat aequora fluctu.
 Continuat laetas currendo carina dietas,
 Teque subit sospes, Laodicia, navibus hospes.
 Complacet hic stare, quo navis habet remeare.
 Quo nemo notus veniat vult esse remotus.
 Ergo gradu moto discedens litore noto,
 Pergit inaccessam nautis festinus Edissam.

.



XXXI. Codex signatus num. 1700.

Olim « Liber Sanctae Mariae de Prato » (fol. 49^v), deinde Comitum Bethuniorum, postea Regius C. 3862.

Foliorum 40, med. (0^m, 33×0,24), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1° Passio sancti Laurentii (fol. 22^v-26^r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II.

2° Passio sanctorum martyrum Sixti, et martyris Felicissimi et Agapiti (fol. 26^r-29^r), Hippolyti, Laurentii, Irenaei et Abundii (fol. 26^r-31^v).

Ed. ibid. (Passio S. Sixti et Passio sancti Hippolyti).

3° Passio beati Christophori martyris (fol. 32^r-36^v).

Ed. ibid., tom. I, sed versione aliquantulum diversa verbis.

4° Passio sanctorum martyrum Proti et Hyacinthi eunuchorum et sanctae Eugeniae virginis (fol. 36^v-44^r).

Ed. ap. Rosweyde, *Vit. PP.*, p. 340-40 (P. L., tom. LXXIII, p. 603-20), sed versione diversa et in codice subinde breviori.

5° De sancto Jacobo apostolo fratre Domini (fol. 44^r-44^v).

S. Hieronymi lib. *de Viris illustr.*, cap. 2 (P. L., tom. XXIII, p. 609-13).

6° Passio sanctorum martyrum Gervasii et Protasii, Nazarii et Celsi pueri, qui sub Neronis imperio passi sunt tertio decimo kalendas julias (fol. 44^v-49^v).

Videlicet *a*) (fol. 44^v-46^v) Epistula vulgata sub nomine Ambrosii et ad omnes Italiae fratres inscripta, ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Jun., tom. III, p. 821-22; *b*) (fol. 47^r-49^v) Passio S. Nazarii et sociorum ejus, ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 302-7; om. num. 3, praeter prima verba.

XXXII. Codex signatus num. 1714.

Olim Fiscannensis, deinde Bigotianus 38, postea Regius C. 3961. 3.

Foliorum 138 (0^m, 28×0,18), lineis plenis, exaratus diversis manibus saec. XII.

1° Vita beatae Mariae Aegyptiacae, quae peccatrix appellatur, translata de graeco in latinum (fol. 64^v-78^v).

Eadem quae legitur in codice 1207 (cfr. supra, p. 53).

2° [De sancto Salvio episcopo Albigensi] (fol. 150^v-152^v).

Gregorii Turon. *H. F.*, lib. VII, cap. 1. Subiuncta est in codice (fol. 152^v-153^v) narratio quae legitur ibid., lib. X, cap. 24.

3° Gesta sanctorum septem dormientium qui in Epheso dormiunt (fol. 155^r-158^v).

Versio altera ex graeco Actorum quae edita sunt *Bibl. Casin.*, tom. III, Florileg. p. 252-59.

XXXIII. Codex signatus num. 1715.

Olim Regius C. 3961. 2.

Foliorum 92, min. (0^m,24×0,15), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

Vita sancti Fursei abbatis (fol. 84^r-92^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p. 36-41.

XXXIV. Codex signatus num. 1715 A.

Olim Colbertinus 886, deinde Regius 3950. 3.

Foliorum 141, med. (0^m,29×0,20), lineis plenis, exaratus saec. XII.

Vita sancti Athanasii episcopi (fol. 89^r-93^r).

Rufini Aquileiensis *Hist. eccl.*, lib. X, capp. 14-20, 26, 27 init. (... *consurgit*), 33, 34; lib. XI, capp. 28 (praeter duas ultimas sententias), 1 (pars posterior), 2 et 3 (prima sententia).

XXXV. Codex signatus num. 1716.

Olim « de Camera compotorum Blesensi », postea Regius R. 606, P. 1514, C. 3960.

Foliorum 199 (praeter nonnulla vacua ad calcem codicis), min. (0^m,235×0,16), lineis plenīs, exaratus saec. XV.

Vita sancti Martini episcopi (fol. 178^r-199^v).

Dialogus primus Sulpicii Severi de vita S. Martini (P. L., tom. XX, p. 185-202), cui praemissa sunt epistula dedicatoria ad Desiderium (ibid., p. 159) et libri de vita Martini num. 1 (*Plerique mortalium...* ibid., p. 159-61).

XXXVI. Codex signatus num. 1719.

Olim Telleriano-Remensis 238, postea Regius C. 3626.3.

Foliorum 201, med. (0^m,323×0,25), lineis plenīs, exaratus saec. XII.

1^o Passio sanctae Serapiae virginis et martyris (fol. 178^{r-v}).

Ex Adonis martyrologio ad d. 29 Aug.

2^o Vita sanctae Paulae a sancto Hieronymo composita (fol. 179^r-187^r).

Epistula S. Hieronymi 108, al. 37, ad Eustochium virginem, ed. P. L., tom. XXII, p. 878-906.

XXXVII. Codex signatus num. 1720.

Olim Floriacensis, deinde Moissiacensis, deinde Colbertinus (1) 4037, postea Regius C. 3984.5.5.a.

Foliorum 112, min (0^m,255×0,135), lineis plenīs, exaratus saec. XII.

Versus in laudem sancti Benedicti (fol. 3^r-4^v).

Carmina Pauli Warnefridi de vita et miraculis S. Benedicti, *Hist. Langob.*, lib. II, cap. 20 (ed. Bethmann et Waitz, p. 64-68).

(1) Videtur omnino idem esse cum primo quattuor tomorum opera S. Ambrosii complemententium, qui ex Moissaciensi coenobio anno 1678 ad Colbertum missi sunt (cfr. *Colb. mss.*, I. 521, num. 8).

XXXVIII. Codex signatus num. 1723.

Olim Petri de Luna (Benedicti XIII) antipapae, deinde collegii Fuxensis, deinde Colbertinus 566, postea Regius C. 3743. 2.

Foliorum 442, med. (0^m,313×0,22), columnis binis, exaratus saec. XV.

[De S. Satyro, fratre S. Ambrosii] (fol. 188^v-194^{bisr}).

S. Ambrosii *De excessu fratris sui Satyri* lib. I. (P. L., tom. XVI, p. 1289-1316).

XXXIX. Codex signatus num. 1725.

Olim Comitum Borboniorum, deinde Regius C. 3986.

Foliorum 132, med. (0^m,305×0,22), columnis binis, exaratus saec. X.

[De S. Satyro fratre S. Ambrosii] (fol. 76^r-87^v).

S. Ambrosii *De excessu fratris sui Satyri* libri duo.

XL. Codex signatus num. 1764.

Olim Collegii Claromontani Parisiis (prius Sancti Martialis Lemovicensis?), deinde Nicolai Fabri, deinde Thuaneus, deinde Colbertinus 1031, postea Regius C. 3750. 4.

Foliorum 145, med. (0^m,347×0,27), columnis binis, exaratus diversis manibus saec. X.

1^o [Passio sanctae Agnetis] (fol. 1^r-2^r).

Sermo S. Ambrosii, ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Jan., tom. II, p. 351-54.

2^o Passio sancti Fructuosi et sociorum (fol. 2^r-2^v).

Ed. *ibid.*, p. 340.

3^o Passio sancti Patrocli martyris (fol. 2^v-3^v).

Ed. *ibid.*, p. 343-43.

4^o Passio sancti Vincentii martyris et levitae (fol. 3^v-4^r).

Rebus narratis et narrationis ordine convenit cum edita *ibid.*, p. 394-97, sed non raro plus minus verbis discrepat. Legitur in fine clausula de cultu S. Vincentii in Gallia: *Tantam autem gratiam....* (*Cat. Bruw.*, tom. II, p. 153 init.).

5° Passio sancti Potiti martyris (fol. 4^r-5^v).Ed. *ibid.*, ad d. 13 Jan., tom. I, p. 754-57. Praetermissus est num. 3.6° Passio beati Asclae martyris (fol. 5^v-6^r).Ed. *ibid.*, ad d. 23 Jan., tom. II, p. 436-37.7° Passio beati Babylae (fol. 6^r-7^r).Ed. *ibid.*, ad d. 24, p. 571-73. In codice pro ultima sententia numeri 9 leguntur ultima verba num. 11 (*Benedictus es...*), aliis suppressis, quae intermedia sunt in Vita edita.

· sic.
· seu
Sabinae.

8° Vita sancta * ac beatissima Savina ·· virginis (fol. 7^r-8^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 20, p. 944-46.9° Passio sanctissimi Saviniani * martyris (fol. 8^r-8^v).

· seu
Sabiniani.

Ed. *ibid.*, p. 959-41. In codice folio exciso desinit Passio mutila med. num. 11 (... *de sanguine tuo sancto*).

XLI. Codex signatus num. 1765.

Olim Thuaneus, deinde Colbertinus 837, postea Regius C. 3750. 5. B.
Foliorum 209, med. (0^m,33×0,26), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1^r [Passio sanctae Agathae] (fol. 114^r-117^r).Ed. *Act. SS.*, ad d. 5 Febr., tom. I, p. 615. Incipit acephala his verbis num. 2 extr.) *ferrore impietatis suae inflammatus*.2° [Passio sancti Andreae apostoli] (fol. 179^r-182^v).

Epistola presbyterorum et diaconorum Achaiae secundum versionem editam ap. Surium ad d. 30 Nov.

3° Vita sancti Nicolai archiepiscopi Myrreae civitatis a Johanne diacono edita ecclesiae Neapolitanae (fol. 184^r-188^r).Ed. ap. Carminium Falconium, p. 112-20. Sed in codice descripta est tantummodo pars Vitae, videlicet num. 2-7 post med. (ante voces *Mira prorsus, mira et stupenda...*), quam sequitur (fol. 88^r) brevissima relatio obitus sancti viri.4° Passio sanctae Luciae virginis et martyris (fol. 188^r-190^v).

Ed. ap. Surium ad d. 13 Dec.

5° Passio sancti Sebastiani martyris (fol. 191^r-199^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Jan., tom. II, p. 265 sqq. Praetermissi sunt num. 10 (praeter primas voces) - 22; numm. 26-29 init. (... *christianae religionis fuerit traditum*); numm. 30 init. (ubi pro nomine Sebastiani legitur *Polycarpus*) post voces *reatus vester* - 31 init. post voces *domum Nicostrati*; numm. 38-50; numm. 64-84.

6° Passio sanctae Agnetis martyris (fol. 202^v-206^v).

Sermo S. Ambrosii, ed. *ibid.*, ad d. 21 Jan., p. 351-54.

7° Passio sancti Vincentii martyris a beato Prudentio edita (fol. 206^v-211^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 22, p. 394-97.

XLII. Codex signatus num. 1771.

Olim Colbertinus 1783, deinde Regius C. 5732. 5.

Foliorum 86, med. (0^m,315 × 0^m,233), lineis plenis, exaratus diversis manibus saec. VIII et IX.

Vita sancti Ambrosii episcopi Mediolanensis (fol. 49^r-59^r).

Auctore Paulino, ed. inter Prologomena ad opera S. Ambrosii, P. L., tom. XIV, p. 27-46.

XLIII. Codex signatus num. 1772.

Olim Colbertinus 2479, deinde Regius 3965. 5.

Foliorum 97, min. (0^m,263 × 0,16), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° Nativitas sanctae Mariae (fol. 79^v-88^v).

Pars prior Evangelii Pseudo-Matthaei, ed. ap. Tischendorf, *Evang. apocr.*, p. 51-92.

2° Infantia Domini nostri Jesu Christi (fol. 88^v-90^r).

Partis alterius ejusdem documenti fragmentum, id est cap. 26-29 med. (tom. cit., p. 93-97), ubi scriptionem abruptit librarius.

XLIV. Codex signatus num. 1773.

Olim Comitum Bethuniorum, deinde Regius C. 3893.

Foliorum 69, maj. (0^m,46 × 0,30), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Passio sancti Concordii presbyteri et martyr
quae est kalendas januarii (fol. 3^v-4^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Jan., tom. I, p. 9-10.

2° Passio sanctae Martinae virginis (fol. 4^v-9^v).

Ed. *ibid.*, p. 11-17; sed in codice nonnulla passim compendiata sunt.

3° Vita sancti Fulgentii Ruspensis episcopi (fol. 20^r).

Ed. *ibid.*, p. 32-43. In codice folio exciso desiderantur numm. 3 (praeter pri
verba usque ad *impedimentum vel scandalum*) - 23 init. (... *in cuius co
thesaurus sapi[entiae]*).

4° Vita sancti Eugendi abbatis Jurensis (fol. 20^r-25^v).

Ed. *ibid.*, p. 50-54.

5° Vita beati Melanii episcopi [Rhodonensis], cuj
sollemnitas est octavo idus januarii (fol. 28^r-31^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 6, p. 328-33, sed stilo polittori: antiquior et magis primige
videtur Vita quae legitur in codice. Hujus et ipsa verba fere retinuit Vita ed
sed sententiis expolitit et nonnullis vocibus ad ornatum sermonis passim addi
Vitam hanc prolixiorē nullus nobis exhibuit codex Parisinus, breviorē v
non minus octo, scilicet praeter hunc 1773, codices duo exarati saeculo XII,
nunc inter latinos signati sunt numeris 16736 et 17003, tres saeculi XIII, videli
5291, 5292 et 3341, ac denique 5319 et 14630, quorum prior saeculo XIV, al
saeculo XV descriptus est. Qui omnes ita inter se concordant ut vix paucissin
et nullius momenti variantes lectiones notari possint, etiam, immo et praeserti
iis locis qui manifeste sunt corrupti. Ex his itaque octo codicibus Vitam brevior
in Appendice hic vulgare visum est.

6° Vita sancti Gregorii Lingonensis episcopi (fol. 32^r-
33^v).

Auctore Gregorio Turonensi, ed. *ibid.*, ad d. 4, p. 168-69.

7° Vita Thaisis meretricis et paenitentia quam fe
(fol. 33^v-34^v).

Versio Vitae graecae cujus altera versio ex *Vitis Patrum* editis a Roswey
legitur *Act. SS.*, ad d. 8 Oct., tom. IV, p. 223.

8° Depositio sancti Remigii episcopi (fol. 35^r-36^r).

Auctore Fortunato, ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Oct., tom. I, p. 128-29.

9° Vita sancti Viventii confessoris (fol. 36^v-45^r).Ed. **i** *Ibid.*, ad d. 13 Jan., tom. I, p. 804-12.**10° Qualiter translatum sit corpus beati Viventii a Pictavense provincia ad Burgundiam (fol. 45^r-46^r).**Ed. **i** *Ibid.*, p. 813 (cap. viii).**11° Inventio et translatio corporis sancti Firmini episcopi et martyris, quae celebratur octavis Epiphaniae Domini (fol. 46^r-48^r).**Ed. **ap.** Cointium, *Annal. Franc.*, ad an. 687, num. 17.**12° Sermo sancti Hilarii [Arelatensis] episcopi habitus in depositione sanctae memoriae domni Honorati episcopi (fol. 48^r-56^r).**Ed. **P.** L., tom. I, p. 1249-72.**3° Vita [et miracula] sancti Gennulfi episcopi (fol. 56^r-67^v).**Ed. **Aet.** SS., ad d. 17 Jan., tom. II, p. 82-91 et p. 106 (nn. 45, 46).**14° Vita S. Richmiri sacerdotis eximii, qui tempore Theodorici regis Francorum et Gilberti episcopi in ducatu Cenomannico regulariter ac sancte conversatus multos Christo lucratus est (fol. 67^v-69^v).**Ed. **i** *Ibid.*, p. 177-79.**15° Vita S. Patricii (fol. 69^v).**

Brevissimum compendium vitae S. Patricii Hibernorum apostoli.

Appendix ad cod. 1773.

VITA S. MELANII EPISC. RHEDONENSIS.

[Ex Codicibus 1773 (1), 5201 (2), 5202 (3), 5319 (4), 5341 (5), 16736 (6), 17003 (7), 14650 (8). Cfr. supra, p. 70, 5°.]

Incipit prologus in vita beati Melanii episcopi, cujus est solemnitas . . . festivitas 2. . . octavo idus januarii . . . martii 3.

5

1. Dum . . . sanctorum patrum priscorum veneranda memoria in omnipotentis . . . cum 2, 3, 8.
 Dei laude venerabiliter sit colenda et eorum honorabilis vita ad exemplum fide-
 lium fideliter proferenda, quisque in divinis voluminibus reus ascribitur qui non
 studuerit dare gratis quod ipse gratis accepit. Quicquid enim Ecclesiae proficit et

auditores imbuit eosque ad exemplum provocat bonum, non est silens potius praedicandum. Unde ait psalmista : *Justitiam tuam non absconde meo, misericordiam et veritatem tuam a concilio multo.*

Explicit prologus. Incipit vita.

2. Postquam ergo Dominus noster Jesus Christus mundum sua passio mit et apostolos suos praedicare misit successoresque eorum ad praedilegit, qui ab aeterno sole illuminati divina adjuvante gratia caecos * igitenebris vero fulgore illuminarent et longam divini verbi esuriam epulis vitae familiae * Redemptoris satiarent, sanctus Dei sacerdos Melanius Reepiscopus praedicare exorsus est. Fuit igitur praedictus episcopus nobilissed nobilior fide, saeculi dignitate inter suos clarus, sed divinorum rgratia praecipuus. Hujus viri infantia sacris quidem miraculorum r apparentibus fulgebat; summis sacerdotibus etiam per divinam prov commissus, sacris litteris et divinis erudiebatur disciplinis.

3. Crescente vero aetate, providentiae erga illum effectus cotidie c Erat enim de Venetensi parochia ex progenie oriundus ex nobilissimis p et in villa quae vocatur Platio nutritus. Fuit autem forma praecipuus castus, mente devotus, affabilis colloquio, amabilis aspectu, prudentia temperantia clarus, zelo Dei et amore proximi fervidus, perpetuaeque vii ut erat admonitus, custos. In scripturis sacris ad legendum doctus
* ita codd. omnes. canonicis paene victis * praecellebat parochiam quam regendam suscep tantibus. In tantum vero erat aptissimus seniorum et coequalium ac rum ut eloquentia sua placeret omnibus sibi colloquentibus, ita ut ma laetitiam redderet, scelera facientibus disciplinam.

4. In tantum enim fama ejus crevit ut etiam Clodoveus, rex Francor sibi familiarem faceret et consilio ejus libenter oboediret. Suis ergo ju parens, multas construxit ecclesias desertasque restauravit et monaste cavit. Pauperes vero ejus consilio alebat, Dei servos honorabat, jus populo suis monitis exercebat et cultum divinum amplificabat. Synodum Aurelianensem civitatem triginta duorum episcoporum congregavit qui nes statuerunt. Quorum auctor * maxime sanctus Melanius Redonensis c extitit, sicut etiam in praefatione ejusdem concilii habetur insertum enim et qualia capitula ibidem sint statu canonico in eodem concilio c
* ita codd. omnes. reperiuntur * : quae etiam utilia omnibus scire volentibus et necess perspicuum est.

5. Quantae enim virtutis et gratiae atque sapientiae praedictus e sanctus videlicet Melanius, erat, nemo, ut reor, digne valet explicare. Era
* Actorem 1, 2. lege Domini sine lassitudine persistens. Auctorem * vero vitae suae on custodiebat, oculum autem mentis suae ad Dominum semper fixum atque consilium et opus suum semper ad Dominum convertebat. Pedes * omni tempore directi erant ad pacem et cetera bona ad evangelizanda. autem sollicitudine praedicando lustrabat ecclesias et municipia sibi c

confirmando visitabat. Evangeliorum assertionibus augebat fidem christianorum et crebro miserabilem gentiliū errorem nitoribus felicis ammonitionis eiciebat.

6. Quadam die, dum beatus Melanius de Redonico pago ad oratorium suum, qui dicitur Platio, ex parentum proprietate, pergeret, venit in Marciacum * cas-
 5 trum, quod in montis celsitudinem situm est super rivulum Ava nomine. Fuit
 autem antiquus hostis ei obviam, in specie tauri habens cornua; cognovitque
 eum vir Dei. Quem cum requisisset: *Quo vadis?* ille respondit: *En ad fratres*
vado potionem eis dare; et dixit se medicum esse. Itaque perrexit beatus Mela-
 10 nius ad oratorium suum; completaque oratione, protinus surrexit. Malignus
 vero spiritus unum seniore[m] de suis monachis, qui ibi morabantur, invenit
 aquam haurientem: in quem statim ingressus est, eumque in terram projecit,
 et vehementissime vexavit. Quem cum vir Dei, ab oratione rediens, tam crude-
 liter vexari conspiceret, ei solummodo alapam dedit; et malignum ab eo spiritum
 protinus excussit, ita ut in eum redire ulterius non auderet.
7. Apostolicam normam tenebat in doctrina humana, ostendens contra vulnera
 ornatam regulam et rectam paenitentiae. Ipse vero roborabat se divinis obse-
 15 quiis, vigiliis et orationibus, jejuniis, elemosynis et ceteris bonorum operum
 exhibitionibus. Fidem secundum Deum servatam tenebat, et coronam justitiae
 semper expectabat, quoniam assidue ante oculos ejus dies ultima versabatur;
 20 oculisque ad caelum intentis, animum ab oratione non relaxabat: Virtutum
 autem miracula et signorum prodigia quae gessit longum est enarrare; sed ut
 memoria sanctissimae ejus recordationis suggererit quod rememorare dignum
 duximus aliquid reminiscamur. Tanta enim ejus fuerunt miracula et ingentia
 signorum prodigia quanta nec per diem legi aut commemorare * a quoquam
 25 videantur. Nam innumerabilibus caecis reddidit visum, claudis gressum, debilli-
 bus restaurationem, infirmis sanitatem, mutis colloquium. Porro tantae virtutis
 erat ut non daemon ante illum se celare valeret. Quapropter innumerabiles a
 daemonibus obsessos Dei virtute suis precibus ac meritis liberavit homines.
8. Quadam autem die, dum circumiret parrochiam suam, nuntiatum est ei a
 30 parentibus et amicis quod quaedam matrona nobilis genere in pago Cenoman-
 nico, juxta pagum Redonensem, jacebat infirma, cui nomen erat Eva. Praedicta
 vero Eva, duodecim annis aegrotata jacens, nequaquam per se surgere potuit.
 Cujus parentes et amici, ut dictum est, accedentes ad praedictum sanctum Mela-
 niū, deprecabantur eum ut eam sanam faceret, quia suis meritis ei levius esse
 35 credebant. Timens autem memoratus pontifex Domini sententiam, qua ait: *Infir-
 mus fui et [non] visitastis me,* et cetera, cum ipsis ad eam perrexit, et in domum
 ejus ingressus, manu dextera signum crucis super eam fecit et sacro oleo cum
 oratione more sacerdotali illam linivit, atque statum pristinum ei integravit,
 40 fretus virtute Altissimi. Quae mox surgens et supra pedes stans, gratias Deo
 egit, qui eam per sanctum pontificem suum salvavit. Quae diu aegrotans sub-
 stantiam suam medicis erogavit, et nihil ei profuit, sed semper deterius habuit.
 Modo vero sana effecta, suum se tradidit in servitium et Domino postmodum
 inhaesit.

* Marciarum
 1, 7;
 Marciarum
 3.

* ita codd.

* comme-
 morari 2.

* sanavit
 3, 8.

9. Sic praedictus itaque pontifex, ut diximus, nobilis genere, virtutum miraculis effulsit in mundo. Is vero semper clarus et vitae amabilis, divitias saepe contemnens, Domino in omnibus placere studuit. Quanta vero abstinentia fuerit, quantisque vigiliis et orationibus atque elemosynarum largitionibus exercitatus vixerit, sola Dei majestas, quae etiam occulta cordium rimatur, novit. Nos autem quanta ab eo acta Dei virtute fieri cognovimus, etiam supra hominem quae ab eum fiebant esse novimus. Sese namque obliviscens, persaepe de victu corporis, tantum *itu codd.* quam si simul accederent dignitas et necessitas. Erat ergo expectabilis dignitas in sacerdote simul et pontifice, venerabilis gratia, laudabilis operatio et veneranda senectus, siquidem venerabilis castitas ac praedicatio assidua. Cujus etiam sanctitatem, ne diutius occultaretur, virtutum voluit Dominus miraculis prote-

** venerabilia 3.* **10.** Nec silendum arbitror inter cetera mirabilia ejus opera signum quod sequentibus ejus meritis tempus declarat potius praedicandum. Adducitur ergo ei quidam paralyticus, universorum membrorum damnatus officio, qui nullam jam recuperandi spem habens, sed totam in Deo ponens fiduciam, postulabat siquidem a praedicto sancto antistite sanitatis medicinam : cui deinceps devotus et oboediens cupiebat hoc efficere et res suas ei dare. Cujus miseriae sanctus Dominus condolens, ut vitalis olei benedictionem superlinivit, mox morbus excluditur et salubris vigor illabitur. Qui sanitate percepta, cum omnibus praedicti sancti pontificis se tradidit obsequiis atque ei inhaesit deinceps famulatus, Deo se tradidit et ab hominibus se separavit. Reliquit mundum cum satellitibus suis, sociavit se Deo et angelis suis.

11. Currente autem tempore, prodeunt praedicti sancti meritis multorum miraculorum insignia. Denique erat quidam vir, Siagrius nomine, gravius nimia aegritudinis incommoda sustinens, quem nullus terreno medicamine curari valuit. Dum autem praedicti viri sancti obtutibus est praesentatus, oratione pro eodem precantibus amicis fusa ad Dominum cum sanctificati olei delibatione cecit morbum et ei pristinam reddidit sanitatem.

12. Vertente quoque tempore, quidam pedibus contractis proicetus ante eum. Cujus miseriam sanctus Dei respiciens, pro eo preces fudit, et lavar infirmi pedes aquae calidae fomento, pristinae restituit sanitati, ita ut Dominus opem ferente per se repedaret ad propria. Qui praedicti sancti episcopi se tradidit obsequiis ejusque diebus cunctis vitae suae commisit servitio. Cujus etiam progressus usque in hodiernum diem sanctum ejus custodit sepulcrum et cum luminibus ibidem, vigiliis et orationibus insistere solita est, memor semper praedicti antistitis boni, Deumque laudibus extollens ejus ecclesiae excubiis inservit.

13. Denique quaedam puella daemonio plena, ligaminibus constricta adducta ad sanctum virum. Ante cujus conspectum se daemon qui hanc cruciati minime celare potuit; puellam arreptam pro scelere habere se confessus est. Quem, signum crucis sanctus Dei antistes Melanius imprimens, ab ea expulsum eique sanitatem pristinam restauravit.

14. Veriente autem tempore, venit ad eum quidam vir, Medias nomine, cujus filius in debilitate nimia jacebat aegrotus, et ait ad beatum Melanium : *Deprecor te, homo Dei, ut restituas mihi filium meum, quia debilitatur ejus corpus.* Et haec dicens flebat valde. Erat enim in Platio, juxta fluvium Vicenoniae .
 3 Beatus vero Melanius, prosternens se ad genua ejus et caput et manus demulcens, dicebat : *Confortare, fili, tantum et crede, ut impleatur voluntas tua.* Tunc apprehendens manum ejus, surrexit supra pedes suos incolumis. * Vicenonia 3, 8.
15. Vertente autem tempore, convenerunt vir Dei Melanius et electus Dei Albinus, sanctus Victor atque Lautonus, simulque sanctus Marsus, ad basilicam
 10 sanctae Dei genetricis Mariae Andegavis ; ibique * beatus Melanius missam celebravit in capite jejunii in quadragesima. Antequam autem recessissent, dedit eis dominus Melanius eulogias in * caritate cum sua benedictione. Beatus vero Marsus renuit eulogiam, et caritatem, qua communicare debuit, in sinu suo cadere permisit. Osculati sunt se invicem et iter ceperunt. Non longe * erant ab urbe
 15 quam decimo millario, et ecce versa est in sinu Marsi eulogia in cingulum serpentis. Ut autem cognovit se a caritate offensum, provolutus ad pedes beati Melanii, qualiter evenisset ei indicavit. Cogitans autem intra se beatus Melanius, ait illi : *Perge velociter ad fratrem meum Albinum, et confitere ei quod egisti.* Fecit ergo ita. Intellexit ergo vir Dei ejus negligentiam, et dixit ei : *Vade
 20 ad fratrem nostrum * Victorem, et narra ei omnia.* Et fecit sicut jusserat ei * meum 2.
 vir Dei. Venit ergo Cenomannis ad beatum Victorem et omnia ei retulit. Memorans igitur beatus Victor quod in ore duorum vel trium testium omne verbum stat, dixit illi : *Revertere ad sanctissimum antistitem fratrem nostrum Melanium. Credo ut per ejus merita et intercessionem liberaberis.* Arrepto
 25 ergo itinere cum magno labore, pervenit ad beatum Melanium semivivus, invenitque eum orantem in Platio in ejus basilica, et narravit ei omnem laborem itineris sui. Tunc beatus Melanius in ipsa nocte in oratione persistens, in crastinum fudit super eum benedictionem suam ; et versus * est serpens in pristinam eulo- * reversus 3.
 30 giam, et communicatus est beatus Marsus a beato Melanio gaudens quod prius renuerat.
16. Unus autem senex de Venetensi pago, cujus filius habebat spiritum immundum, rogabat beatissimum antistitem Melanium, dicens : *Sana, quaeso, vir Dei, filium meum, quia male a daemonio vexatur.* Daemon vero, sciens futurum se eici, seduxit puerum in secretum cubiculum, et suffocavit eum, laqueo extor-
 35 quens animam ejus. Denique pater pueri cum invenisset illum mortuum, flevit multum, dixitque amicis suis : *Ferte cadaver ejus : confido enim quod poterit resuscitare vir Dei beatus Melanius filium meum, qui praedicat Deum verum.* Quo facto, deportaverunt eum et posuerunt ante beatum antistitem ; narravitque ei pater ejus qualiter interfectus esset a daemone, et gemens dicebat :
 40 *Credo, vir Dei, ut etiam a morte per te possit resurgere.* Conversus autem beatus Melanius ad populum dixit : *Quid vobis proderit, Venetenses, cum haec fieri videtis et ceteras virtutes in nomine Domini nostri Jesu Christi et*

(Domine-
vivi) In
nomine
Domini
nostri Jesu
Christi 3, 8.

indubitanter non creditis? At illi dixerunt: Ne dubites, vir Dei, quia, - istum resuscitaveris, omnes credemus. Haec illis dicentibus ait beatus Melan-
nius: *Domine Jesu Christe, fili Dei vivi, qui fratrem meum dominum Martinum tres mortuos permisisti resuscitare, deprecor te, piissim pater, ut per me indignum famulum tuum deprecantem, ut populus qui circumstat potentiam tuam in nullo deesse confdat, si tua fuerit voluntas, suscites istum puerum.* Et haec dicens, posuit crucem super pectus mor-
tui; et statim surrexit. Et stupefactus omnis populus, clamabat dicens: *Sufficit nunc credimus cuncti Deo quem praedicat beatus Dei famulus Melan-
nius*

* quod
corr. 5.

* (l. v.) per
l. v. 3, corr.
5.

* Perveniens
2, 3.

* facta 3.

17. Denique Eusebius rex crudelissimus, veniens de Venonica civitate cum suo exercitu, pertendit usque ad Cambliciacum villam, ubi castrum situm quod vocatur Marciaeus, super rivulum Ava nomine. Hinc veniens, multos oculo hominum erui jussit et manus abscidi. In ipsa ergo nocte aegrotare coepit varii languoribus, ita ut medici de vita ejus desperarent. Similiter autem et filia ipsius Aspasia nomine, post triduum arrepta a daemonio, coepit volutare spumans Audiens itaque Eusebius dux famam beati Melanii, qualiter Dominum diligeret cum magna diligentia jussit illum venire ad se et in loco qui vocatur Primavilli hospitium ei praeparari jussit. Veniens vero beatus Melan-
nius de oratorio suo quod dicitur Platio, quem * manibus propriis fabricavit, ad jam dictum regem, hospitium receptus est cum suis clericis et quibusdam discipulis. Ipse vero dux altera die fuit confessus propria delicta ad sanctum Dei antistitem, et qualiter ei infirmitas corporis accidisset enarravit, et filiae ejus similiter, Aspasiae nomine. Vir autem Domini, plenus gratia Dei et virtute, dedit ei paenitentiam pro commisso scelere et dixit ei: *Infirmitas haec non est ad mortem.* Unxit autem eum de suo sancto oleo tres vices * cum trina invocatione divina. Qui statim sanus factus est et gratias reddidit Deo, qui per famulum suum beatum Melan-
nium sanitatem illi concessit. Praeveniens * vero beatus antistes ad locum ubi puella a daemonio tor-
quebatur, coepit daemone per os puellae clamare et dicere: *Quid me persequeris, vir Dei Melani? Jam de alia me ejecisti, et nunc me hinc iterum vis eicere.* Tunc ait ei vir beatus: *Exi ab ea, cruenta bestia, et vade in abyssum, ubi habitatio hominum non est.* Statim autem sana effecta * est puella et venit ad patrem suum gaudens; deprecabaturque eum ut ipsam villam Cambliciacum beato Melanio confirmaret. Ipse vero rex statim ei concessit villam per anulum suum firmatam videntibus optimatibus suis, ad discipulos suos alendos Licentia itaque accepta a rege, sanctus antistes ad suam sedem revertitur Redonis civitate.

18. Alia ergo siquidem magnorum miraculorum vel virtutum hic annotar distulimus, ne in fastidium veniant legentibus; sed ob recordationem memoranda pontificis, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, qui dat servis suis virtutem et fortitudinem, pauca de multis conscripsimus. Haec itaque omnia fideliter, v-
gesta sunt vel scripta, devotis animis credite, et qui non noveratis diligenter agnoscite, et gloriam jam praefati sancti in saecula aeterna mentis oculis cor

tuentes, unusquisque, prout potuerit et eum imitari Dominus dederit, animas praeparate, et ut nobis et vobis felix iste et beatus patrocinetur et adjuvet mente devota indesinenter orate.

19. Igitur sanctissimus Melanius, obitum suum longe ante praenoscens discipulis suis annuntiavit. Absolutionemque petens, eos benedixit et verbis divinis instruens eos, in die qua praedixerat, peracto feliciter cursu, migravit ad Christum in oratorio suo quod Platio vocatur, quem ipse manibus propriis construxit. Beatus autem Albinus atque Victor et sanctus Lautonus, necnon et sanctus Marsus, qui a serpente fuerat liberatus, per visionem angelicam conveniunt in ipsa nocte ad corpus ejus custodiendum. Facto autem die, posuerunt corpus ejus in navim, et navigando per Vicenoniam cum magno apparatu et psallentium choro dirigunt usque ad Redonensem urbem, quam feliciter gubernavit. Audientes autem hoc duodecim vincti, qui tenebantur in carcerem, quod sanctus Melanius per illuc navigaret, ut eis misereretur orare coeperunt. Statim autem in ipsa hora divisa est turris, quae est contra meridiem, in duas partes a summo usque deorsum, et liberati sunt per ipsius intercessionem.

20. Divulgabatur autem haec virtus per universas provincias. Pervenit vero vir beatus cum magna laetitia usque ad locum ubi nunc adoratur, sepultusque est a sociis suis jam dictis vel a discipulis juxta praedictam urbem, ubi modo requiescit et ubi ejus meritis et orationibus multa praestantur beneficia usque in hodiernum diem. Quo in loco colitur Deus et magnifice laudatur nomen Domini nostri Jesu Christi, cui est cum aeterno Patre et Spiritu sancto virtus, honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

Explicit vita sancti Melanii episcopi.

XLV. Codex signatus num. 1774.

Olim Moissiacensis, deinde Colbertinus 887, postea Regius C. 3963.2.2.

Foliorum 166, med. (0^m, 28 × 0, 20), columnis binis, exaratus saec. XII.

[Vita S. Lucae apostoli] (fol. 165^r).

Hanc Vitam minuto valde caractere inscripsit parti folii vacuae relietae manus saeculi XIII, nec absolvit. Est compendium sermonis Pauli diaconi (cfr. infra, cod. 1864, 7^o).

* quod 1,
corr. 5.

XLVI. Codex signatus num. 1788.

Olim Comitum Bethuniorum, deinde Regius C. 3860.

Foliorum 66, med. (0^m, 313×0,225), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Passio sanctorum martyrum Johannis et Pauli (fol. 18^v-22^v).

Ed. ap. Mombritium, tom. I.

2° Tractatus sancti Ambrosii de inventione sanctorum Gervasii et Protasii ad sororem suam Marcellar (fol. 22^v-26^r).

S. Ambrosii epistula 22, ed. P. L., tom. XVI, p. 1019-26.

3° Vita sancti Ambrosii episcopi (fol. 26^v-40^r).

Auctore Paulino, ed. ibid., tom. XIV, p. 27-46.

4° Item de sancto Ambrosio, qualiter corripueri Theodosium imperatorem super quorundam in justa interfectione (fol. 40^r-42^v).

Ex Theodreti *Hist. eccl.*, V. 17 (P. G., tom. LXXXII, p. 1231-38) latine redditum. Praemittitur praefationis loco posterior pars cap. 16 (*Ceterum universa communis hominum hostis...*) et insertum est loco suo decretum de non exquenda statim sententia capitali ab imperatore indicta (*Cod. Theod.* IX. xl. 13).

5° Passio sancti Georgii martyris (fol. 43^r-49^v).

Inc. *Cum ad vastandas undique ecclesias Diocletianus videlicet in oriente, Maximianus vero in occidente, dissimilibus moribus, consimil tamen sententia, conspirassent, ad exsequendum tam crudele ministerium... reppererunt ministrum, Datianum videlicet, qui per id tempus tyrannicum sive crudelitatis rumorem atque vesaniae erga cunctos, a praecipue christianos, per totum sparserat orbem romanum...*

Des. *Acta sunt autem haec in provincia Cappadociae apud civitatem Militenam sub Datiano imperatore, regnante D. N. J. C....*

6° Passio beatissimi Cornelii urbis Romae episcopi (fol. 50^r-51^r).

Ed. ap. Mombritium, tom. I.

7° Passio sancti Cypriani episcopi et martyris (fol. 51^r-52^v).

Ed. a Pamelio in capite Operum S. Cypriani (cfr. *Act. SS.*, tom. IV Sept., p. 192 n. 13).



XLVII. Codex signatus num. 1789.

Olim Puteanus, deinde Regius C. 3995.

Foliorum 173, min. (0^m,24×0,15), lineis plenis, exaratus saec. XII.

Totum codicem usque ad fol. 167 complent excerpta ex libris *de Vitis Patrum*, sed non secundum ordinem editionis Rosweydiae (P. L., tom. LXXIII et LXXIV).

XLVIII. Codex signatus num. 1795.

Olim Petri de Gelano, deinde Regum Aragonum Neapoli, deinde bibliothecae regiae Blesensis, postea Regius R. 2737, P. 2161, C. 3996.

Chartaceus, foliorum 54, med. (0^m,29×0,205), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Hieronimus de monacho captivo (fol. 48^r-54^v).

Vita S. Malchi, auctore S. Hieronymo, ed. P. L., tom. XXIII, p. 53-60.

XLIX. Codex signatus num. 1796.

Foliorum 232, min. (0^m,25×0,19), lineis plenis, exaratus saec. IX.

Vita sancti Fulgentii Ruspensis episcopi (fol. 77^r-113^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Jan., tom. I, p. 32-45.

L. Codex signatus num. 1805.

Olim Bigotianus 41, deinde Regius P. 1805, C. 3990.1.

Foliorum 88, med. (0^m,28×0,225), partim lineis plenis (fol. 1-61), partim columnis binis (fol. 62-88), exaratus saec. X.

1° Passio sancti Benigni presbyteri et martyris (fol. 30^r-35^v).

Ed. ope hujus codicis *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 163-75.

2° Passio [altera] sancti Benigni martyris (fol. 36^r-38^r).

Ed. *ibid.* ope hujus codicis, p. 160-62.

3° Hoc beatus Gregorius Turonensis de beato Benigno

et ceteris apud Divionem locatis sanctis refert (fol. 39^v-40^v).

Ex Gregorii lib. I *De glor. mart.* cap. 51 (de S. Benigno) et lib. *De glor. conf.* capp. 42 (de Hilario senatore) et 43 (de SS. Florida et Pascasia).

4^o Vita beati Romani archiepiscopi [Rotomagensis] (fol. 41^v-45^v).

Auctore Gerardo, ex parte ed. *Act. SS.*, ad. d. 23 Oct., tom. X, p. 91-94. Ex parte, inquam : nam codex Rubeaevallensis, quem solum adhibuit collega quondam noster Josephus Van Hecke, non pauca in hac Vita praetermisit, quae jam hoc loco ex Parisiensi codice supplemus. Vid. Append.

5^o Vita beatæ Mariæ Aegyptiacæ translata de graeco in latinum (fol. 47^r-58^r).

Versio latina diversa ab iis quae editae sunt P. L., tom. LXXIII, p. 673-90 et in *Bibl. Casin.* tom. III, Floril. p. 226-35. Prologus praetermissus est.

Appendix ad cod. 1805.

VITA S. ROMANI ROTOMAGENSIS ARCH.

Post epistolam dedicatorium (ubi nulla lectio varians notatu digna occurrit) sequitur.

sic. **Incipit prologus sive praefatio in vita beati Romani archiepiscopi et confessoris, episcopi et confessoris Christi.**

cod. Et. Sanctorum patrum vitas, fratres carissimi, totius anni per spatia revolutas a nobis unius moris devotione celebrare oportet, quoniam spectaculum mundo nobisque scelerum pressioibus suffocatis facti sunt : quatenus recensentes eorum immania tormentorum discrimina, quantum pusillitatis nostrae obtinet vigor imitari satagamus inenarrabilia illorum vestigia. Ex quorum eximio contubernio extitit lucerna micans supra candelabrum ut gradientibus ad caeli supra lucem viae panderet rectae, scilicet beatus Romanus, cujus ut actus promunt, Deo caeli amabilis factus, post vitae metam supernam adeptus patriam, nobis jugi, si precamur, aderit in auxilio. Ex quibus ejus sanctitatis operibus pauca stilo comprehendere quae gessit in mundo, praesertim cum palam pauca, plurima egerit in abdito Deo solo, cujus illud cordis revolvens in imis, quod quicumque Deo nisibus cum totis per spatia totius vitae militaverit, procul dubio gaudebit in fine. Boni operis namque exordium non absque labore sumitur, quoniam arta et angusta est via quae ducit ad vitam : quam sanctus Domini Romanus post abjectum hujus mortifici saeculi ergastulum creditur promeruisse

cum stola jucunditatis ac perpetuae felicitatis triumpho. Quem rogemus indefessa prece ut qui qualitate ei noscitur * impares, Christo praesule justificati mereamur esse consortes; quemque ego pro viribus rogo quo devotioni nostrae gratificum praebat affectum, ac se laudare volenti efficaciam annuat verbi.

* *cod.*
noscimus.

5 Incipit vita sancti Romani Rotomagensis archipraesulis, quae celebratur x kal. novembris.

1. Tempora igitur.... *ut in edit. num. 1, sed hae notentur lectiones variantes :*

<i>lin. 3</i>	<i>pro</i>	vertundo utuntur discursibus . . .	<i>cod.</i> vertuntur incursibus.
» 6	»	correctionem morum pravorum . . .	» correctionem p. m.
» 5 a fine	»	languoeresque propelluntur. . .	» languorumque incommoditates procul pelluntur.
» 3	»	» conceduntur . . .	» ceduntur.
» 2	»	» per omnia . . .	» perennia.

2 et 3. Nulla lectio varians alicujus momenti notanda.

4. lin. 23	<i>pro</i>	prae ceteris traditurque. . . .	<i>cod.</i> peritisque traditur.
» 24	»	» scholaricis . . .	» scholasticis.
» 25	»	» liberalibus. . .	» om.
» »	<i>post</i>	» quarum . . .	» <i>add.</i> quivisset.
» »	<i>post</i>	» industria . . .	» <i>add.</i> armonicis.
» 26	<i>pro</i>	» inserviret . . .	» inservire.
» 27	»	» gratia . . .	» om.
» 4 a fine,	<i>pro</i>	» quem sibi . . .	» ubi.
» 3	»	» ei affuit . . .	» ibi affluit.

5. Nulla lectio varians alicujus momenti notanda.

6. lin. 1	<i>pro</i>	taliter	<i>cod.</i> tali.
» 9	<i>post</i>	» jugis. . . .	» <i>add.</i> in eo.
» 10	<i>pro</i>	» Domini. Hanc immemor . . .	» D. haut imm.
» 13	<i>post</i>	» sapientiam. . .	» <i>add.</i> consiliumque.
» 13	<i>pro</i>	» ille-numquam. .	» nulli recto umquam.
» 16	»	» factus	» om.
» »	<i>pro</i>	» optimus. . . .	» opimus.
» 19	»	» potiretur . . .	» uteretur.
» 22	<i>post</i>	» procerum . . .	» <i>add.</i> strenue.
7. lin. 13	<i>pro</i>	» gaudio	» ergo.
» 14	»	» animati	» agitati.
» 15	»	» universus . . .	» univocus.

- lin. 15 post pervenit. . . . cod. add. pro re.
 » 16 pro opulentissimus . . . » opimus.
 » penult., pro civitatem-perducitur » cum dissonis vocibus laud perducitur urbem.

Deinde in codice Parisiensi haec sequuntur, in Rubeavallensi permissa :

Ingressus ergo quanta exultatio universorum occupaverit mentes, nemo quentum valet explicare sermone. Nam adest ovans plebs copiosa, Deo odas nimodis referens pro largitate pietatis suae, senes videlicet atque juvenes. Praeterea quoque pro modulo sui sensus cum altis vocibus dicebant : *Benedictus qui ve in nomine Domini, juxta quod psalmista inquit David : Ex ore infantium lactantium perfecisti laudem.*

Praesulatus ergo locatus in sede, cuncta illius urbis populi caterva mox in consilio venerunt necessitate coacti, petieruntque unanimiter solentis et beatum pontificem ut eorum praeberet assensum voluntati, tale ei dando aumen : *Adest, sancte pastor Romane, nobis hoc in loco per plurima haec annorum tempora saevorum daemonum infestatio, quoniam per murorum hujus civitatis confinia exstat locatum prisco tempore a daemonum cultoribus enorme aedificium templumque, quod constat in veritate dicatum profanae Veneris. Est autem ibi et lupanar, in quo meretricum deget phalanga non modica, illecebrosam apprime excentes vitam : ubi, ut dignum est tali in negotio, latet daemonum infestatio, a quibus assidua patimur incommoda incendiorum necne illorum causa. Patimur quoque inter haec v[as]tum discrimen ob Sequanorum fluvium, res nostras incursionis impetu auferendo, interdumque pericula hominum subripiendo nostrorum. Unde de[vota] exposcimus precibus ne ultra sinas gregem pusillum tui dominatus tantis pestibus fatiga immo ab imis rogamus ut eccl[esi]as ac destruas tant[um] operis fanum.* Tunc pontifex serenus acquiescens eorum petitioni, collectum populi coetum omniumque clericum, cum crucibus sanctaeque Dei genitricis Mariae pignorum muneri sumptis celeriter pervenerunt ad locum destinatum : ubi virtutem sumentes in alto, intercessionem beati Romani pontificis, omne illud nefandum ab imis destruxerunt fanum ; sicque altisonas Domino pangentes odas ad urbem repedant gaudentes, exhinc nulla pro re hujusmodi tolerantes incommoda. Denique cum sui episcopatus circumiens loca, verbi Dei semina per audientium spargebat cor inquirens si fortasse aliqua gererentur a quoquam Deo exosa. Et si inveniret delinquentes modeste corripuit ; sin autem, sedule commonebat ne abiret recederent et mala omnimodis devitarent. Perscrutatus interea omnia suae civitatis locorum abdita, quodam in loco daemonum repperit fana, Mercurii scilicet atque Apollinis, miro compta opere : quae Dei nutu ita subvertit ut nec la super lapidem remaneret. Ubi autem quoddam daemonum culturae aedifici-

- audiebat constructum, nec mora ab imis destruebat ac templa Christi ibidem dicebat; atque ut bonus pastor in omnibus se componebat, satagebatque vigili cura ne aliquam sui gregis ovem trux lupus deviando a Christo raperet, sed potius proficerent ut quandoque viderent Deum deorum in Sion salutis et gloriae.
- 5 Denique quodam adveniente quadragesimali tempore, sicut mos illi jugiter inerat, nemo doctorum valet stilo comprehendere quantae macerationi semet dederit, in orationum scilicet instantia, in praedicationis * fervore, in jejuniorum * *cod. praedicatione.* assiduitate, in elemosynarum largitate; ac multimodis virtutum copiis redimitus, [sanct]um pascha gratanti corde expectabat. Talibus ergo deditus operibus,
- 10 adveniente die Caenae Domini, [ad] absolutionem fidelium populorum, sacris induens se vestimentis, una cum clericorum caterva oleum sacrum, chrisma cum balsamo mixtum more [p]ontificationis insignivit munere. [Cu]jus rei gratia clericorum superveniente copia ex totius sui pontificatus parroechiis, ut oleum cum chrismate unusquisque ad ecclesiam deferret sibi commissam, ministri
- 15 minus cauti absque permissu * praesulis omnem eis chrismatis cesserunt liquorem, praeter quod in una fuerat [con]servandi gratia causa * positum ampulla. ** cod. permissum. * sic.* [Q]uali autem Altitonantis ei in hoc gratia subveniret ordine, nullo silentii ingenio tegere valeo. Die namque Sancto Sabbato, dum isdem almi filius praesul Domini Romanus missarum celebraret officium, atque hora instaret cum ablueri
- 20 deberet populos fonte sacro renovandos corde fidei, indicio jussit chrismatis sibi dari ampullam. Mox autem, ut Domini magnificaretur sublimitas, dum ab aedituo templi incaute vas deferretur, repente labens e manibus proruit in terra, sicque omnis ex eo meando fudit liquor. Quod clarus antistes divino praenosens indicio, celer se solotenus coram altaris stravit cespite, Domini in omnibus fisis
- 25 ex misericordia illius exoravit attentius clementiam, ut tunc praesenti ei subveniret in necessitate. Mox, miro dictum *, omni pristino restituta est decore * chrismatis referta liquore. Unde circumadstantes plebes Domino rectori laudum rependerunt munera, qui eis tanta sanctitate cesserat pastorem, ut velut Elisei merito in Galgala, ita et istius oramine vas fractum redundaret olei liquorem. ** sic.*
- 30 Interea dum praeclarus antistes ex more devota ac sincera mente astaret constantibus * celebraretque missarum annua sollemnia, contigit ut tantum ex integro retinens oculorum ad caeli supera aciem directam staret tacita secum volvens orationum vota, cum repente omni nive micantior Domini dextera supra sacrum altare apparet pacifica, nullo penitus intuente praeter solo pontifice. ** sic.*
- 35 Unde quia dextera creditur juxta sanctarum * exemplum scripturarum esse pax serena, ratum fuit ut pacifico viro pax monstraretur ab alto, significans eundem beatum praesulem Romanum seminaturum [semina] pacis per corda fidelium, gentilemque populum, qui incredulitatis densitate tenebrarum errabat carens luce salutis, ejusdem meritis fruiturum * lumine vitae. Missarum autem peracta ** cod. sanctorum.*
- 40 sollemnia, jubente pontifice convocato legio * sanctorum virorum coetu, taliter est illos affatus: *Jam pro certo, fratres filioli que mei in Christo, nosse vos volo tempus resolutionis meae instare, quoniam, licet haut exigenti-* ** cod. functurum. * sic.*

bus meae parvitatit meritis, debita missarum celebrans sollem dexteram conspiceret Domini. Unde submisit fraternitatis ve- clementiam ne cuiquam hujus astromatis pandatur indicium que resolutus in morte, flamen superis, corpus sociabitur ergo securus de vocatione beatus Romanus die noctuque ab oratione reflectebat; sed quanto viciniorem noverat exitus sui diem, tanto n bonorum operum studiis inserviebat ac efficacius orationi vacabat itaque tempore.... ut in edit. num. 8, his variantibus lectionibus

8. lin. 3-4, humani generis *cod. om.*
 » 4 *post* inimicus » *prius* dusmus, *corr.*
 » 5 *pro* intus » *intro.*
 » 9 « *atque* » *me[que].*
 » 13 *post* quidem » *add.* mulieris.
 » 15 *pro* se tali pectoris » *p. t. se.*
 » 17 » Domine » O Romane.
 » 18 *post* redditurus » *add.* es.
 » 19 *pro* a frigidibus quibus cogi-
 tur corpus meum. » *quae* a frigidibus e e
 cogitur.
 » 8 a *fin.* *pro* corripere » *corrumpere, corr.* co
 » 7 » » tentamina » *temptaminae, et add.*
hanc vocem passi
rari.
 9. lin. 13 *pro* quia — servum. *cod.* cui a primaeva aetate s
 » 15 *post* viribus » *add.* vocare.
 » » *pro* et » *ut.*
 » 14 » reddat » *reddatur.*
 » 16 » sertum » *serta.*
 » 23 » foveatur » *refoveatur.*
 (pag. 94 lin. 1) *pro* atrox » *trux.*
 » » 3 » ardorem » *amorem.*
 » » 10 » arripientes » *accipientes.*
 » » » » ejus corpus » *corpus ejus sacrum.*
 » » 12 » multorum mi-
 raculorum be neficia » *multarum beneficiarum*

LI. Codex signatus num. 1834.

Olim Sancti Martialis Lemovicensis 35, deinde Regius C. 4990. 2.
 Foliorum 132, med. (0^m,30 × 0,20), columnis binis (usque ad fol. 14
 saec. XI.

[Vita sancti Valerici eremitae] (fol. 149^r-150^v).

Sermo concionatorius fere locis communibus confusus et in fine mutilus. Attamen cum, ut jam supra monuimus (pag. 14), admodum pauca de illo sancto documenta supersint eaque satis recentia (cfr. *Act. SS.*, ad. d. 10 Jan., tom. I, p. 617 et L. J. Rouvier, *Vie de S. Valeric, patron de la paroisse de Saint-Vaulry*, Limoges, 1877, 12^o), illum hoc loco vulgare visum est.

Appendix ad cod. 1834.

DE S. VALERICO.

1. Quotiescumque, dilectissimi, sanctorum memoriam ecclesia laudibus prosequitur, tanto devotius necesse est incitamentum fidei accipere, quanto constat, quos colimus, laetitiam nobis sollemnitate exhibere. Quo enim sanctorum virtus in Christo et per Christum sollemn[i]us honoratur, eo supernae visionis gloriae specialius ac dulcius intenditur. Igitur sanctus Domini Valericus confessor, quia triumphali recolitur festivitate, divinae gratiae excellentiam, aeternae patriae dulcedinem, morum denique rectitudinem hodierna sollemnitate commendat : ut quod est mirabile in pastore, credibile in doctore, gratulatio sit in confessore ; et unde conditor summus laudatur, inde sit magnitudo in sanctis, exemplum in fide viventibus. Quid enim cecinit psalmus de beatitudine sanctorum ? *Beatus, inquit, qui in lege Domini meditatur die ac nocte, quia semper prosperabitur.* Hujus porro beatitudinis dilectio vestra vestigium sollerter audire festinet, quatinus perfectae ac summae beatitudinis queat fieri consors, et glorioso perfruat^r sanctorum consortio, simulque inenarrabilem gloriam contueri sine fine digna^r inveniatur. Quia vero beati Valerici aliud est gesta perstringere, aliud ejus perfectionem laudare, quamquam nobis desit latitudo cordis ad hoc opus accedere, tamen ex Dei adjutorio, favente caritate vestra, felicitatem angelicae admonitionis sperare debemus. Nec nostrae hoc opis est, sed ab illo sumitur hic ros, qui siccam rupem fundere jussit aquam, Deo benedictionem, ecclesia tribuente fructificationem. Qualiter ergo sanctus confessor Christi Valericus assumpserit certaminis sui coronam, paucis diximus caritati vestrae potius recordandum quam enarrandum ; in quo non nostrae jactantiae pertinacia, sed perorandi materiam dedit vestrae reverentiae majestas. Ut autem in beato Valerico divina gratia claresceret ad exemplum bene vivendi, de moribus ejus deque claritudine actuum ejus libet aliqua proferre, de quibus idem confessor Valericus innotescat fulgore superni muneris, et nostra infirmitas ad melius convalescendum adminiculum habeat sustentationis.

2. Hic itaque dilectus Domini Valericus in provincia Galliae quae Germana dicitur inferior, Aquitaniam occidentem versus prospectans, illustrium virorum

sanguine et longa prosapia christianis parentibus natus est. Qui ubi exegit infan-
 tiae annos, litteris divinis more christianorum eruditus, jam quasi senex, et
 quasi infantulus, in Scripturarum exercitamine delectatus est proficere, et vel
 nomine suo dignus, valido animo pueriles transcendebat annos et robore juven-
 fortiora diatim spiritaliter arripiebat. Hoc etenim vocabulo sonat Valericus, tar-
 quam si dicatur *Valens virtutibus*. Interim sicut illa tenerrima aetas lectione
 taedere assolet, sic iste e diverso, licet corpore infantulus, mellitum gustum pala-
 cordis divinitus in litteris sentiens, lectiones epulis praeferebat. Jamque in
 divina gratia apparebat, quia pueritiam suam omni honestate claram redde-
 puram Deo per omnia exhibuit, ac morum suorum dulcoratione per ipsos ju-
 infantiles actus probitate gliscens, indolis praesaga dexterior praevidebat
 futurus.

3. In pueritia namque sua sanctus Valericus graciosus erat omnibus, quia gra-
 Dei in eo refulserat. Deinde jam adolescentiae annos ingressus, in quibus i-
 aetas mundi vias solet ingredi, prudentia providus sanctus Valericus bivit
 illud humanum non inepte discernere judicavit. Nam Pythagoreae litterae ram
 vigilantem cordis oculo contemplatus, dextro limite pedem apposuit calle angusti-
 sed ad vitam ducentem, sinistram ramum ut mortem fugiens, licet ampliore
 et longiorem, quoniam ad perditionem ducit. Hanc litteram itaque ad exemplum
 vitae humanae formatam, in libro evangeliorum cautius observavit : *Contendit*
 inquit, *intrare per angustam portam, quia lata et spatiosa via est qui*
ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam, et arcta via e-
vere quae ducit ad aeterna vitae, et pauci sunt qui per eam ingrediuntur

4. Sanctus enim Valericus seipsum virtute castitatis praebebat non dispare
 angelis ; cujus conversatio in caelis jam erat. Deo itaque consecravit adolesce-
 tiam suam, sicut devoverat et pueritiam, ut juvenili simul et senili aetate i-
 Christo perfectus existere mereretur. Renidebat misericordia, refulgebat virgiri-
 tate corporis, fortis patientia, magnus humilitate, linguam a detractioe cohibe-
 bat, timens detrudere legi si detraheret fratri ; nec solum ipse non detraheba-
 verum a detractoribus aures suas excludebat : hoc enim venenum per aur-
 hominis subintrans paulatim interimit bonos mores. In tribulationibus ve-
 constans erat sanctus Valericus et tolerans in adversis, nec dabat tristitia
 animae suae, quia jucunditas cordis haec est vita hominis, et bona vita gaudiu-
 semper habet, conscientia autem rei semper est in poena, quia reus animi
 numquam securus est. In risu nequaquam erat facilis, quia sapiens vix taci-
 ridet ; nec dissolutis labiis risum praeferebat, cum sit amentis cum strepitu rider-
 sed subridendo tantum laetitiam mentis indicabat. Temperamentum in prospero
 habebat, et mentem nec gaudio nec maerore submittebat. Otiosis verbis minime
 deditus, reticebat verbum quod minime aedificaret aures, et se cavebat in parvi-
 ne prolaberetur in magnis, et in loquendo et in tacendo erat peritus, et qui
 loqueretur quidve taceret discernebat. Tranquillo semper animo et serenissimo
 vultu procedebat, quia caritate plenus erat.... (*Cetera desiderantur*).

LII. Codex signatus num. 1851.

Olim [Colbertinus] 92, postea Regius 3757. a.

Foliorum 101, med. (0^m, 312×0,25), columnis binis, exaratus saec. XIII.

[Passio] septem fratrum dormientium in monte Chelio
(fol. 100^v-101^r).

Versio valde contracta illius Passionis.

LIII. Codex signatus num. 1852.

Olim Colbertinus 1525, deinde Regius 3757. a. a.

Membraneus (non chartaceus, ut dicitur in Catalogo edito an. 1744), foliorum 75, med. (0^m, 335×0,24), columnis binis (praeter folia 49-60), exaratus saec. XIV.

Epistola beati Hieronymi ad Paulam et Eustochium
de assumptione sanctae Dei genitricis semperque
virginis Mariae (fol. 61^r-73^v).

Ed. P. L., tom. XXX, p. 122-42.

LIV. Codex signatus num. 1864.

Olim monasterii de Bono Portu, deinde Colbertinus 2854, postea Regius 3863. 6.6.

Foliorum 302 (seu potius 299, nam praetermissi sunt in serie foliorum notanda numeri 89, 228, 229), med. (0^m, 33×0,24), columnis binis exaratus saec. XIV.

1° Liber sancti Hieronymi de nativitate sanctae Mariae
(fol. 1^r-4^r).

Ed. ap. Tischendorf, *Evang. apocr.*, p. 113-21. Praemissa est in codice duplex epistola auctoris, quarum altera legitur ibid., p. 53 (*Petitis a me ut vobis rescribam...*), alteram vero editam non repperimus. Vid. Append.

2° Passio sancti Firmini episcopi et martyris (fol. 4^r-8^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Sept., tom. VI, p. 51-55.

3° Relatio qualiter corpus sancti Firmini inventum sit et translatum die iduum januarii (fol. 8^v-10^v).

Ed. ap. Cointium, *Annal. Franc.*, ad an. 687, num. 17.

4° Revelatio quae ostensa est sancto papae Stephano

et memoria de consecratione altaris sanctorum apostolorum Petri et Pauli quod est situm a sepulchrum sancti Dionysii sociorumque ejus quae revelatio et consecratio acta est anno incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCLV kalendas augusti (fol. 10^v-11^v).

Ed. ap. Surium, ad d. 9 Octobris (p. 130).

5° Revelatio sancti Dionysii sociorumque ejus (fol. 11^v-14^r).

Ex *Gestis Dagoberti*, capp. 1-12, 15, 17, 20, 23 (*Hist. de Fr.*, tom. p. 580-86).

6° Passio sancti Nicasii sociorumque ejus (fol. 14^r-1

Qualis descripta est in Catalogo mss. hagiogr. Leod., *Anal. Bolland.*, tom. p. 333. Haec additamenta in codice nostro notatu non videntur indigna. Vide in fine numeri 7 (*Anal. Boll.*, tom. I, p. 631) addita sunt haec verba: *Et octus edicti jussio talia represserit, post totius populi seductionem e rempublicam capessere molientur*; et num. 10 med. post verba *hominis incognito* (ibid., p. 632): *et iccirco deinceps ob sanctorum memoriam Vadum Nicasii nuncupato*.

7° Actus sancti Lucae evangelistae (fol. 18^v-21^v).

Sermo Pauli Diaconi in natali S. Lucae, ed. P. L., tom. XCV, p. 1530-33. additamento notato in nostro *Catal. Brux.*, tom. I, p. 18, et altero additamento in fine, ubi explicat auctor cur Lucae species vituli tribuatur et quae magis pro de Jesu Domino narraverit S. Lucas in evangelio suo distincte notat.

8° [Sulpicii] Severi de vita sancti Martini [liber] (fol. 21^v-32^v), epistola ad Eusebium presbyterum pontificem episcopum (fol. 32^v-33^v), epistola ad Aurelium pontificem conem (fol. 33^v-35^r), epistola ad socrum suam Basiliam, qualiter sanctus Martinus de hoc mundo gravit (fol. 35^r-36^v).

Ed. P. L., tom. XX, p. 159-84. Libro de vita praemittitur index capitulorum

9° [Excerpta e Gregorio Turonensi de gloria post mortem S. Martini] (fol. 36^v-38^v).

Hist. Fr., lib. I, cap. ult. et *De miraculis S. Martini*, lib. I, capp. 4, 5

10° [Sulpicii] Severi dialogi in vita sancti Martini (fol. 38^v-61^v).

Ed. P. L., t. XX, p. 183-222. Singulis dialogis praemittitur index capitulorum

11° Narratio Gregorii Turonensis episcopi de virtutibus sancti Martini (fol. 61^v-76^v).

De miraculis S. Martini lib. I (praeter capita 4-6 descripta supra) et lib. II, cap. 1-24.

12° Passio sancti Mennae martyris, quae est tertio idus novembris (fol. 76^v-79^v).

Ed. ap. Mombritium, tom. II.

13° Passio sancti Eugenii episcopi Toletani (fol. 79^v-84^r).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 131-30. Praetermissi sunt numm. 4, 6-8 med., 11 extr.—14 extr., 18 cum epitaphio subjuncto. Sed in fine addita sunt (fol. 81^v-84^r) miracula quae S. Eugenii invocatione impetrata sunt Diouli, edita *Anal. Boll.*, tom. III, p. 58-64.

14° Vita sancti Bricii episcopi (84^r-85^v).

Gregorii Turonensis *Hist. Fr.*, lib. II, cap. 1.

15° Quoddam scriptum de sancto Bricio, quomodo exagitatus sit a diabolo (fol. 85^r-85^v).

Sulpicii Severi *Dialogi* III cap. 13 (P. L., tom. XX, p. 220-221).

16° Passio sanctae Catherinae virginis et martyris, VIII^o kal. decembris (fol. 85^v-101^v).

Ed. inter *Acta Sanctorum Hiberniae ex cod. Salmanticensi*, p. 681-734; sed omissus est in codice num. ultimus.

17° Gregorius Turonensis de miraculis sancti Andreae apostoli (fol. 101^v-102^r).

Lib. I. *De gloria martyrum*, cap. 79.

18° De miraculis sancti Andreae apostoli (fol. 102^r-113^v).

Relatio quae descripta est *Anal. Boll.*, tom. III, p. 186-87.

19° Passio sancti Andreae apostoli (fol. 113^v-116^v).

Epistola presbyterorum et diaconorum Achaiae secundum versionem editam ap. Surium, ad d. 30 Nov., nonnullis tamen additis vel mutatis numm. 11 et 15.

19° Vita sancti Nicolai episcopi (116^v-126^v).

Edita ap. Carminium Falconium, p. 112 sqq., sed numm. 12 et 13 ut leguntur ap. Mombritium. Et concluditur Vita sicut in codd. Vaticanis 1194 et 5996, ut notatum est ap. Carminium, p. 126 (*Admonitio*).

21° De miraculis et transitu ejusdem sanctissimi praesulis (126^v-134^v).

Scilicet a) Vitae ejusdem num. 14-20; b) duo miracula edita *Anal. Bollana* tom. II, p. 151-56; c) Vitae modo citatae num. 21-22; d) Miracula ed. *Cata Brux.*, t. I, p. 257-60.

22° [Apparitio S. Nicolai priori monasterii Sancta Crucis, qui novum sancti officium in coenobio su recipere recusaverat] (fol. 134^v-135^v).

Ed. ap. Vincentium Bellovacensem, *Spec. Hist.*, lib. XIV, cap. 81.

23° Translatio sancti Nicolai (fol. 135^v-142^v).

Ed. ap. Surium, ad d. 9 Maii (p. 116 sqq.).

24° [Miracula S. Nicolai post translationem] (fol. 142^v-145^v).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 325-26, inserto inter tertium et quartum miraculum illo quod refertur ibidem, p. 315 med. -316 (num. 1).

25° Passio sanctae Eulaliae virginis (fol. 145^v-148^v).

Ed. ap. Florez, *España Sagrada*, tom. XIII, p. 398-406.

26° Passio sanctae Luciae virginis (fol. 148^v-149^v).

Illius scilicet virginis quacum Auceia rex et alii passi feruntur, ed. *Act. S.* ad d. 25 Jun., tom. V, p. 13-14. Numm. 4 et 5 in codice paucis verbis in compedium contracti sunt.

27° Passio sanctorum Fusciani, Victorici et Gentiani (fol. 149^v-152^v).

Ed. ap. Salmon, *Actes inédits des saints martyrs Fuscien, Victorice Gentien* (Ex *Mém. de la Soc. des Antiquaires de Picardie*, tom. XVII p. 16-33. Sed pro prologo et num. 1 usque ad verba *in quibus divisi praedicarent loca*, legitur in codice num. 1 editionis Ghesquieranae usque ad verba *caruerant elegerunt*.

28° Passio sancti Thomae apostoli, xij° kalendas januarii (fol. 152^v-164^r).

Ed. ap. Tischendorf, *Acta apost. apocr.*, Supplem. (Lipsiae 1883), p. 96 sq. (*De miraculis B. Thomae*); at in codice inter verba *oculis eorum et exiens autem* (tom. cit., p. 104, lin. 18) inserta sunt ea quae leguntur p. 143 lin. 11-p. 1 lin. 12; et inter verba *docentem turbas et et procidens* (p. 109, lin. 8) ea quae leguntur p. 152, lin. 19 (*dicit...*)-p. 153, lin. 18 (*in regionibus nostris*).

29° Passio sanctae Luciae virginis, idus decembris (fol. 164^r-165^v).

Ed. ap. Surium, ad d. 13 Dec. (p. 247).

30° Vita sancti Judoci, idibus decembris (fol. 165^v-168^v).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 566-71. Prol. deest.

31° Passio sancti Gregorii [Spoletani] martyris, quae est ix° kal. jan. (fol. 168^v-170^v).

Ed. ap. Surium, ad d. 24 Dec. (p. 307).

32° Passio sanctae Eugeniae virginis, viii° kalendas januarii (fol. 170^v-180^r).

Ed. ap. Rosweyde, *Vit. Patrum*, p. 340-49 (P. L., tom. LXXIII, p. 605-20). Pauca subjuncta sunt in codice ad calcem Vitae, de conversatione matris et fratrum S. Eugeniae post hujus martyrium.

33° Passio Marini pueri, vii° kal. januarii (fol. 180^r-185^v).

Ed. *Cat. Bruw.*, tom. II, p. 184-91.

34° Vita sancti Ebrulfi abbatis, iiij° kalendas januarii (fol. 185^v-191^r).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 334-60, lin. 7. Cfr. L. Delisle in Append. ad Orderici Vitalis *Eccl. Hist.* (tom. V), p. LXXIX sqq.

35° Miraculum ejusdem (fol. 191^r-191^v).

Ed. ex hoc codice a cl. v. Leopoldo Delisle, tom. cit., p. 181-82.

36° Passio sancti Clementis papae et martyris (fol. 191^v-194^v).

Ed. ap. Mombritium, t. I.

37° Miracula de sancto Clemente (fol. 194^v-195^v).

Ed. *ibid.*

38° De homine cui sancta Maria pedem novum cum crure dedit (fol. 195^v-196^r).

Inc. *Miraculum quod in transmarinis Galliarum partibus...*

39° Vita beati Bernardi (fol. 197^r-267^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Aug., tom. IV, p. 236-328, num. 270.

40° Vita beati Anselmi Cantuariensis archiepiscopi (fol. 269^r-301^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 April., tom. II, p. 866-95. Abrumpitur, folio exciso, Vita num. ult. in his verbis *alii vero sic rem posse* (p. 893, col. 2, lin. 9). — Praemittitur toti Vitae, cum inscriptione *Prologus in vita beati Anselmi narratio* quaedam quam S. Anselmus de se ipse tradere solitus fertur. Vid. Append.

Appendix ad cod. 1864.

PROLOGUS S. HIERONYMI (Cfr. supra, p. 87, 1°).

Incipit prologus sancti Hieronymi de nativitate sanctae Mariae.

Petis a me petitiunculam opere quidem levem, sed cautela falsitatis admodum gravem. Postulas enim ut stilo digeram, si quid alicubi forte de nativitate sanctae ac beatissimae virginis Mariae usque ad incomparabilem ejus partum et pro Christi rudimenta inveni. Res quidem actu non difficilis, sed periculo, ut de veritatis admodum praesumptuosa. Nam hoc quod a me nunc cano capite exscis, adulescentulum me in quodam libello, qui in manus meas incidit, legioris; et ecce tanti temporis intercessu et aliarum non levium rerum intervallum facile aliqua memoria elabi potuerunt. Unde non injuste argui possum, aliquot tuae petitioni obtemperavero, aut praetermittere aut addere aut mutare. Quod fieri posse non nego, sic me ex voluntate facere non concedo. Itaque tam votis satisfaciens quam legentium curiositati consulens, tam te quam quem lectorem moneo memoratum libellum, si bene memini, quantum ad sensum tinet, hujusmodi praefationem habuisse.

DE S. ANSELMO (Cfr. p. 91, 40°).

Incipit prologus in vita beati Anselmi Cantuariensis archiepiscopi

Vir Dei venerabilis Anselmus cum adhuc esset puerulus, ut ipse postmodum referre solitus erat, litteris imbui valde desiderabat, parentesque suos ut scholam mitteretur assiduus exorabat. Unde divina providentia disponente accessit pervenit quod tanto mentis amore rogabat. Denique traditus est cuidam eorū guineo suo ut eum attentius doceret. Qui eum in domo sua reclusit, ubi studio doceretur et ne evagandi foras licentia a studio discendi praepediretur. Ubi diutius clausus haberetur, paene in amentiam versus est. Post aliquantum temporis domum reducitur matrique redditur. Puer, in expertam sibi clientiam videns frequentiam, expavit et omnium consortia fugiebat ac etiam aspectum declinabat, atque interrogatus responsum non dabat. Videns hoc mater, lacrimis exclamavit: *Heu me miseram, filium meum amisi*. Pertractans autem et recogitans apud semetipsam quid facto opus esset, tandem saltem reperit consilium. Praecepit itaque omnibus domus suae famulis et ancillis eum permitterent facere quicquid vellet nullusque ei obsisteret; immo, si aliquid imperaret, facere non differret. Sicque ad priorem, Deo volente, reversus suscipit. Cumque ad virilem pervenisset aetatem [et] religionis habitum suscepisset, tanta discretione erga omnes studuit se habere, et quos regere suscepit, maxime juvenes, tanta lenitate in morum honestate informare: in se olim didicerat huic aetati convenire. Cui Dei gratia ita semper affuit ut huiusmodi nostra aetate fuerit qui tantum in hujus dispensatione profecerit. Nam

eius et **con**versatio disciplina morum aliis extitit, sicut in libro vitae ejus plenius invenitur.

Explicit prologus.

LV. Codex signatus num. 1865.

Olim Caroli Ducis Aurelianensis, deinde « de camera compotorum Blesensi, » postea Regius R. 258, P. 258, C. 4047.

Foliorum 317, med. (0^m, 295 × 0,22), partim lineis plenis, partim binis columnis, exaratus diversis manibus saec. XV, valde elegantibus passim litteris et aliis ornamentis vario colore et auro depictis ornatus.

1° [De morte sancti Hieronymi] (fol. 49^r-57^v).

Eusebii libellus de morte Hieronymi, cap. 42-62 (P. L., tom. XXII, p. 267-82).

2° Admirabilis visio Cyrillo, quod Hieronymus et Johannes Baptista sunt aequales in gloria (fol. 57^v-58^r).

Cap. 25 epistolae Pseudo-Cyrilli ad Augustinum (P. L., tom. XXXIII, p. 1131-32).

3° De translatione corporis Hieronymi, quod erat suspensum in aere et miracula subsequuta (fol. 58^v-59^r).

Ejusdem epistolae capp. 26 (a verbis *Die dominico transacto*) et 27 (ibid., p. 1153).

4° Epistola Augustini ad Cyrillum de visione transitus Hieronymi (fol. 59^r-64^r).

Apocrypha scilicet, ed. ibid., p. 1120-26.

5° Responsoria Cyrilli ad Augustinum (fol. 64^r-65^r).

Pseudo-Cyrilli epistolae capp. 1 et 2 (ibid., p. 1126-28). Desinit in his verbis **finis capituli 2** : *de hujus mundi miseria exempti*.

6° Vita divi Hieronymi ab ejus, Augustini et aliorum sanctorum operibus et assertionibus elegantissime excerpta (fol. 69^v-78^r).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 183-202.

7° [Vita sancti Gregorii papae] (fol. 107^r-134^v).

Auctore Joanne Diacono, ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Mart., tom. II, p. 157-210. In **codice deest** prologus et nonnulla passim praetermissa sunt.

LVI. Codex signatus num. 1872.

Olim Fiscannensis, deinde Bigotianus 42, postea Regius C. 4000. 2.

Foliorum 107, med. (0^m,275×0,20), lineis plenis, exaratus saec. XI (praeter folia 104-107, exarata saec. X).

[Vita sancti Mauri, discipuli S. Benedicti] (fol. 104^r-107^r).

Ex Vita auctore S. Fausto, ed. *Act. SS.*, ad d. 15 Januarii, tom. I, p. 1050-50, scilicet a fine num. 41 (*meum servitutum Deo per vestrum obtulerim magisterium*) usque ad extremum numerum 56 (... *diem clausit ultimum*).

LVII. Codex signatus num. 1873.

Prius Carmelitarum Paris. (place Maubert), deinde Regius C. 3999.

Foliorum 112, min. (0^m,26 × 0,175), lineis plenis, exaratus anno 1114, quod ad calcem codicis miro modo notatum est a Gulielmo scriba (cfr. *Cod. mss.*, III, 285).

Vita sanctae Marcellae virginis (fol. 110^r-112^r).

Auctore S. Hieronymo, ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Jan., tom. II, p. 1108-9.

LVIII. Codex signatus num. 1878.

Olim Universitatis Cadomensis (1), deinde Foucaltii, deinde abbatis de Rothelino (2).

(1) L. Delisle, *Cod. des mss.*, tom. II, p. 345. Universitas autem Cadomensis codicem legato accepit ab Ursino Tyboul, ut constat ex hac nota extr. saec. XV inscripta fol. 244^r: *Bone memorie defunctus Magister Ursinus Tyboul dum viveret sacre pagine professor et vicarius Baiocensis non insignis Cathedralis Ecclesie Baiocensis Scholasticus et Canonicus Ecclesieque parrochialis sancti Petri Cadomensis Rector seu curatus in sue ultime voluntatis eulogio ut precibus et suffragiis famose universitatis Cadomensis particeps feret, hunc librum eidem Universitati dedit et legavit. Lebrun. Ipsi vero Ursino Tyboul Volumen istud... fuit donatum per... Ludovicum de Haricuria... episcopum Bajocensem dignissimum, executorem principalem bonae memoriae Magistri Radulfi Bouverti, Vicarii generalis ejusdem.... anno Domini 1470 (fol. 244^r). — (2) *Cod. des mss.*, tom. I, p. 378.*

Foliorum 244, maj. (0^m, 38 × 0,27), columnis binis, exaratus saeculo XIII.

Vita captivi monachi, nomine Malchi (fol. 238^v-240^v).

Auctore Hieronymo, ed. P. L., tom. XXIII, p. 53-60.

LIX. Codex signatus num. 1891.

Olim Regum Aragonum Neapoli, deinde Georgii Card. Ambasiani, postea Regius R. 173, P. 173, C. 3629.

Foliorum 566, maj. (0^m, 42 × 0,28), lineis plenis, exaratus anno 1484, ut patet ex hac nota inscripta ad calcem codicis : *Anno salutis humanæ M^oCCCLXXXIIII. et xvij. mensis novembris opus hoc celeberrimum florentiæ absolutum est : die autem mercurii : hora vero diei .xx. Laus, honor....*

1° Vita divi Hieronymi (fol. 522^r-542^v).

Auctore Pseudo-Eusebio, ed. P. L., tom. XXII, p. 259-82.

2° Epistola beati Augustini ad Cyrillum Hierosolymitanum episcopum de magnificentis beati Hieronymi (fol. 544^r-548^r).

Apoerypha, ed. ibid., p. 281-89.

3° Beati Cyrilli episcopi Hierosolymitani ad sanctum Augustinum episcopum Hipponensem de miraculis beati Hieronymi post mortem celebratis (fol. 548^r-566^v).

Ed. ibid., p. 289-326.

LX. Codex signatus num. 1897.

Olim Sancti Martialis Lemovicensis 109, deinde Regius C. 3394. 4.

Foliorum 227, maj. (0^m, 39 × 0,28), columnis binis, exaratus saec. XI.

Passio sanctorum martyrum Nerei et Achillei (fol. 59^v).

Ed. Act. SS., ad d. 12 Maii, tom. III, p. 11, num. 18-19 med. usque ad verba *minas Aureliani penitus non curarent*; post quae sequitur in codice haec brevis conclusio : *jussit eos interfici. Quorum corpora rapuit populus christianorum et cum honore magno sepultos in Christi nomine super eos basilicam fabricavit.*

LXI. Codex signatus num. 1904.

Olim Petri de Luna (Benedicti XIII) antipapae, deinde Collegii Fuxensis, deinde Colbertinus 2163, postea Regius C. 3992. 2.

Foliorum 337, med. (0^m,295×0,195), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

1° Vita sancti Hieronymi per beatum Eusebium (fol. 247^v-282^r).

Auctore Pseudo-Eusebio, ed. P. L., tom. XXII, p. 239-82.

2° Epistolâ beati Augustini episcopi de laudibus sancti Hieronymi ad sanctum Cyrillum (fol. 282^r-288^v).

Ed. *ibid.*, p. 281-89.

3° Epistola beati Cyrilli Hierosolymorum patriarchae ad beatum Augustinum de laudibus sancti Hieronymi (fol. 288^v-320^r).

Ed. *ibid.*, p. 289-326.

4° Vita sancti Hieronymi collecta ex tractatibus ejus et sanctorum Augustini, Damasi, Gregorii, Gelasii et aliorum patrum (fol. 320^r-334^r).

Ed. *ibid.*, p. 183-202.

LXII. Codex signatus num. 1918.

Olim Sancti Amandi (Elnonensis) A. 54, deinde Telleriano-Remensis 251, postea Regius C. 3762. 2.

Foliorum 154, med. (0^m,315×0,235), columnis binis, exaratus saec. XIII.

Paenitentia vel reversio Mariae neptis Abrahae eremitae (fol. 150^v-153^v).

Vitae S. Mariae meretricis, ed. ap. Rosweyde, p. 369 sqq. (P. L., tom. LXXIII, p. 631 sqq.), cap. 2-11.

LXIII. Codex signatus num. 1922.

Olim Mazarineus, deinde Regius C. 3778.

Foliorum 173, med. (0^m,333×0,235), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Passio beati Cornelii papae (fol. 148^r-152^r).

Vita de qua *Act. SS.*, ad d. 14 Sept., tom. IV, p. 143, numm. 14 et 15, et praesertim *Cat. Brux.*, tom. II, p. 65-67.

2° [Passio sancti Cypriani] (fol. 152^r-154^r).

Ed. a Pamelio in capite Operum S. Cypriani (cfr. *Act. SS.*, tom. IV Sept., p. 193, n. 13).

LXIV. Codex signatus num. 1933.

Olim Sanctae Mariae de Bono-loco (fol. 139^v), deinde Colbertinus 1168, postea Regius C. 3782. 4. 4.

Foliorum 139, med. (0^m,30×0,20), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

1° [Sulpicii Severi liber] de vita sancti Martini episcopi Turonorum (fol. 83^r-94^r), Epistola ad Eusebium presbyterum (fol. 94^r-95^v), Epistola ad Aurelium diaconum (95^v-97^v), Epistola ad socrum suam Bassulam, qualiter sanctus Martinus de hoc mundo recesserit (fol. 97^r-99^r), Dialogi [tres] (100^r-124^r).

Ed. P. L., tom. XX, p. 139-222. Libro Vitae et singulis Dialogis praemissus est index capitulorum.

2° [Excerpta e Gregorio Turonensi de gloria postuma S. Martini] (fol. 124^r-126^r).

Hist. Fr., lib. I, cap. ult. et *De miraculis S. Martini*, lib. I, capp. 4, 5, 6.

3° Vita sancti Briccii episcopi (fol. 127^r-128^r).

Gregorii Turonensis *Hist. Fr.*, lib. II, cap. 1.

LXV. Codex signatus num. 1934.

Olim Colbertinus 5529, deinde Regius C. 3782. 6.

Foliorum 80, min. (0^m,23×0,13), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

CATAL. PARIS. T. I.

Vita sanctae Mariae Aegyptiacae (fol. 44^r-56^r).

Ed. ap. Rosweyde, *Vit. Patrum*, p. 380-92 (P. L., tom. LXXIII, p. 671-90).
Prologus deest.

LXVI. Codex signatus num. 1944.

Olim Fiscannensis, deinde Bigotianus 43, postea Regius C. 4016. 3.
Foliorum 120, min. (0^m,25×0,18), lineis plenis, exaratus saec. XII.

Epitaphium Urbani [II] papae (fol. 1^r) (1).

Canonicum Remis tulerat, Cluniacus Odonem ;

Roma vocat, facit hunc Ostia pontificem.

Cumque fit Urbanus mutato nomine papa,

Redditur expulsis integer urbis honor.

Exequias hujus celebres hic Roma peregit

Augusto quarto praeveniente die.

LXVII. Codex signatus num. 1956.

Olim Puteanus, deinde Regius C. 3784.

Foliorum 109, med. (0^m,32 × 0,255), columnis binis, exaratus saec. XII.

Vita sancti Hugonis Gratianopolitani episcopi (fol. 33^r-41^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 April., tom. I, p. 37-46. Praemissa sunt, sicut in editione.
epistola Innocentii II et prologus dedicatorius.

(1) Huic opponitur folio eodem

Epitaphium Vuitberti pseudopapae.

Nec tibi Roma locum nec dat, Vuitberte, Ravenna ;

In neutra positus, nunc ab utraque vacas.

Qui Sutriae vivens, male dictus papa fuisti ;

In Castellana mortuus urbe jaces.

Sed quia nomen eras sine re, pro nomine vano

Cerberus inferni jam tibi claustra parat.

LXVIII. Codex signatus num. 2005.

Olim Carthusiae Ligetensis in dioecesi Turonensi (1), deinde Comitum Bethu-
norum, postea Regius C. 3772.

Foliorum 144, med. (0^m,345 × 0,25), columnis binis, exaratus saec. XIII.

Vita beatae Mariae virginis translata a beato Hiero-
nymo de hebraeo in latinum (fol. 138^r-144^v).

Scilicet Pseudo-Matthaei evangelii pars prior, cum duabus epistolis praemissis,
ed. ap. Tischendorf, *Evang. apocr.*, p. 51-92.

LXIX. Codex signatus num. 2025.

Olim Colbertinus 1201, deinde Regius C. 4009. 5. 5.

Foliorum 167, min. (0^m,265 × 0,165), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

1° Vita Abrahae reclausi, quae est xv. kal. decembris
(fol. 86^r-93^v).

Ed. ap. Rosweyde, p. 144-50 et p. 368 sqq. (P. L., tom. LXXIII, p. 281-92 et
p. 651-58, num. 11). Reliqua desunt.

2° Vita sancti Aegidii abbatis (fol. 94^r-98^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Sept., tom. I, p. 299-305.

3° Vita beati Pachomii (fol. 110^v-115^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 14 Maii, tom. III, p. 359-63.

4° Item de sancto Pachomio in libro qui vocatur
Paradisus (fol. 115^v-116^v).

Historiae Lausiaca cap. 38 (P. L., tom. LXXIII, p. 1157-58), secundum aliam
versionem latinam; desiderantur duae ultimae capituli sententiae.

5° [De sancto Ephraem diacono Edesseno] (fol. 116^v-
117^r).

S. Hieronymi libri *de Viris illustribus* cap. 115, Heraclidis *Paradisi* cap.
28 (P. L., tom. LXXIV, p. 315, sed omisa est in codice § ultima) et Vitae S. Ephraemi
capp. 1, 3 (P. L., tom. LXXIII, p. 321) et § admodum contractum.

6° Passio beati Blasii martyris (fol. 141^v-144^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Febr., tom. I, p. 336-39.

(1) Cfr. L. Delisle, *Cab. des mss.*, tom. II, pp. 577, 578.

7° Passio sancti Sebastiani martyris et comitum e j u
qui passi sunt Romae xiii kal. februarii (fol. 144 r
164 v).

Ed. *ibid.*, ad d. 20 Jan., p. 265-78.

8° Translatio sancti Jacobi apostoli (fol. 165 r-167 r).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 66-69.

LXX. Codex signatus num. 2026.

Olim Sancti Martialis Lemovicensis 191, deinde Regius C. 4010. 7.

Foliorum 122, med. (0^m,28 × 0,21), columnis binis, exaratus saec. IX.

[Passio sanctorum Marcellini et Petri] (fol. 4 r-5 r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Jun., tom. I, p. 171-73; sed exciso folio abrumpitur in u^l i
mis verbis num. 3.

LXXI. Codex signatus num. 2036.

Olim Sancti Martialis Lemovicensis 126, deinde Regius C. 4010. 3.

Foliorum 158, min. (0^m,258 × 0,17), lineis plenis, exaratus saec. IX.

Epistola Leonis papae Romensis de corpore sancti
Jacobi (fol. 47 v).

Edita e codice Escorialensi a cl. vv. Fideli Fita et Aureliano Fernandez-Guerra. *Recuerdos*, etc., p. 120, et inde *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 21-22. Notandum est quod, cum totus codex caractere, ut aiunt, carolingico descriptus sit, haec sola pagina seu potius hoc solum documentum exaratum sit caractere quem vocant visigothicum, saeculo, ut nobis videtur, decimo. Itaque propter hujus apographi antiquitatem, et licet multis scateat naevis, illud hic integrum, servata omnino forma scribendi seu orthographia qua librarius usus est, exhibendum duximus. Nec dissimulandum est non exigui momenti argumentum aduersus documentum authenticum sponte exurgere ex isto exemplari antiquissimo, ubi illud inscribitur nomine Leonis papae Romani ad reges *Francorum, Vandalorum, Gothorum et Romanorum*: quis enim tempore Leonis I, id est inter annos 440 et 461, de Francorum regibus, tempore vero Leonis II (an. 682-685) aut postea de regibus Vandalorum, Gothorum et Romanorum cogitasset?

Appendix ad cod. 2036.

Epistola Leonis pape Romensis de corpore sancti Jacobi.

In dei nomine leo episcopus regibus francorum et vandolorum gothorum et romanorum notescimus vobis de translacione beatissimi iacobi fratris sancti iohannis apostoli et evangeliste et quo die dessecatum est caput eius ab erode rege iherosolima et sic inde levatum est corpus eius navigio manu domini gubernante septima namque die requiebit ratis in locum que dicitur bisria inter duos ribos que dicitur bisria et sic inde levatum est corpus eius centro solis in aera et sui discipuli flendo et indulgentiam deo petendo et elongaverunt xij^m milia ut sanctum corpus eius tumulatum est sub arcis marmaricis : Unde et tres discipuli cum eo in eodem loco sortem abent requiescendi qui flatum dragonis exstincserunt et argumenta eius disruberunt in montem qui ab initio vogatus erat hilicinus et ex tunc vocatus et montem sagro choro nomina hec sunt. Torquatus. Tysefons et anastasius alii vero iiiiior remeantes iherosolima regresi sunt. Qui et omnia conscripta nobis in sinodum retulerunt : Vos omnis christianitas qui ividem ibitis preces a deo offerre quia certum est quia ibi reconditum est corpus sancti iacobi apostoli in pace :

voc fere
deleta.

LXXII. Codex signatus num. 2042.

Olim Fontis Nostrae Dominae (1), deinde, ut videtur, collegii Claromontani et Thuanus, deinde Colbertinus 80, postea Regius C. 3635. 3.

Foliorum 214, maj. (0^m, 433 × 0,30), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Liber Mileti episcopi Sardensis de transitu et assumptione beatae Mariae virginis (fol. 88^r-89^r).

Ed. P. G., tom. V, p. 1231-40.

2° Visio Elisabeth ancillae Domini de resurrectione beatae Mariae matris Christi (fol. 89^r).

Ed. in opere inscripto *Corpus revelationum SS. Birgittae, Hildegardis, Elisabethae* (Coloniae, 1628), p. 204-5.

3° Vita sancti Bernardi Claraevallis abbatis et optimi doctoris (fol. 103^r-126^r).

Ed. Act. SS., ad d. 20 Aug., tom. IV, p. 236-327 (n. 270).

(1) Ut constat ex nota inscripta fol. 1^r manu saeculi XIV : *Iste liber est Fontis nostrae Domine in Vales. Ordinis Cartus. Suess. dyoc. M. H. Guerardi.*

LXXIII. Codex signatus num. 2076.

Olim cœnobii Dervensis, deinde Petri Pithoei, deinde Thuaneus, deinde Colbertinus 1237, postea Regius C. 3775. 3. 5.

Foliorum 144, med. (0^m, 285 × 0, 23), columnis binis, exaratus saec. X.

1° Vita sancti Hieronymi presbyteri orthodoxi (fol. 86^v-91^v).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 175-84.

2° Vita sancti Ambrosii episcopi (fol. 91^v-106^v).

Ed. P. L., tom. XIV, p. 27-46.

3° Vita beati Augustini a beatissimo Possidio edita Calamensi episcopo (fol. 106^v-130^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Aug., tom. VI, p. 427-40.

4° Indicium omnium librorum sancti Augustini (fol. 130^r-137^v).

Eodem auctore, ed. *ibid.*, p. 441-60.

5° Vita vel actus beati Gregorii papae urbis Romae (fol. 137^v-144^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 12 Mart., tom. II, p. 150-57; sed in codice num. 17 valde contractus est et praetermissi sunt numm. 18 (praeter primam sententiam) - 27.

LXXIV. Codex signatus num. 2079.

Olim Bigotianus 47, deinde Regius C. 3779. 2.

Foliorum 189, med. (0^m, 32 × 0, 24), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° Vita beati Hilarii episcopi et confessoris, quae est idus januarii (fol. 177^v-180^v).

Auctore Fortunato, ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Jan., tom. I, p. 790-92.

2° Libellus Fortunati de miraculis sancti Hilarii episcopi et confessoris (fol. 182^r-184^v).

Ed. *ibid.*, p. 793-95.

[3° Alia miracula tria] (fol. 184^v-189^v).

Miraculum ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 157 et praeterea Miracula ed. ex cod. Carnotensi 204, *Anal. Bolland.*, tom. VIII, p. 187, numm. VIII et VIII.

LXXV. Codex signatus num 2098.

Olim Moissiacensis, deinde Colbertinus 890, postea Regius C. 4013. 2.

Foliorum 163, med. (0^m, 27 × 0,18), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

Passio sancti Thomae archiepiscopi et martyris Cantuariensis (fol. 159^v-163^v).

Epistola Joannis Saresberiensis ad Joannem Pictavensem episcopum de martyrio S. Thomae, ed. P. L., tom. CXCIX, p. 355-39.

LXXVI. Codex signatus num. 2135.

Olim Sancti Martialis Lemovicensis 122, postea Regius C. 3792. 3.

Foliorum 194, med. (0^m, 34 × 0,24), columnis binis, exaratus saec. X.

1° Vita beati Pachomii abbatis (fol. 135^r-158^r).

Ed. Rosweyde, p. 111-38 (P. L., tom. LXXIII, p. 227-72).

2° [Historia monachorum] (fol. 159^r-190^v).

Auctore Rufino, ed. P. L., tom. XXI, p. 387 sqq. Abrumpitur in medio cap. 20 (ibid., p. 442).

LXXVII. Codex signatus num. 2153.

Olim coenobii de Monte Fulcardi, deinde Colbertinus 2610, postea Regius C. 3793. 2.

Foliorum 153, med. (0^m, 36 × 0,25), columnis binis, exaratus saec. XIII.

Liber gestorum Barlaam et Josaphat servorum Dei, editus graeco sermone a Johanne Damasceno viro sancto et erudito (fol. 57^v-134^v).

Versio latina diversa ab ea quae edita est P. G., tom. XCVI, p. 839 sqq. et P. L., tom. LXXIII, p. 443 sqq. Desiderantur prologus et § 1 capituli.

LXXVIII. Codex signatus num. 2204.

Olim Antonii Faure 6 ; deinde Regius C. 3804. 2.

Foliorum 215, med. (0^m, 325×0,24), columnis binis, exaratus saec. IX.

Eum codicem praecipue adhibuit cl. v. Bruno Krusch in edendis Gregorii Turonensis libris miraculorum (cfr. *Scriptores rerum Meroving.*, tom. I, p. 462).

1° Liber primus miraculorum in gloria martyrum beatorum opere Georgi Florenti Gregorii episcopi Turonici (fol. 10^r-54^r).

Ed. op. cit., p. 484-561. Desideratur initium indicis operi praefixi.

2° De passione et virtutibus sancti Juliani martyris (fol. 54^r-69^r).

Ed. ibid., p. 563-84.

3° De virtutibus sancti Martini episcopi [libri quatuor] (fol. 69^r-123^r).

Ed. ibid., p. 584-661.

4° Liber vitae Patrum opere Georgi Florenti Gregori Turonici (fol. 123^r-171^r).

Ed. ibid., p. 661-744.

5° Liber in gloria confessorum (fol. 171^r-208^v).

Ed. ibid., p. 744-820.

6° Opus Fortunati presbyteri de vita sancti Martini (fol. 209^r-215^v).

Ed. *Mon. Germ. hist.* (in-4^o), *Auct. Antiq.* tom. IV, p. 294 sqq. Desideratur epistola dedicatoria ad Gregorium et poema mutilum desinit in lib. I, v. 413.

LXXVIX. Codex signatus num. 2205.

Olim Petri Pithoei (1), deinde Thuaneus, deinde Colbertinus 2050, postea Regius C. 3804.5.

Foliorum 154, med. (0^m, 30×0,23), lineis plenis, exaratus saec. X.

Et hunc codicem in sua editione adhibuit cl. Krusch (cfr. tom. cit., p. 463). Eadem continet Gregorii Turonensis opera quae codex 2204, sed liber *De gloria confessorum* mutilus desinit in verbis *Igitur de hoc* (cap. 110 init., tom. cit., p. 819).

(1) Cujus manu haec nota inscripta legitur fol. 1^r: *Empt. Trepass. IX Kl. Oct. MDLXX.*

LXXX. Codex signatus num. 2239.

Olim Sancti Martialis Lemovicensis 83, deinde Regius C. 3802.5.3.

Foliorum 147, med. (0^m,30×0,19), lineis plenis, exaratus saec. XII.

Vita beati Hugonis Cluniacensis abbatis, edita a domino Hildeberto Cenomanensi episcopo religioso atque sapientissimo viro (fol. 132^v-146^v).

Ed. Act. SS., ad d. 29 Apr., tom. III, p. 634-48. Deest inscriptio *Dei gratia*...

LXXXI. Codex signatus num. 2262.

Olim sancti Martialis Lemovicensis 138, deinde Regius C. 4048.2.

Foliorum 172, med. (0^m,37×0,17), lineis plenis, exaratus saec. X et XI.

1° Vita sanctae Mariae eremitae translata de graeco in latinum (fol. 146^v-165^v).

Ut supra, p. 56.

2° [Passio sanctorum Aciscli et Victoriae] (fol. 167^r-171^v).

Ed. ap. Florez, *España Sagrada*, tom. X, p. 485-91. Sed in codice Passio *acephala* est, incipitque his verbis : *tus Dion jussit eos in imma carceris retrudi* (tom. cit., p. 486 med.).

LXXXII. Codex signatus num. 2266.

Olim Puteanus, deinde Regius C. 4043.

Foliorum 131, min. (0^m,23×0,183), lineis plenis, exaratus saec. IX.

Vita sancti Maurilii episcopi (fol. 103^v-129^v).

Vita quae tribuitur Fortunato Venantio auctori, ed. P. L., tom. LXXXVIII, p. 563-76, multis lectionibus variantibus.

LXXXIII. Codex signatus num. 2270.

Olim Fratrum Minorum Sen. (Senonensium vel Senensium) (1), deinde Telleriano-Remensis 17, postea Regius C. 3802.5.

Foliorum 130, med. (0^m,33×0,22), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° Vita sancti Mauri abbatis (fol. 97^r-114^v).

Auctore Fausto, ed. *Act. SS.*, ad d. 15 Jan., tom. I, p. 1030-30. Quae autem post hanc vitam signatur in Catalogo edito an. 1744 Vita S. Scholasticae est homilia, in qua commentatur concionator in historiam illius conventus sanctae Scholasticae cum sancto Benedicto, quae narratur in Gregorii M. *Dialog.* lib. II, capp. 33 et 34.

2° Liber de vita vel obitu seu iteratione sanctae Paulae, editus in consolationem beatae Eustochii filiae ejus a beato Hieronimo presbytero Bethlehem; cujus sollemnia celebrantur III. kal. febr. (fol. 122^r-137^v).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 878-906. Ad calcem Vitae post voces *dies viginti et unum*, sequitur in codice : *A consule suprascripto usque ad Cartaginem anni triginta sex. Amen.*

LXXXIV. Codex signatus num 2277.

Olim Colbertinus 1119, deinde Regius C. 3862.12.

Foliorum 33, med. (0^m,323×0,24), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1° Vita beatorum Leandri, Isidori, archiepiscoporum Hispalensium, Fulgentii Carthaginensis archiepiscopi et Braulionis Caesaraugustani episcopi, qui fuerunt fratres et nati ex parentibus, videlicet Remigildo rege fratre regis Franciae nomine Luyba et matre Theodosia filia Severini ducis provinciae Carthaginensis, qui fuit filius Theodorci regis Gotorum (fol. 1^r-30^r).

Historia fabulosa, quae in codice inscribitur S. Gregorio M. Titulos capitum videsis infra in Append.

(1) L. Delisle, *Cab. des mss.*, tom. II, p. 416.

2° [De SS. Laurentio, Valerio et Vincentio] (fol. 30^r-33^r).

Narratiuncula, in qua fingitur Xystus papa in Hispaniam venisse, ibique annos octodecim commoratus, Laurentium, Vincentium et Valerium secum Romam abduxisse. Deinde refertur reditus SS. Valerii et Vincentii in Hispaniam, eorumque martyrium. Ac denique traditur breve compendium historiae ecclesiae Caesar-augustanae usque ad exordium saeculi XII.

3° De revelatione beati Braulii episcopi Caesaraugustani in limine ecclesiae beatæ Mariæ jacentis (fol. 32^v-33^r).

Apparitio S. Valerii Petro archiepiscopo Caesaraugustano, jubentis corpus S. Braulionis in ecclesiam transferri et honestiori loco collocari. Cfr. *Esp. Sagr.*, tom. XXX, p. 168, n. 58-58.

Appendix ad cod. 2277.

INDEX CAPITULORUM DE VITA BEATORUM LEANDRI, ISIDORI, etc.

(Cfr. supra, 1°).

Incipit prologus beati Gregorii papae (fol. 1^r-2^r).

Inc. *Intentio quidem una est nostra et eorum qui ante nos fuerunt studiosorum et sanctorum virorum...* (Prooemium scilicet Vitae S. Joannis Eleemosynarii, ed. P. L., tom. LXXIII, p. 339).

Prologus [alter] beati Gregorii papae (fol. 2^r-2^v).

Inc. *Sanctorum quidem ac propensiori cultum reverentia venerandorum patrum gesta cauta deliberatione Christi fideles decreverunt multo timida prosecutione celebrare...*

De successione Leuingildi fratri suo in Iberia (fol. 2^v).

De matrimonio Leuingildi cum Theodosia filia ducis Carthaginensis et de filiis eorum (fol. 2^v-3^r).

De regno Leuingildi et de bellis quae fecit et civitatibus quas ipse cepit (fol. 3^r-4^r).

De successione regis Recaredi post mortem patris sui Leuingildi (fol. 4^r-4^v).

Qualiter Recaredus arrianam haeresim ab Hispania extirpavit et ibidem fidem catholicam restituit (fol. 4^v).

Qualiter rex Recaredus, consilio Leandri fratris sui, Isidorum, Fulgentium, Braulionem, fratres suos, a studio revocari fecit (fol. 4^v-5^r).

De privilegio bonitatis Recaredi et quia isti sancti tempore Gregorii fuerint (fol. 5^v-6^v).

De concilio Toletano tertio, ubi de mandato domni Gregorii papae convenerunt **lx** episcopi et in quo concilio fuit extirpata arriana haeresis praesidente Recaredo, et fuit ibi electus Braulius in episcopum Caesaraugustanum (fol. 6^v-7^r).

Sermo beati Braulii in concilio Toletano, in quo ipse fuit electus; in quo concilio Braulius Caesaraugustanus episcopus verbum divinum proposuit ad instantiam aliorum episcoporum in forma quae sequitur (fol. 7^v-10^v).

Et peracto sermone surrexit quidam Hebraeus in arrianis, disputans cum Braulione de Trinitate (fol. 10^v-12^r).

De circumcisione carnis non facienda (fol. 12^r-13^v).

De sabbato more Judaico non fore celebrando (fol. 13^v-14^v). 10

De adventu Christi et nova lege (fol. 14^v-16^r).

Quod Messias venit et non sit iterum nasciturus (fol. 16^r-17^v).

De vituperiis filiorum Israel et eorum sacrificiis cessandis (fol. 17^v-18^v).

De mutatione synagogae per sanguinem Christi (fol. 18^v-21^r).

De probando n^o adventu Christi et qualiter est venturus (fol. 21^r-22^r). 11

Quare Dominus ab Adam praecepit carnes comedere et non praecepit comedere usque ad Noe, et de Noe ad Moysen, et ea quae Moyses mandavit in lege fuerunt dicta figurative et debebant duci ad figuratum per Filium Dei et apostolos suos (fol. 22^r-23^v).

De carnibus porcinis comedendis (fol. 23^v-23^v). 11

Qualiter Judaei debent baptizari baptismo catholico (fol. 23^v).

Arguit Braulius Judaeos qualiter Eucharistia corporis Christi figurata fuit in lege Mosaica (fol. 23^v-24^r).

Celebrata synodo Toleti, unusquisque ad propria est reversus. Residente Braulione in sede Caesaraugustana in ecclesia sanctae Mariae, tunc secta Mahometi orta est (fol. 24^r).


De scientia et facundia beati Braulionis et de virtutibus et aliis beneficiis naturalibus quibus ipsum Dominus illustravit (fol. 24^r-26^v).

De transitu Fulgentii, qui rexit sedem Carthaginensem xxxiii annis (fol. 26^v-26^v).

Sepulto Fulgentio, Leander et Braulius ad propria revertentes, Leander in via spiritum Deo in manibus Braulionis fratris reddidit et Hispalim a Braulione suo fratre sepultus est (fol. 26^v-27^r).

Defuncto Leandro, successit sibi in archiepiscopatu Hispalensi Isidorus frater ejus, qui multos edidit libros in catholicae fidei eruditione (fol. 27^r-29^v).

Leandro, Fulgentio, Isidoro, Recaredo defunctis, omnes defuncti sunt in manibus Braulionis; tandem idem ad civitatem Caesaraugustanam reversus in sede sua in ecclesia sanctae Mariae Majoris, congregatisque pluribus episcopis, in manibus Audacis Terraconensis archiepiscopi feliciter spiritum Deo reddidit (fol. 29^v-30^r).



LXXXV. Codex signatus num. 2284.

Olim Philiberti de la Mare 26, deinde Regius C. 3799.2.

Foliorum 118, med. (0^m,33×0,245), lineis plenis, exaratus saec. XII.

Passio sanctorum geminorum Speosippi, Eleosippi
et Meleosippi (fol. 118^r-118^v).

Vitae auctore Warnahario, ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Jan., tom. I, p. 76 sqq., n. 2-8.

LXXXVI. Codex signatus num. 2310.

Olim Sanctae Mariae de Bono portu, deinde Colbertinus 2827, postea Regius C.
3804.5.5. A.

Foliorum 192, med. (0^m,33×0,23), columnis binis, exaratus saec. XIV.

Passio sancti Eustachii martyris et sociorum ejus
(fol. 184^r-189^v).

Versio latina ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Sept., tom. VI, p. 123-33. In codice deest
prologus, et in fine pro *kal. nov.* indicatur distincte *quarto nonas decembris*.

LXXXVII. Codex signatus num. 2318.

Olim Regius R. 1060, P. 1158, C. 4052.

Foliorum 72, min. (0^m,263 × 0,153), lineis plenis, exaratus saec. XII.

Enarratio Leontii episcopi Neapoleos Cypriorum in-
sulae de vita et actione sancti patris nostri Johan-
nis archiepiscopi Alexandrini (fol. 33^r-72^v).

Ed. Rosweyde, *Vit. Patrum*, p. 177-205 (P. L., tom. LXXIII, p. 359-84); sed
desinit mutila in verbis *ut ipse dicebat Savinus* (tom. cit., p. 582 med.).

LXXXVIII. Codex signatus num. 2319.

Olim Comitum Bethuniorum Theol. 46, deinde Regius C. 4055.

Foliorum 174, med. (0^m,27 × 0,195), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

1° Passio sanctae Caeciliae martyris (fol. 44^r-63^r).

Ed. ap. Mombritium, tom I.

2° Passio sanctae Agathae virginis et martyris (fol. 63^v-68^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 5 Febr., tom. I, p. 615-18.

3° Passio sancti Clementis martyris (fol. 68^v-75^v).

Ed. ap. Mombritium, tom I.

4° [Miracula sancti Clementis] (fol. 76^r-78^v).

Ed. *ibid.*

5° Agnitio sive ostensio sanctorum VII^{tem} dormientium qui pro confessione Domini nostri Jesu Christi in Ephesum in monte Chileo intra speluncam viventes retrusi requiescunt (fol. 78^v-90^v).

Versio altera ex graeco Actorum quae edita sunt *Bibl. Casin.*, tom. III, Florileg. p. 252-59.

LXXXIX. Codex signatus num. 2320.

Olim coenobii de Monte Fulcardi, deinde Colbertinus 2617, postea Regius C. 5857. 5.

Foliorum 48, maj. (0^m,40 × 0,275), columnis binis, exaratus saec. XIII.

[Tractatus] domini Calixti papae de miraculis sancti Jacobi apostoli (fol. 47^r-48^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Jul., tom. VI, p. 47 seqq. Excisis ad calcem foliis, desinit documentum in his verbis *quem sui socii ex pacto* (tom. cit., p. 49, col. 2, lin. 2); post prologum vero descriptus est index capitulorum, unde colligitur in illo tractatu omnia et sola miracula descripta fuisse quae referuntur tom. cit. usque ad p. 58, n. 251.

XC. Codex signatus num. 2328.

Olim Sancti Martialis Lemovicensis 164, postea Regius C. 4033. 4.

Foliorum 123, med. (0^m,29 × 0,17), columnis binis, exaratus saec. IX.

[Vita sanctae Marinae] (fol. 119^r-120^r).

Ed. Rosweyde, *Vit. Patrum*, p. 392-94 (P. L., tom. LXXIII, p. 691-94).

XCI. Codex signatus num. 2332.

Olim Colbertinus 2060, deinde Regius C. 3784. 3.

Foliorum 123, med. (0^m,33 × 0,23), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° [Vita sancti Hildefonsi episcopi Toletani quam conscripsit] Julianus episcopus (fol. 2^r-2^v).

Ed. P. L., tom. XCVI, p. 43-44.

2° [Vita sancti Hildefonsi episcopi Toletani] (fol. 19^r-20^r).

Auctore Eladio, ed. (ex Florez, *Esp. Sagr.*) *ibid.*, p. 43-48.

3° [Mileti libellus] de transitu virginis Mariae matris Domini (fol. 49^r-51^v).

Ed. P. G., tom. V, p. 1231-40.

4° Visio Elisabeth ancillae Domini de resurrectione sanctae Mariae (fol. 49^v-51^v).

Ut supra, cod. 2042, 2° (p. 104).

XCII. Codex signatus num. 2333.

Olim Comitum Bethuniorum Theol. 68, deinde Regius C. 5856.

Foliorum 40, med. (0^m,33 × 0,24), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° [Vita sancti Hildefonsi, quam conscripsit] Julianus episcopus (fol. 1^r-2^r).

Ut in cod. praecedente, 1°.

2° Miraculum beatae Mariae de Hildefonso (fol. 39^r-40^v).

Excerptum ex fine Vitae S. Hildefonsi a Roderico Cerratensi conscriptae (P. L., tom. XCVI, p. 50, num. 8-10), Roderici verbis passim liberius mutatis.

XCIII. Codex signatus num. 2333 A.

Olim Philiberti de La Mare 573, deinde Regius C. 5853.

Foliorum 171, med. (0^m,315 × 0,215), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° [Miracula B. V. Mariae] (fol. 1^r-134^r).

Ingens illa collectio undecim constat partibus, quibus singulis fere praefixa est sua praefatio.

I^m (fol. 1^r-13^v) efficiunt a) apparitio B. V. Mariae S. Hildefonso Toletano (P. L., tom. XCVI, p. 50, num. 8-10); cui subjuncta sunt capitula quaedam ejusdem Hildefonso libri *De virginitate perpetua B. V. M.* (ibid., p. 58 sqq.); b) (fol. 10^r-12^r). Liber de nativitate B. V. Mariae (ut supra, cod. 1864, 1^o); cui subjuncta sunt sermo de ejusdem assumptione et praedicatio laudis ejus.

II^a (fol. 13^v-23^r) miracula refert viginti tria, quorum primum in indice praefixum inscriptum est *Quomodo sancta Dei genitrix urbem Constantinopolitanam defendit sub sancto Germano patriarcha*, ultimum *De quodam Stephano cui a morte resuscitato sancta virgo praecepit ut singulis diebus cantaret psalmum Beati immaculati*.

III^a (fol. 23^r-34^r) miracula refert sexdecim, quorum primum inscriptum est *De adolescente quem diabolus quasi sibi destinatum rapuit, sed contra voluntatem potentis reginae caeli tenere non potuit*, ultimum *Sermo de annuntiatione sanctae Mariae et de miraculo quod eodem contigit die*.

IV^a (fol. 34^r-50^v) refert miracula viginti et unum, quorum primum inscriptum est *De quadam abbattissa quam mater Domini misericorditer a maximo liberavit angustia*, ultimum *Sermo de sabbato sanctae Mariae dicato et de miraculo quod illud defendit*.

V^a (fol. 51^r-60^r) capita continet triginta conscripta ab Hugone Farsitensi, quorum primum inscriptum est *De ordine initiali miraculorum*, ultimum *De quodam puerulo stupendum miraculum* (ed. P. L., t. CLXXIX, p. 177 sqq.).

VI^a (fol. 60^r-72^v) refert miracula duodecim, quorum primum inscriptum est *De quodam clerico per beatam Mariam a damnatione erepto et errore correpto*, ultimum *De oleo quod manavit de mamilla imaginis beatae Mariae semper virginis*.

VII^a (fol. 72^v-80^v) continet *Miracula sanctae Mariae Laudunensis ecclesiae auctore Hermanno monacho* (P. L., tom. CLVI, p. 967 sqq.), numero viginti sex quorum primum est *De duobus contractis curatis*, ultimum *De submerso puero vitae reddito*. Praemittitur praefatio *Universis sanctae matris ecclesiae filiis* (ibid., p. 963), et in fine subjunguntur (fol. 80^r-80^v) duo miracula alterum sine titulo incipit *In territorio Cameracensi quoddam coenobium est...*, alterum inscriptum est *De yconia ab incendio liberata* et inc. *De matre misericordiae matre...*

VIII^a (fol. 80^v-91^r), quae, sicut et duae sequentes, est de miraculis *Sanctae Mariae Virginis de Rupe Amatoris* (Roche-Amadour), refert miracula quinquaginta quatuor, quorum primum inscriptum est *De duobus adolescentibus inter aquas nil laesis*, ultimum *De captivo per fidem matris soluto*.

IX^a (fol. 91^r-102^r) miracula refert quadraginta octo, quorum primum inscriptum est *De tribus abbatibus a naufragio liberatis*, ultimum *De quodam ruente ab errore*.

I^a (fol. 102^r-110^r) refert miracula viginti tria, quorum primum est *De mirabili liberatione navigantium*, ultimum *De muliere ab incendio liberata*. Subiunctum est (fol. 110^r-111^v) duplex *Miraculum de oratione virginum*.

XI^a (fol. 112^r-134^r) ligata oratione refert miracula quattuordecim, quibus subiuncta est narratio de assumptione beatae Mariae, et ipsa metro illigata, et deinde (fol. 134^r) *de matre misericordiae quendam blasphemantem miraculorum suorum misericorditer corripiente*.

2^o Vita beati Brendani abbatis (fol. 134^r-147^v).

Ed. ap. Ach. Jubinal, *La légende latine de S. Brendaines* (Paris, 1838).

3^o Vita sancti Bernardi abbatis (fol. 147^v-171^r).

Ed. P. L., tom. CLXXXV, p. 469-524. Secundum lectionem codicis dedicata est Vita *Petro* (non Poncio), *Claraevallensi abbati*.

XCIV. Codex signatus num. 2339.

Olim Colbertinus 1251, deinde Regius C. 4051. 1.

Foliorum 100, med. (0^m, 29 × 0,19), lineis plenis, exaratus saec. X.

1^o Miracula sanctae crucis ex libro miraculorum primo Gregorii Florentii necnon et Gregorii Turonici (fol. 98^v-99^v).

Ex Gregorii Turonensis *Miraculorum* lib. 1, cap. 5-8.

2^o Reversio [seu Exaltatio] sanctae Crucis (fol. 99^v-100^r).

Ed. ap. Mombricitum, tom. I.

XCIV. Codex signatus num. 2346.

Olim Comitum Bethuniorum, deinde Regius C. 3808.

Foliorum 192, med. (0^m, 33 × 0,225), partim (usque ad fol. 180^r) columnis binis, partim (a fol. 180^v) lineis plenis, exaratus saec. XIII.

1^o Vita sancti Alexii (fol. 180^r-181^v et fol. 183^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Jul., tom. IV, p. 251-55.

2^o Passio sanctorum martyrum Mauricii sociorumque ejus (fol. 182^r-185^v).

Passio interpolata, ed. *ibid.*, ad d. 22 Sept., tom. VI, p. 345-49. In codice praemittitur prologus, sed in fine, folio exciso, desinit documentum in verbis *Domini virtus operatur* (num. 17 init.).

3^o Passio sanctae Luciae virginis (fol. 191^r-192^v).

Ed. ap. Surium, ad d. 15 Dec. (p. 247).

XCVI. Codex signatus num. 2353.

Olim Sancti Martialis Lemovicensis 135, deinde Regius C. 3809. 2.

Foliorum 115, med. (0^m,35 × 0,22), columnis binis, exaratus saec. XIII.

[Narratio de Theophilo paenitente] (fol. 77^v).

Initium vitae ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Febr., tom. I, p. 483 sqq., scilicet num. 1-1 a. m. (... *subveniet tibi in quo volueris*).

XCVII. Codex signatus num. 2359.

Olim Sancti Martini de Campis Parisiis, deinde Regius R. 1081, P. 1183, C. 4058.

Foliorum 120, med. (0^m,52 × 0,20), columnis binis, exaratus saec. XI.

1^o Vita sancti Fulgentii episcopi, quae est kal. januarii (fol. 33^r-48^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Jan., p. 52-45.

2^o Vita vel gesta sancti Ildefonsi episcopi Toletanae sedis metropolitani a beato Eladio episcopo ejusdem urbis edita, x kal. febr. (fol. 115^r-116^r).

Ed. (ex Florez, *Esp. Sagr.*) P. L., tom. XCVI, p. 45-48.

XCVIII. Codex signatus num. 2380.

Olim Mazarineus, deinde Regius C. 5968.

Foliorum 137, med. (0^m,27 × 0,18), columnis binis, exaratus saec. XIII.

Liber gestorum Barlaam et Josaphat servorum Dei graeco sermone editus a Joanne Damasceno viro sancto et erudito (fol. 1^r-123^v).

Ut supra, cod. 2153 (p. 103).

XCIX. Codex signatus num. 2381.

Olim Comitum Bethuniorum, deinde Regius C. 5969.

Foliorum 117, med. (0^m,30×0,25), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1° Liber gestorum Barlaam et Josaphat... (fol. 1^r-94^v).

Ut supra, cod. 2153.

2° Vita sanctae Mariae Aegyptiacae (fol. 95^r-115^v).

Ut supra, p. 56.

C. Codex signatus num. 2401.

Olim Fiscannensis, deinde Bigotianus 33, postea Regius C. 4069. 2.

Foliorum 139, min. (0^m,25 × 0,18), lineis plenis, exaratus saec. XII.

Epistola beati Leonis papae de translatione beati
Jacobi apostoli, quae III kal. jan. celebratur (fol.
136^v-137^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 21-22 (*e codice Calixtino*).

CI. Codex signatus num. 2414.

Olim Sanctae Mariae de Prato, deinde Comitum Bethuniorum, postea Regius
P. 2760, C. 3815.

Foliorum 164, med. (0^m,345 × 0,25), columnis binis, exaratus saec. XIII.

[Carmen de S. Thoma Cantuariensi] (fol. 162^v-163^r).

Ed. ex hoc codice ap. Edelst. du Ménil, *Poésies populaires latines antérieures au douzième siècle* (Paris 1843), p. 415 (lin. ult.) - 420. Sequuntur in codice, tum (fol. 163^v) duo alia carmina, alterum de B. Carolo Bono comite Flandriae, alterum de S. Thoma Cantuariensi (Vid. infra Append.), tum (fol. 164^r) hymni de eodem S. Thoma, ed. op. cit., p. 425 extr. - 426.

Appendix ad cod. 2414.

Duo haec carmina, quae sequuntur, nullo in codice titulo inscripta sunt, sed neque inter se ullo signo distincta. Complent columnam priorem folii 163 v, altera vacua relicta.

Itaque, nisi censeantur exordia esse poematum prolixiorum, epigrammata haec potius dicenda sunt adversus Flandros et Anglos a quodam poeta Francigena concinnata.

DE B. CAROLO BONO.

Non lingua fari, non corde scio meditari,	
Auris cujusquam non tale audiit usquam,	
Et cui sufficerent oculi, si tale viderent ?	10
Si datur in mundo Judam vixisse secundo,	
Qui Christum poenae tradens in tempore coenae,	
In feria quinta nummos numerando triginta,	
Poenis affligi fecit simul et crucifigi ;	
Et si majestas Herodis sive potestas	15
Usque modo staret et adhuc regnare putaret,	
Qui nasci demit multis quos ense peremit,	
Ense secans artus, praecedens tempora partus ;	
Et si Flandrigena gens posset vivificari,	
Quam fecit poena rex Francorum cruciari,	20
Consule pro Karolo quem gens haec martyrizavit,	
Furtim nocte dolo prece prostratum jugulavit.	

DE S. THOMA CANTUARIENSI.

Si Deus hanc gentem nobis in carne manentem	
Mittere dignetur, tam pessima vix operetur :	25
Sit licet istius rex auctor proditionis,	
Gentem totius facit infamem regionis.	
Quis non horrescat facinus tantum memorare ?	
Ut plus vilescat volo factori reprobare.	
Iste vix elatus ad honorem pontificatus,	30
Mundanis curam non exhibuit perituram ;	
Sed Christi toto quaerens vestigia voto,	
Judicii veri studuit discretor haberi.	
Non prece, non pretio, non asperitate minarum,	
Praesul ab auxilio se subtrahit ecclesiarum.	35
Orphanus et vidua sponsum patremque vocabant,	

Perdere quando sua per vim regis dubitabant.
 Cleri redditibus nolentis participabat,
 Praebens militibus, praesul sic esse vetabat,
 Res, facultates et quicquid praesul habebat.

CII. Codex signatus num. 2417.

Olim Fulcardimontensis, deinde Colbertinus 2657, postea Regius C. 3815. 3.
 Foliorum 161, med. (0^m,31 × 0,25), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1° Vita sanctae Mariae Aegyptiacae (fol. 147^v-156^r).

Ut supra, p. 56; sed hic adest prologus auctoris.

2° [Vita metrica sanctae Mariae Aegyptiacae] (fol. 156^r-161^v).

Auctore Hildeberto Cenomanensi, ed. P. L., tom. CLXXI, p. 1321-40, eadem inscriptione.

CIII. Codex signatus num. 2444.

Olim Colbertinus 3610, deinde Regius C. 2444.

Foliorum 90, min. (0^m,235 × 0,165), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

1° Vita sancti Brandani (fol. 51^r-67^r).

Ed. ap. A. Jubinal, *La légende latine de S. Brendaines* (Paris, 1856) p. 1 sqq.

2° Vita sanctissimi viri Alexii filii Fimiani (fol. 79^v-84^r).

Sermone diversa ab edita *Act. SS.*, ad d. 17 Julii, tom. IV, p. 251-53, eadem tamen referens.

Inc. Fuit quidam vir vitae venerabilis in Romana urbe, nomine Fimianus, regali nobilique familia exortus, illustris in saeculo. Erat igitur dives valde...

Des.... et in oratione et jejunio persistentes, post non multum tempus migraverunt ex hac luce et perreuerunt ad caelum, benedicentes Deum Patrem et D. N. J. C. Filium ejus et Sp. s....

CIV. Codex signatus num. 2445 A.

Olim, ut videtur, bibliothecae regiae Blesensis 75 (1), deinde Regius R. 14 P. 1576, C. 4172.

Foliorum 230, min. (0^m,25 × 0,165), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° [De SS. Sanctino et Antonino S. Dionysii discipulis] (fol. 1^r-2^r).

Altera pars epistolae Hincmari ad Carolum Calvum de Vita S. Dionysii, ex *Act. SS.*, ad d. 11 Oct., tom. V, p. 386-88, n. 6 extr. - 13.

2° Epistola piissimi augusti domini Ludovici ad Hilduinum venerabilem abbatem monasterii sanctissimorum martyrum Dionysii sociorumque ejus de colligendis in corpus unius textus his quae in graecorum et latinorum historiis ex pretiosi Dionysii notitia passim scripta reppererat (fol. 2^r-3^r).

Ed. P. L., tom. CIV, p. 1526-28.

3° Rescriptum ejusdem [Hilduini] ad serenissimum imperatorem domnum Ludovicum, unde et quod liter sumpta sunt ea quae in corpus unius textus redegerat ex graecorum et latinorum historiis et notitia excellentissimi martyris Dionysii (fol. 3^r-9^r).

Ed. P. L., tom. CVI, p. 15-22.

4° Epistola Hilduini abbatis ad cunctos catholicos matris ecclesiae filios et fideles, pandens quomodo invenire valeat quisque scire desiderans, unde qualiter sumpta sunt ea quae in corpus unius textus secundum jussionem ipsius* redegerat ex graecis et latinis historiis de sanctissimi Dionysii notitia (fol. 9^v-10^v).

Ed. *ibid.*, p. 22-24.

5° Passio sanctissimi Dionysii, qui a loco Ariogita et patriotico praenomine Ionicus, christiani

cod. ipius;
leg.
operatoris?

(1) Nempe fol. 1^r inscripta est haec nota : *De ca. 75.* (scilicet *De camptopotorum Blesensi*, ut in aliis codicibus olim Blesensibus notatur : cfr. v supra codd. 1716 et 1863).

autem agnomine est appellatus Macharius, a sancto Paulo apostolo Atheniensium ordinatus archiepiscopus, apostolica vero auctoritate beati Clementis papae universalis totius Galliae constitutus apostolus, cujus invicta pro fide Christi devotio sub Domitiano Caesare et praefecto Sisinnio apud Lutetiam Parisiorum urbem, cujus specialis factus est pontifex, post multa tormentorum certamina, inter quae ei Dominus noster Jesus Christus apparuit, una cum beato Rustico archipresbytero et sancto Eleutherio archidiacono suo aliisque quam plurimis septimo idus octobris gloriosum martyrium perpetravit et caput proprium ad locum ubi simul cum praedictis suis sociis tertio fere ab eadem urbe miliario requiescit, ductu angelico detulit (fol. 10^v-28^r).

Auctor Hilduino, ed. *ibid.*, p. 23-30.

6° Revelatio quae ostensa est sancto papae Stephano et memoria de consecratione altaris sanctorum apostolorum Petri et Pauli, quod est situm ante sepulcrum sanctissimi Dionysii sociorumque ejus : quae revelatio et consecratio acta est v kal. augustas (fol. 28^r-29^v).

Ed. ap. Surium, ad d. 9 Oct. (p. 130).

7° Inventio seu translatio beati Dionysii sociorumque ejus (fol. 29^v-33^r).

Ex Gestis Dagoberti I, capp. 1-12, 15, 17, 20, 42-44 (capp. 42 et 43 in compendium contractis), ed. apud Bouquet, *Rec. des Hist. de Fr.*, tom. II, p. 380-86 et p. 502-03.

8° Miracula [quatuor] sancti Dionysii (fol. 33^r-35^r).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. III, part. II, p. 343-45 (lib. I, cap. 1-4).

9° Petri Abaelardi epistola adversus eos qui ex auctoritate Bedae presbyteri arguere conantur Dionysium Ariopagitam fuisse Corinthiorum episcopum

et non magis fuisse Atheniensium episcopum (fol. 35^v-38^r).

Ed. P. L., tom. CLXXVIII, p. 341-43.

10° Epistola Anastasii Romani Bibliothecarii ad Carolum imperatorum, quae asserit sanctum Dionysium vere esse Areopagitam (fol. 38^r-38^v).

Ed. P. L., tom. CXXXIX, p. 737-39. Desinit mutila fine in his verbis: *Suscipite itaque, piissime imperator, Dionysium ex Graecia iterato volatu.*

11° Gesta beati Dionysii sociorumque ejus rhythmic metro edita (fol. 199^r-217^v).

Prolixam hanc lucubrationem, quamvis ineditam putemus, hic edendam ne duximus, cum praesertim nihil aliud praestiterit ejus auctor nisi quod Vitam Hilduino conscriptam utcumque rhythmo illigavit.

Inc. *Postquam fortis | victor mortis | genitus per virginem
Resurrexit | et invexit | caelo sumptum hominem....*

CV. Codex signatus num. 2447.

Olim coenobii Sancti Dionysii prope Parisios (1), deinde Baluzianus 334, postea Regius C. 4172. 3.

Foliorum 238, med. (0^m,315 × 0,253), columnis binis, exaratus saec. XIV; se non paucis foliis excisis alia substituta sunt chartacea, recenti manu descripta nimirum foll. 123-128, 152, 192-199 et 232.

1° [Hincmari epistola ad Carolum Calvum imp. d. Vita S. Dionysii] (fol. 1^r-1^v).

Ed. P. L., tom. CXXVI, p. 153-54.

2° Epistola Anastasii Bibliothecarii... (fol. 1^v-3^r).

Ut in cod. 2443 A, 10°, non tamen mutila in fine.

3° [Epistola Ludovici imp. ad Hilduinum, responsi Hilduini et ejusdem epistola ad omnes fideles] (fol. 3^r-17^r).

Ut ibid., 2°, 3° et 4°.

(1) Fol. 238^v in margine inferiori inscripta est haec nota manu saeculi XIV *Iste liber est ecclesie beati dionisii in f.*; et in margine superiori maiusculis saeculi XVI: *Iste liber est pro ecclesia beati Dionisi in Francia: que ego M. Jacobus Merlin restitui monachis ejusdem monasterii. 1544.*

4^o Petri Abaelardi epistola... (fol. 17^r-21^r).

Ut *ibid.*, 9^o.

5^o De vita et passionibus sanctorum martyrum Dionysii sociorumque ejus, a quo vel a quibus auctoribus conscriptae fuerint (fol. 21^r-22^v).

Ex prologo ad Vitam S. Dionysii auctore Ivone monacho Sancti Dionysii saeculo XIII, quae descripta est in cod. 5286. Vid. Append.

6^o [Vita sancti Dionysii] (fol. 22^v-76^v).

Auctore Hilduino, ed. ap. Surium, ad d. 9 Oct., et inde P. L., tom. CVI, p. 25-50; sed **in** codice non paucis passim interpolata, nequaquam tamen eadem cum ea quae **legitur** in cod. 5286.

7^o Laudes hieromartyris Areopagitae Dionysii... de graeco in latinum translatae, quas Graeci graece decantant in sollemnitate ejusdem... (fol. 76^v-80^v).

In **edit.**, ut videtur. Eaedem descriptae sunt in codice 5286, fol. 114^r-115^v, sub **finem** libri secundi de Vita S. Dionysii.

8^o Praeconium sanctissimi Dionysii Areopagitae a sanctissimo Michaeli venerando patriarcha Hierosolymorum graece luculenter editum et de graeco in latinum fideliter translatum (fol. 81^r-114^r).

In **editum.** Cfr. Doublet, *Hist. de l'abbaye de St-Denis*, p. 256 et Fabricius, *Bib. Gracc.*, ed. Harles, tom. X, p. 220. — Praemittitur in codice (fol. 81^r-82^r) **Epistola** Willelmi monachi ad Ivonem abbatem beati Dionysii de translatione praeconii sancti Dionysii, ejusdem scilicet qui Sugerii magistri sui **Vitam** et alia nonnulla conscripsit (cfr. P. L., tom. CLXXXVI, p. 1467-74). Hanc **epistolam**, hactenus ineditam, exhibemus in Appendice.

9^o Inventio et revelatio corporum... [sancti] Dionysii... ac sociorum ejus... (fol. 117^v-124^r) [et] de dedicatione ecclesiae beatissimi Areopagitae Dionysii sociorumque ejus (fol. 124^r-131^r).

Ut **supra**, cod. 2445 A, 7^o, addito etiam *Gest. Dag.* cap. 23 (post cap. 20).

10^o Revelatio quae ostensa est Stephano papae... (fol. 131^r-133^r).

Ut *ibid.*, 6^o.

11^o Detectio corporum macharii Areopagitae Dionysii sociorumque ejus, quae facta est anno... circiter millesimo quinquagesimo (fol. 136^r-150^r).

Ed. cum epistola prooemiali Haymonis ap. Felibien, *Hist. de l'abbaye de Saint-Denis*, Preuves, p. clxv-clxxij.

12° [Miracula sancti Dionysii] (fol. 151^v-152^v).

Horum primum est apparitio illa sancti Dionysii Jacobo militi Segniensi statim post obitum Philippi Augusti regis Franciae (anno 1223), quae ex Andr. Chesnii *Script. Rer. Franc.* (tom. V, p. 200) transcripta legitur *Rec. des Hist. de Fr.*, tom. XVII, p. 283-84, not. Sequuntur haec alia breviter narrata :

Anno Domini millesimo centesimo nonagesimo tertio, anno vero tertio decimo regni Philippi bonae memoriae regis Francorum de quo in superiori capitulo locuti sumus, in festo sanctissimorum martyrum Dionysii, Rustici et Eleutherii, quidam puerulus subito mortuus a parentibus suis ad ecclesiam beatissimi martyris Dionysii devotissime deportatus est : quem super altare ante corpora sanctorum ponentes, et cum lacrimis et suspiriis « Sancte Dionysi, adjuva nos » clamantes, meritis sanctorum martyrum et intercessionibus a Domino coram universo populo recuscitatus est.

Eodem etiam anno quidam arreptitius in eadem ecclesia per suffragia eorundem sanctorum martyrum miraculose curatus est.

Eodem anno quidam homo Virsionensis per preces beati Dionysii de carcere liberatus est apud Rothomagum.

13° Miracula [alia] sancti Dionysii (fol. 153^r-184^v).

Miraculorum libri tres conscripti extr. saec. IX, ed. ap. Mabillonium, *Act. SS. O. S. B.*, saec. III, part. II, p. 343-64.

14° [De reliquiis sacri clavi et coronae Domini per Carolum Calvum imp. ecclesiae sancti Dionysii datis, postea amissis et recuperatis] (fol. 191^r-236^r).

Ined., ut videtur. Attamen prolixam illam narrationem, quae non ita proprie ad rem hagiologicam spectat, hic transcribere visum non est.

15° De translatione corporis beatissimi Firmini martyris Ambianensis apud coenobium beati Dionysii in Francia (fol. 236^v-238^r).

Ed. ap. Cointium, *Annal. Franc.*, ad. an. 687, num. 17.

Appendix ad cod. 2447.

De vita et passionibus sanctorum martyrum Dionysii sociorumque ejus, a quo vel a quibus auctoribus conscriptae fuerint (Cfr. supra, p. 121, 5°).

- Solet quaeri a quibusdam curiosius rerum gestarum veritatem scire volentibus a quo vel a quibus ea quae de beato Dionysio ac sociis ejus leguntur conscriptae sint. Quibus breviter respondetur, tractatores vitae ac passionis eorundem sanctorum martyrum quam maximae auctoritatis extitisse, utpote divina illustratos scientia, merito et virtute sanctitatis insignitos, sublimatos in summis gradibus ecclesiasticae dignitatis. Ea namque quae ante conversionem et post beatus Dionysius in Graecia et in partibus orientis dixit, scripsit et egit, nobilitas etiam generis ipsius, magnitudo sapientiae, fluvius eloquentiae, nec non et alia quam plurima valde miranda, partim ab Aristarcho egregio historiographo (1), partim a beato Methodio martyre Constantinopolitano pontifice (2), partim a sanctissimo Michaelae Hierosolymitano patriarcha (3), luculentissime ac disertissime graeco eloquio in scripturam sunt redacta. Quae quidem postmodum ab Anastasio Romanae ecclesiae bibliothecario, utriusque linguae peritissimo, in latinam linguam translata sunt et imperatori Karolo pro magno munere praesentata. Quaedam vero eorum quae in partibus Galliarum perpetravit Visbius scripto contradidit (4), qui fuit filius Lisbii et Larciae, qui nobilissimi habebantur inter cives Parisiensium : quorum alter paulo ante beatum Dionysium martyrio coronatus est, altera vero ipso die passionis sanctorum martyrum in fonte sui sanguinis baptizata, cum palma martyrii transmigravit ad Dominum. Genera autem tormentorum et agonum certamina et cetera quae sequuntur gloriosi confessores, Sanctinus videlicet et Antoninus, ejusdem Dionysii discipuli, sicut eis ab ipso praeceptum fuerat, memoriae commendarunt (5) : quorum uterque, alter tamen post alterum, Meldensi ecclesiae in episcopali cathedra dinoscitur praefuisse. Sed et illud diligenter attendendum, quod auctores graeci plurima de his quae in partibus orientis gesta sunt, pauca vero de his quae in partibus occidentis contigerunt conscripserunt ; e contrario autem praedicti confessores et Visbius pauca de his quae in Graecia, plurima vero de his quae in Gallia gesta sunt legenda posteris tradiderunt : quod utrumque propter maximam locorum distantiam contigisse manifestum est. Omnia vero quae in sanctissimo patre suo Sanctinus et Antoninus oculata fide cognoverant, sancto Anacleto Romano pontifici, qui beato Clementi in episcopatu successerat, ceterisque fidelibus, in propria persona, magistri sui parentes imperio, nota facere studuerunt. Ad quorum peti-

(1) Cfr. *Act. SS.*, ad d. 9 Oct., tom. IV. p. 703 sqq., n. 30-43. — (2) Cfr. *ibid.*, p. 709 sqq., n. 59-71. — (3) Cfr. supra, p. 121, 8°. — (4) Cfr. *Act. SS.*, tom. cit., p. 706 sqq., n. 44-57. — (5) Cfr. *ibid.*, p. 713, n. 84-89, et tom. V, p. 583 sqq.

tionem idem papa triumphum beati martyris Atheniensibus notum fieri procuravit. Quod totum in Vita eorundem confessorum luce clarius declaratur per haec verba : *Cum persecutores suos beatus Dionysius fines Parisiorum appropinquare comperit, Sanctinum et Antoninum ad se accersivit : quibus praecepit ut sermones et agones ipsius sollerter intenderent et memoriae commendarent, ac quibus tormentorum generibus per passionum supplicia corporis vitam finire conspicientes, quantocius Romanae sedis pontifici et fidelibus quos tunc ibidem invenerint per ordinem nuntiare studerent, eosque obnixè deposcerent ut Atheniensium civibus ea nota facerent, quatinus et ipsi Domino pro cursu laborum ejus impleto gratias agerent et erga cultum ejus bono animo fierent.* Ac deinde subjungitur : *Consummato siquidem beato Dionysio per martyrii palmam, Sanctinus et Antoninus, sicut eis praeceptum fuerat, iter agredientes, Romam auxiliante Domino pervenerunt ; et jam beato Clemente martyrio coronato, in eadem sede sanctum Anacleum, natione Graecum, de Athenis, qui fuerat a beato Petro apostolo presbyter ordinatus, consecratum pontificem invenerunt. Cui per omnia, sicut eis beatus Dionysius jusserrat, actus et martyrii ejus ordinem narraverunt ; ipse vero Atheniensibus nuntiavit.*

Epistola Willelmi monachi ad Ivonem abbatem beati Dionysii de translatione praeconii sancti Dionysii (Cfr. supra, p. 121, 8°).

Domino et digne reverendo patri Ivoni abbati ecclesiae sanctissimi Dyonisii (1), frater Willermus, fratrum suorum minimus, aeternam in Christo salutem. Persae, ut aiunt, dominos suos manu vacua non salutant, sed cum voce gratulationis obsequium profertur muneris, idcirco, ut puto, quia verbum constat esse gratius quod opere commendatur. Hoc apud me reputans, coepi revolvere omnem suppellectilem meam, tam novam quam veterem, et rem familiarem, si forte quid inveniri posset quod tuis placeret oculis et sederet cordi. Sed cum penes me nihil tale inveniretur, necesse habui ad apothecam medici nostri recurrere et de alieno mutuum sumere. Et quidem inter opes atticas et orientales speciesque peregrinas et odoras, quibus ammirandus et amandus ille noster medicus Guillelmus (2) hanc nostram ditavit provinciam, cum oculis omnia diligenter perlustrassem, nihil occurrit quod votis tuis magis aestimarem congruere, nihil quod me magis lactificare potuerit, quam laudes et praeconium agonesque et martyrium domni et communis patroni nostri Ariopagitae Dionysii, generis quoque nobilitas et illustris vita et philosophia et doctrina singularis et gloria, quae in graecorum variis codicibus repperi quadriformiter exarata, sensu sane consona.

(1) Hujus nominis II, qui coenobium rexit an. 1169-72 (*Gall. Christ.*, tom. VII, p. 379). — (2) Qui nominatur in inscriptione alterius epistolae ab hujus scriptore missae (P. L., tom. CLXXXVI, p. 1471 extr.).

et si verbis discrepare videantur. Omnia namque hunc Athenis oriundum, Pauli praedicatione conversum, Atheniensium ab eodem apostolo archiepiscopum ordinatum, indeque ad Christi fidem praedicandam in Gallias adventasse et Parisius civitate martyrio consummatum concorditer protestantur, ad aemulorum et
5 obtrectantium ora obstruenda, nescientium quae loquuntur neque de quibus affirmant. Itaque ne dominum et patrem vacuus salutarem, homo semigraeculus et vix latinus, officium praesumpsi interpretis, sumptaque charta et atramento arreptoque calamo, eligens ex omnibus ea quae venerabilis Michael patriarcha Hierosolymorum in laudem pretiosi martyris sermone graeco sublimi stilo edidit,
10 pro facultate ingenii et intellectus in latinum verti eloquium. Nec mirari quis debet si elegantiam sermonis eloquentissimi viri in translatione exprimere non potui, eo quod interpreti multa sint et subtrahenda et adicienda, quandoque etiam mutanda genera, casus, tempora aliaque quam plurima, propter peregrinae linguae idiomatica, ut latinitati mos geratur, quod et beatus Hieronymus et
15 eloquentiae Tullius necessario faciendum asserunt. Illud procul dubio sciendum, quia, cum hujus beatissimi Galliarum specialis patroni prae ceteris sanctis fama celebris et memoria favorabilis in toto orbe latino recolatur, amplius fere apud graecos et orientales universos opinio ejus celebratur et gloria, nec quisquam illorum negat vel ejus vel sociorum ipsius apud nos sacratissima conservari cor-
20 pora. Lecturos obsecro ne mihi succenseant quod, virum secutus eruditum et orthodoxum, tres hypostases pro tribus personis in hoc opusculo posuerim, quoniam et apud summos latinorum doctores hoc factitatum diligens lector inveniet. Lege, mi domne, si placet, brevem hanc translationem tuo dicatam nomine; [quam si tibi] placuisse cog[noverim, ce]tera quoque q[uae ad gloriam] hieromartyris nostri Dionysii pertinentia legendo repperi, in nostram linguam transferre
25 temptabo. Bene valeas.

CVI. Codex signatus num. 2449.

Olim Caroli de Montchal archiepiscopi Tolosani *cod. LVI*, deinde Telleriano-Remensis 29, postea Regius C. 3812. 3.

Foliorum 140, med. (0^m,30×0,20), lineis plenis, exaratus saec. X.

[De translatione sancti Stephani de Jerusalem in urbem Byzantium] (fol. 138^r-140^v).

Ed. P. L., tom. XLI, p. 817-22. Sed in codice folio deficiente initio, incipit *Scriptura* in his verbis capitis 3 (paulo ante med.) *Et accipiens posuit illud in lectula*.

CVII. Codex signatus num. 2462.

Olim Bigotianus 271, postea Regius C. 4198. 4.

Foliorum 211, min. (0^m,24×0,16), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

1° Vita sanctorum patrum, lib. I (fol. 75^r-112^r).

Liber secundus de Vitis Patrum ed. Rosweyde seu *Historia monachorum*, auctore Rufino, ed. P. L. tom. XXI, p. 387-462. In codice capitula sequuntur hoc ordine : 1, 15, 16, 12, 13, 14, 7, 8, 9, 11, 6, 20, 2, 3, 18, 19, 21, 22, 23 (pars prior), 24, 30-33 et epilogus ; desiderantur capp. 5, 4, 10, 17, 25-29.

2° [Ejusdem operis] liber secundus (fol. 112^r-168^r).

Liber tertius de Vitis Patrum, ed. P. L. tom. LXXIII, p. 742-810.

3° [Ejusdem operis] liber tertius (fol. 168^r-191^r).

Liber quartus de Vitis Patrum, usque ad cap. 42 med., ed. *ibid.*, p. 813-40 ; adjecta sunt (fol. 189^v-191^r et fol. 204^r-207^r) nonnulla ex aliis libris de Vitis Patrum desumpta.

4° De quodam vicedomino qui Filium Dei negavit (fol. 197^v-204^r).

Vita S. Theophili paenitentis, ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Febr., tom. 1, p. 483-87.

5° [Vita sanctae Thais meretricis] (fol. 207^r-208^v).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 661-662.

CVIII. Codex signatus num. 2464.

Olim Pingueneti (1), deinde Telleriano-Remensis 20, postea Regius C. 3811. 2.

Foliorum 189, med. (0^m,31×0,19), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

Eadem omnino continet et eodem ordine disposita quae codex 2462 (praeter ultimum documentum, idest descriptionem Antichristi, quod in cod. 2462 complet fol. 208^v-211), nimirum

1° [De vitis patrum libri tres] (fol. 67^v-172^v, et 183^v-188^r).

2° De quodam vicedomino qui Filium Dei negavit (fol. 177^v-183^v).

3° Vita sanctae Thais meretricis (fol. 188^r-189^r).

(1) Delisle, *Cab. des mss.*, tom. I, p. 304.

CIX. Codex signatus num. 2467.

Olim bibl. reg. Bellofontanensis (antea Blesensis?), operimento insignibus Henrici II regis decorato, signatus primitus numeris 25 et 71; postea Regius R. 794, P. 864, C. 4111.

Foliorum 204, min. (0^m,25×0,17), lineis plenis, exaratus saec. XII.

[Passio SS. Fusciani, Victorici et Gentiani] (1) (fol. 155^v-157^v).

Ed. a J. Ghesquiere, *Act. SS. Belgii*, tom. I, p. 106-69. Admodum pauca in fine Passionis desiderantur.

CX. Codex signatus num. 2470.

Olim Hannibalis de Ceccano cardinalis, deinde Joannis Assisnatis (2), deinde Petri de Luna (Benedicti XIII antipapae), deinde collegii Fuxensis, deinde Colbertinus 284, postea Regius C. 3680. 2. 2.

Foliorum 344, maj. (0^m,41×0,27), columnis binis, exaratus saec. XIV.

Codicem complent opera S. Petri Damiani, inter quae notanda veniunt haec hagiographica :

1° Vita beati Romualdi (fol. 108^v-127^v).

Ed. P. L., tom. CXLIV, p. 933-1008.

2° Epistola Alexandro papae missa de vita Rodulphi Eugubini episcopi (fol. 212^r-213^r).

Ed. *ibid.*, p. 1009-12 (cap. 4).

3° Vita venerabilis viri Dominici Loricati (fol. 213^r-218^v).

Ed. *ibid.*, p. 1012 (cap. 5)-1024.

CXI. Codex signatus num. 2475.

Olim Colbertinus 1418, deinde Regius C. 3791.

Foliorum 208, med. (0^m,325×0,235), columnis binis, exaratus saec. XIII.

(1) Non S. Quintini, ut legitur in catalogo edito an. 1744. — (2) Delisle, tom. cit., p. 492.

1° Vita domni Anselmi Cantuariensis archiepiscopi
(fol. 62^v-106^r).

Auctore Eadmero, ed. *Act. SS.*, ad d. 21 April., tom. II, p. 866-93.

2° Vita sancti Dunstani Cantuariensis archiepiscopi
et confessoris, XIII kal. junii (fol. 106^r-131^r).

Auctore Osberno, ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. V, p. 630-88.

3° Liber miraculorum ejus[dem] (fol. 131^r-142^r).

Ed. *ibid.*, p. 680-701.

4° Vita sancti Cuthberti episcopi et confessoris (fol.
142^r-167^r).

Auctore Beda, ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Mart., tom. III, p. 97-116.

5° Vita vel passio sancti Aelphégi martyris (fol. 167^r-
181^v).

Auctore Osberno, ed. *ibid.*, ad d. 19 April., tom. II, p. 631-41.

6° Translatio ejusdem martyris sexto idus junii (fol.
181^v-184^v).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. VI, part. I, p. 123-27.

7° Vita sancti Odonis Cantuariensis archiepiscopi et
confessoris, III nonas junii (fol. 184^v-190^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Jul., tom. II, p. 67-75. In fine Vitae leguntur versus quatuordecim.

8° Passio sancti Edmundi regis et martyris, XII kal.
decembris (fol. 190^r-196^v).

Auctore Abbone Floriacensi, ed. P. L., tom. CXXXIX, p. 507-20. Desideratur prologus; in fine Vitae leguntur versus octo.

9° [Lectiones] in natali sancti Albani martyris, decimo
kal. julii (fol. 197^r-198^r).

Acta (ex Bedae *Hist. Eccl.*) ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jun., tom. IV, p. 147-48. num. 2 (*Albanus adhuc paganus...*) - num. 6 med. (... *Warlingacestir appellatur*).

10° [Vita venerabilis Bedae] (fol. 198^r-200^v).

Auctore Turgoto Dunelmensi, ed. *ibid.*, ad d. 27 Maii, tom. VI, p. 720-23. Sequuntur versus octodecim.

11° Vita Mariae Aegyptiacae (fol. 201^r-208^r).

Vita metrica auctore Hildeberto Cenomanensi, ed. P. L., tom. CLXXI, p. 1321-40.



CXII. Codex signatus num. 2495 B.

Olim *Claudii Morisoti* (fol. 1^r), deinde Fulcardimontensis, deinde Colbertinus 5304, postea Regius C. 5326. 5.

Foliorum 72, med. (0^m,31×0,21), columnis binis, exaratus saec. XIV.

Passio undecim millium virginum (fol. 66^v-72^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Oct., tom. IX, p. 157-65.

CXIII. Codex signatus num. 2498.

Olim Colbertinus 5016, deinde Regius C. 4545. 1. a.

Foliorum 143, min. (0^m,265×0,165), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

1° Magistri Johannis Salesberiensis episcopi Carnotensis vita vel passio sancti Thomae Cantuariensis archiepiscopi et martyris (fol. 43^r-53^r).

Ed. P. L., tom. CXC, p. 193-208.

2° Translatio sancti Stephani protomartyris [Hierosolymis CPolim] (fol. 53^r-56^v).

Ed. P. L., tom. XLI, p. 817-22.

3° Translatio sancti Stephani protomartyris Romani, II nonas maii (fol. 56^v-62^v).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 70-74. non paucis lectionibus variantibus. In codice post versus citatos in finē sequitur epilogus, quem videsis infra in Appendice.

4° Energumena a S. Benedicto missa ad S. Remigium et ab eodem sanata (fol. 62^r-62^v).

Narratiuncula de qua *Act. SS.*, ad d. 1 Oct., tom. I, p. 72, n. 73-78, paulo uberior hic digesta, at initio mutila. Quam etiam videsis infra transcriptam in Appendice.

5° Vita sanctae Helenae matris Constantini Augusti (fol. 62^v-93^r).

Auctore Almanno Altivillarensi, ed. *Act. SS.*, ad d. 18 Aug., tom. III, p. 580-616. Sequitur (fol. 93^r-94^r) epitaphium seu elogium metricum S. Helenae.

6° Miracula beatae memoriae domni Eugenii papae III (fol. 95^v-97^r).

Ed. P. L., tom. CLXXX, p. 1009-12.

CATAL. PARIS. T. I.

7° Gesta sanctorum patrum in eremo cōmmanentium
scripta a beato Hieronymo (fol. 100^v-143^v).

Historia monachorum auctore Rufino, ed. P. L., tom. XXI, p. 387 sqq. Cap. 14 insertum est inter cap. 9 et 10, et mutilum desinit documentum in fine capituli 39 (... in ultima navis parte vilibus indu).

Appendix ad cod. 2498.

EPILOGUS AD NARRATIONEM TRANSLATIONIS S. STEPHANI ROMAM
(Cfr. supra, 3°).

Taceat igitur jam nunc argumentosa Graecorum loquacitas seseque beati proto-
martyris Stephani corpus habere non mentiantur, cujus velit nolit tam perspi-
cuae veritatis cognoscunt translationem. Quis enim scripto Romani pontificis audeat 5
contradicere, cujus auctoritate cetera roborantur? Namque et [in] Chronica vene-
rabilis Bedae presbyteri quando vel qualiter haec translatio facta fuerit, diligens
lector poterit reperire. Sed nescio utrum alicui credat auctoritati qui ei contradi-
cere nititur cujus examinatione confirmantur ipsae auctoritates. Sed sive credant
sive non credant, nihil nostra interest. Nos enim et credimus et certi sumus 10
nihilque de hac translatione dubitamus. His ita digestis, venerabilis papa in eccle-
sia beati Petri apostolorum principis dextrum martyris armum honorifice recon-
didit, multaque donaria ibi fecit.

Haec autem Lucius, sanctae Romanae ecclesiae archidiaconus, quemadmodum
praesens vidit et audivit, brevi sermone conscripsit. Quae et nos Bruno Segnensis 15
episcopus, rogatu domni Theodini ejusdem ecclesiae archidiaconi, materiae veritate
in omnibus et per omnia servata, sola stili immutatione latius aliquantum diges-
simus. Translatum est corpus beati Stephani Romam II nonas maii, principe Theo-
dosio, papa Pelagio, ad tutelam Romanorum civium tam adversus hostes visibiles
quam invisibiles, quod annuat nobis Christus promereri ad suam laudem et 20
eorum, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat.

DE ENERGUMENA A S. BENEDICTO AD S. REMIGIUM MISSA

(Cfr. supra 4°).

... Domno sacerdoti Remigio frater et conservus in Christo Jesu coeno-
dialis vitae institutor Benedictus aeternae benedictionis munus. Sanctis-
simo tuo congratulans profectui, sacerdos regis summi, [quia unius]
capitis membra sumus, quod mihi deesse sentio in me, totum, laus Deo,
possidere me credo in te. Ecce quod mea peccata fieri prohibuerunt, tuae
auctoritatis sacerdotalia supplere habent merita, et descendant circa me

amodo rumores hominum, cum apud te constet omnium esse perfectionem virtutum. Hanc captivam et antiquo hoste obsessam tuae delego celsitudini, et meam parvitatem victoria ipsa non minimum laetifices. Vale, sacerdotum Christi limpidissime calcule. Cumque signatis iisdem litteris hospitibus valesceret, proprium nuntium cum illis in Galliam destinavit, qui beato Remigio tantae humilitatis munus obtulisset. Cum Remensium urbem intrarent, et sanctus Dei pontifex tanti patris apices pervidisset, lacrimis uberrimis perfusus in haec verba prosilivit : *Gratias tibi, Christe redemptor clementissime, qui nostra tempora tanta sublimasti gloria ut in speciali famulo tuo Benedicto tota te per orbem magnificet ecclesia.* Surgens autem continuo gloriosus archimandrita Remigius, episcopali se infula more solito trabeavit, atque oblaturus Deo sacrificium ecclesiam concitus intravit. Cumque miserabilis illa parentum solatio in ecclesia adducta venisset, versipellis vafer ille per os puellae haec verba invitus protulit : *O sacerdos Christi Remigi, noli adversus Benedictum gloriari : quia non propter tuum imperium, sed propter ejus humilitatem exire cogor.* His dictis, liberata est mulier ; et omnes qui audierunt dederunt gloriam Deo.

CXIV. Codex signatus num. 2546.

Olim *Liber Sancte Marie de...* (fol. 136^v), deinde Colbertinus 3632, postea Regius C. 4089.3.

Foliorum 136, min. (0^m,26×0,17), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

Epitaphium sancti Bernardi abbatis (fol. 3^r).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 286.

CXV. Codex signatus num. 2553.

Olim *Celestinorum de Ternis 28* (fol. 266^v), deinde collegii Claromontani, deinde Thuaneus, deinde Colbertinus 1388, postea Regius C. 4188.3.3.

Foliorum 266 (quorum tamen desiderantur nunc folia 19, 93, 190-199), med. (0^m,28×0,20), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Vita sancti Antonini martyris [Placentini], edita a domno Pascali papa (fol. 261^r-266^v).

Passio de qua *Act. SS.*, ad d. 4 Jul., p. 12, n. 24; quam Sollerius non videtur inspexisse. Eandem, quamvis manifeste fabulosam, hic exhibere visum est, quo plenius noscantur traditiones quae de S. Antonino Placentino ferebantur.

Appendix ad cod. 2553.

Incipit vita sancti Anthonini martyris edita a domno
Pascali papa.

1. De ejus nobili origine. Igitur reverendissimus testis Christi Anthoninus, regali stirpe progenitus, ab Appamia Tholonensi oppido extitit oriundus, nobilis quidem genere, sed nobilior sanctitate. Qui sicut liliū inter spinas, fidelis ab infidelibus parentibus procreatus, et temporibus Pippini et Theodorici regum ab ipsis infantiae suae crepundiis manifestissime sanctis coepit pollere virtutibus. Sacris etiam litteris eleganter edoctus, salutaria praecepta quae legebat ipse per se ipsum fideliter adimplere studebat. Refulgebat itaque Deo dilectus sanctis virtutibus, innocentia praeditus, simplicitate conspicuus, sanctitate venerabilis, benignitate laudabilis. Castitatis etiam dono praefulgidus, ex ipsius veneratione virtutis magno splendore coruscans, exemplum bonae conversationis omnibus demonstrabat sollicitus. Caritatis autem dono exuberans, secundum apostolicum praeceptum ita erat in ipsa fundatus ut veraciter posset comprehendere cum sanctis quae sit latitudo, sublimitas et profundum. Hac itaque profunditate com-
perta vir Dei non mediocriter adornatus, meditabatur in lege Domini, ut videlicet diebus ac noctibus in vigiliis et orationibus persisteret minister sedulus et ut plantatus in domo Domini floreret ut palma et ut cedrus Libani multiplicaretur. Fructum vero bonae operationis Domino reddens operator gratissimus, stabilitatemque firmitatis in corde suo immobiliter ferens, lorica justitiae circumdatus, galea salutis scutoque fidei protectus, spe firmissima roboratus, et gladio sancti Spiritus honestissime armatus, ceterarumque virtutum pretiosissimis gemmis decoratus, inexpugnabilem athleta fortissimus victoriam sumpsit, qualiter ad numerum levitarum ascenderet et ad palmam martyrii feliciter perveniret.

2. De invidia diaboli adversus eum. Cum itaque adversus beatissimum agonistam Anthoninum diabolica seditio ab avunculo suo. rege supradicto Theodorico, in odium inflammata concreveret, ipse Christi miles desiderio martyrii exaestuans, ex oppido Appamiae egressus fugam arripuit et ad limina apostolorum Petri et Pauli iter accelerans, usque ad Salernitanam civitatem pervenit peragrandō, requirens sicubi christiani nominis viros fide et sanctitatis religione inveniret. Tandem itaque ducente Domino pervenit ad quandam locum, inventam quam plurimos in fide Christi sanctaeque religionis persistentes viros, qui omnibus suis pro Domino secundum evangelicum praeceptum renuntiantes, crucemque suam ad sequendum Dominum tollentes, de orientalium partibus advenerant: inter quos etiam de superioribus ecclesiasticis gradibus sanctissimi habebantur pastores atque doctores. Cum quibus vir beatissimus decem et octo annis in eremo commanens, igne succensus divini amoris, de virtute in virtutem ad altiora conscendens, vas electum a Domino, ab eisdem sanctis patribus ad diaconalem electus atque constitutus est suscipiendam dignitatem. Ilac igitur familiari frater—

nitare sanctoque sibi imposito onere confirmatus confortatusque vir gloriosus et sacer Anthoninus, propter meritorum suorum praeclaram sanctitatem, geminato suscepto talento, ut lucrum bonae operationis sanctique commercii Domino suo duplicatum reportaret, evangelii Christi Domini sui coepit esse doctor egregius.

5 Sed ut apud infideles testimonio miraculorum certificaretur ejus doctrina et eos ad fidem Christi traheret ab idolatria, multa petentibus per eum Dominus dignabatur conferre beneficia. Quam plurimos enim ab infirmitatibus suis liberabat, caecos illuminabat, surdis auditum restituebat, mutis vocem reddebat, oppressos a daemone liberabat, omnes latebras diaboli fugabat. Ipse itaque vere beatus ac
10 Deo dilectus, Domini nostri Jesu Christi confessione solidatus, ipsius etiam Salvatoris imitator effectus, non respiciens personam hominum, singulorum merita juxta qualitatem operum satagebat increpare sollertius. Longe vero lateque verbum Dei praedicando seminabat verus minister atque fidelis, ut fructum ejusdem beati seminis in horreum domini sui congregaret operator assiduus. Omnes ergo
15 credentes ut in melius proficerent exhortabatur sacer sanctus, et incredulos quosque, duos etiam corde, forti constantia roboratus arguebat attentius.

3. De ejus sancta praedicatione et fontis impetratione. Quodam autem in vico, cum inter gentilium tenebras, sicut solet radius solis nube tectus, minime splendesceret, et sanctus idem obnubilatus resideret, ut sacrilegam ipsorum
20 gentilium vitaret insaniam, et maxime quia illius sanctae praedicationi non solum non acquiescebant, sed improbe resistebant, juxta sanctum evangelicum Domini praeceptum dicentis : *Quicumque non receperint vos, recedentes ab illis, etiam pulverem pedum vestrorum excutite in testimonium super illos;* item et : *Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam, ad alium,*
25 ubi plurimorum christianorum erat congregatio, transmigravit locum. In quo vir pius et sacratissimus ac Deo dilectus inter christicolae permanens, alacriter toto corde martyrii coronam accipere desiderans, numquam a sancta praedicatione cessabat; ab ipsis autem religiosissimis viris, cum quibus aliquamdiu commoratus fuerat, roboratus confortatusque ut ministerium sibi creditum plenius adim-
30 pleret, non destitit crebrius peragrando perurgere. Praedicando etenim iter agens vir gloriosus, contigit ut labore itineris sitisque ardore fatigaretur. Nam siti fortiter aestuans, aspectum oculorum suorum ad caelum erigens, ipsum quem veraciter sciebat omnia posse dare credenti, deprecatus est, inquit ita : *Tu Deus omnipotens, omnium quae facta sunt auctor et opifex, qui pro*
35 *salute generis humani de caelo descendens in terras carnem humanitatis nostrae dignatus es suscipere, et per ipsam humanitatem fatigatus eo itinere hora sexta residens ad puteum, aquam ad bibendum a muliere Samaritana petisti, ut in eam et in omnes, qui in te perfecte crederent tibi que veraciter oboedirent, fontem aquae vivae salutaris salientis in*
40 *vitam aeternam procreares, quique fortissimo Samsoni post victoriam sitiienti aquam de dente molari ad bibendum protulisti, et in eremo per Moysen aquam de petra manare fecisti, ut Israeliticus populus biberet*

et jumenta, clementiam tuam, quam ab exordio succedentibus generationibus tribuisti, non immemor beneficii tui, etiam et mihi in sitis ardore laboranti rogo non deneges. Oratione vero completa, terrae solum intuens, virga quam manu gestabat fiducialiter percussit. Tunc exaudito athleta suo Dominus gratissimum ex arida fontem produxit et fidei famulo suo non solum temporalem sed etiam aeternum tribuit potum. Qui videlicet fons sancto viro datus a Domino salutem magnam praebet infirmantibus, amministrante clementia ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui non solum per semetipsum verum etiam per servos suos fideles mirabilia dignatur ostendere magna. Qui etiam ipse Dominus de iis qui imitando perfecte sequuntur, sicut gloriosus martyr Anthoninus secutus est, loquitur dicens : *Opera quae ego facio et ipse faciet et majora horum faciet ; et quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam vobis.* Fidelis est enim in verbis suis Redemptor piissimus, qui aquam, quam a principio ipse creaverat, a muliere Samaritana non dedignatus est petere, Anthonino martyri suo virtutem tribuit talem qualiter fontem de terra posset producere manantem.

4. De honore beato Anthonino exhibito a Pippino rege. Eodem autem tempore rex Pippinus cum sancto Othveo episcopo et exercitu innumerabili intravit urbem Romam sumere sibi imperium. Qui audita fama et sanctitate servi Dei Anthonini, misit de ducibus exercitus sui, et accersiri jussit eum ad se. Tunc sanctus Anthoninus, videns nuntios regis, prompto animo gratias agebat Domino, ad quem per coronam martyrii credebatur migraturum in proximo, et vultu alacri parabat adire praesentiam regis. Quod cum audisset populus, quem ut pater benignus et pastor sollicitus verbo vitae pascerebat, cum maerore nimio et lacrimis profusus undique concurrrens, clamabat : *Pastor et pater noster fidelissime, serve Dei Anthonine, cur nos deseris, quos custodire et defensare solebas ab incursibus antiqui hostis ? Pater sancte, noli recedere a nobis, quos propter absentiam tuam fame divini sermonis perituros esse cognoscis.* Beatissimus autem et piissimus pater Anthonius, audita voce plangentis populi, prorumpens in lacrimas dicebat : *Filii, nolite constriari, sed gaudete mecum Domino gratias referentes, qui me dignatur vocare ad coronam martyrii, ut cum sanctis suis in aeterna beatitudine merear pro labore remunerari.* Tunc sanctus vir et athleta Dei fortissimus intrepidus et gaudens venit ante praesentiam regis. Sed rex cum cognovisset virtutem et sanctitatem ejus, cum maximo honore et reverentia suscepit eum et reduxit eum secum in civitatem Brugdunensem cum sancto Othveo episcopo. In qua civitate erat homo a daemonio vexatus, qui et instinctu ipsius daemonii in civitatem ignem immiserat et partem ejus cremaverat. Populus autem civitatis concurrens apprehenderat eum ut in ignem mitteret. Sed servus Dei Anthoninus cum audisset eum a daemonio vexari, concito cursu venit in turbam, et sublatum de manibus eorum, suis orationibus a daemonio eum liberavit et pristinae sanitati restituit. Innumera quoque alia miracula per eum Dominus ibidem dignatus es

operari. Inde vero recedens, perrexit in regionem Noviomensem cum sancto Lino episcopo; et ibi praedicationi vacans, multos ad fidem Christi convertebat. Ubi cum aliquamdiu Deo fructificans commoratus esset, alia praedicando visitare volens loca, pervenit ad locum qui dicitur Vallis Nobilis: in qua virum reperit
 5 quam ab idolatria ad fidem Christi convertit cathizatamque ad fontem baptismi suscepit. Quem cum quadam familiaritate praeter ceteris diligeret et frequentaret, ab eo petiit ut in hac valle sibi locum concederet in quo habitaculum et oratorium construeret, ubi competentibus horis, praedicatione ad tempus intermissa, orationi vacaret. Cujus petitioni festinus libera voluntate et hilari devotione
 10 satisfaciens, et locum concessit et habitaculum cum oratorio de propria substantia aedificavit. Sed post aliquantam in eo loco mansionem, cum vir Dei Anthonius ad praedicandum de via disponeret et jam exire pararet, pia petitione Festi et precibus ejus, pro discessu ejus supra modum dolentis et lacrimas profundentis, compulsus, prius tamen multis ad consolationem ejus praemissis, tandem pro-
 15 misit quod ad eum rediret, suoque reditu post multum tempus eum laetificaret; et valefaciens ei ad praedicandum exivit.

5. De ejus humilitate et patientia. Rex autem Theodericus, audita reverentia nepotis sui beatissimi Anthonini, occurrit ei cum gaudio, et in amplexum ejus ruens, suscepit eum secumque manere fecit cum reverentia et honore
 20 magno: paenitentia enim ductus, dolebat quod in eum odium exercuerat et a se recedere compulerat. Cumque per aliquot dies agnovisset vitam et sanctitatem ejus, volebat eum sublimare in sede Tholonensi, in episcopatu videlicet sancti Saturnini; ipse autem judicans se indignum, recusabat honorem. Multa quoque in eadem regione monasteria, privilegii honore praeminentia, volebant regimini
 25 illius [se] submittere et eum abbatem constituere; sed iterum atque iterum recusabat honorem, quia volens persistere in solo gradu diaconatus, assererat se indignum abbatia vel episcopatu. Hostis autem antiquus, honorum actibus invidens semper et a persecutione eorum nullo modo desistens, in servum Dei Theoderici regis resuscitavit iram et odium. Quidam enim ipsius regis satellites
 30 cum viderent tantum honorem et reverentiam beato Anthonino a rege exhiberi, invidia compulsi et dolentes, suggerente diabolo regem adierunt et beatum virum Anthoninum cum uxore ejus incestum commisisse confinxerunt. Quo audito rex vehementer iratus, tradidit eum cuidam praefecto suo et in carcerem, cui nomen erat Spelunca Nociva, jussit recludi et pondere catenarum et famis inedia
 35 cruciari. Beatus autem et fortis agonista Anthoninus in carcere tenebroso reclusus, humano destitutus solatio, visitari meruit a Domino. Angelus autem Domini per septem dies eum in carcere confortabat et, quod ab homine non offerebatur, panem et aquam ei ministrabat.

6. De consolatione ejus in carcere. Post septem vero dies quidam puer,
 40 nomine Almachus, cujusdam clarissimi viri et patricii filius, gratia Spiritus sancti corroboratus, intravit ad eum in carcerem et catenam pendentem in collo et brachia ejus sustentabat et quantum licuit et potuit ministrabat. Sed rex post

haec existimans servum Dei pondere ferri et fame defecisse, cum praeposito cruciandum eum tradiderat venit ad vestibulum carceris, et invenit Almachium puerum pondera catenarum, quibus constrictus erat beatus Anthoninus, sustinens tantem et in quibus poterat adjuvantem. Iratus vero rex statim iussit eum comprehendi et ex alto praecipitari; sed Dominus, qui nullo tempore sanctos suos derelinquit, angelum suum misit et incolumem eum ab omni laesione servavit. Eadem vero hora, negotio cogente, rex Theodericus profectus est in Penthonicam civitatem, et invenit Almachium illaesum et cum magna constantia praedicantem verbum Dei. Ammirans itaque rex et vehementer stupens, iussit eum ad vocari; et blandis sermonibus eum interrogans, requirebat quomodo de praecipitio illaesus evasisset. Puer autem intrepidus referebat quod oratione magis sui beati Anthonini angelus Domini in praecipitio ei affuit et incolumem eum ab omni laesione conservavit. Regi quoque indicavit dicens: *Prope est ut Dominus noster Jesus Christus injurias servi sui Anthonini vindicet et cruciatus ejus in te retorqueat. Ad praelium enim quod imminet exibis, in quo cum exercitu tuo interibis.* Post paucos autem dies, secundum prophetiam beati pueri Almachii, perrexit Theodericus rex ad bellum in Magalonensem insulam contra Pipinum imperatorem: ubi victus et in fugam conversus, cum universi exercitu suo est interemptus. Rex autem Galacius, audito quod Theodericus recum exercitu suo interisset, valde gavisus est; et cupiens videre beatum Anthoninum, perrexit ad civitatem ubi erat in carcere reclusus. Quem eductum fecit sibi praesentari, et blandis sermonibus promissionibusque, minis etiam temptabat a fide Christi revocare et ad culturam idolorum inflectere. Vir autem Domini et miles fortissimus Anthoninus immobilis permanens, et promissione ejus et minas contemnebat. Rex autem paganus, furore repletus et de contemptu dolens, iussit eum cum multis aliis, qui per praedicationem ejus in Domino crediderant, in carcere recludi et verberibus et vinculis fatigari, ita ut sub pondere ferri quasi sub mole viderentur comprimi. Custodes vero carceris, videntes quomodo miles Christi et qui cum eo pro Christi nomine traditi erant in vinculis cotidie sustinebant, etiam et ipsi ex humanitatis compassione flebant et injuste torquebantur.

7. De visitatione ejus in carcere ab angelo. Beatus autem et fortis miles Domini Anthoninus, Spiritu sancto confortatus, suos contemnens cruciatus docebat et ammonerat eos ut idola surda et muta desererent et in Deum vivum et verum crederent, qui habet potestatem corpus et animam mittere in ignem aeternum. Cujus doctrinae ut facilius acquiescerent, angelus Domini affuit et vincula, tam ejus quam eorum qui cum eo tenebantur afflicti, dissolvit. Quo videntes custodes, ad pedes viri Dei ceciderunt, et petentes et orantes ut ab eis baptizarentur, baptizati sunt omnes in nomine sanctae et individuae Trinitatis participantes sacramenta fidei. Quo audito rex contristatus vehementer et furens sine audientia iussit eos capitalem subire sententiam; et statim decollati sunt, in bona confessione persistentes. Post haec autem Galacius iussit ollam sulphure

plumbo impleri et in eam jam bullientem beatum Anthoninum versari : in qua per biduum illaesus permansit. Multi autem paganorum, cum audirent quia servus Dei Anthoninus intrepidus et illaesus in olla ferventi persisteret, festino cursu convolabant ; et videntes eum illaesum, ad pedes ejus procidentes, cum lacrimis orabant ab eo baptizari. Sed et agonista fortis instruens et docens eos de medio ferventis ollae, benedicensque metallum liquefactum sub nimio caloris fervore, quasi aqua frigida aspergebat eos fervente plumbo, et in aspersione natura liquoris plumbi manente sed innocua, baptizabantur in nomine Domini nostri Jesu Christi.

8. **De suscitatione filii viduae.** Cumque innumerabilis multitudo paganorum ad tantum miraculum quasi torrens rapidissimus decurreret, et cujusdam viduae filius unicus in turba compressus fuisset, corrui et fractis membris omnibus exspiravit. Vidua autem mater, audita morte filii sui, accurrit ; tollensque cadaver exanime in brachiis, in vocem prorumpens, lacrimas fundens, crines dissolvens, pectus crebris verberibus contundens, cucurrit ubi beatus Anthoninus de olla illaesus depositus baptizabat et mentes credentium confortabat, et ante pedes ejus corruens deprecabatur dicens : *Redde filium meum, quia prole mortuus est.* Beatus autem Anthoninus, miserae matris et viduae gemitum et lacrimas videns, flevit et coram omnibus in terra positus genibus orationem fudit ad Dominum, dicens : *Domine Jesu Christe, qui de caelo descendisti et mundo in morte jacenti misericorditer subvenisti, qui Lazarum quatri-duo sepultum jam foetentem de monumento vocasti et filium viduae extra portam jam positum de feretro resuscitasti, refunde, quaeso, intra viscera hujus pueri animam, ut discant omnes astantes quia tu es verus Deus et gloriosus in saecula saeculorum.* Qua oratione finita, statim surrexit puer sanus et incolumis, glorificans et laudans Deum et clara voce dicens : *Vidi Dominum Jesum Christum jubentem angelis et dicentem : Propter servum meum Anthoninum restituatur anima pueri hujus in corpus ejus.* Tunc pagani exclamaverunt voce magna dicentes : *Verus est Deus quem praedicat Anthoninus.* Eadem hora pelebant omnes ut baptizarentur : et baptizati sunt in nomine Domini nostri Jesu Christi, credentes et peccata sua confitentes. Haec autem videns rex Galacius, jussit venire sapientes et templorum pontifices, ut servo Dei beato Anthonino exprobrarent et fidei christianae insultarent. Qui convenientes ad virum Dei, prius conabantur eum terroribus et blanditiis ad cultum idolorum revocare. Sed athleta fortis, proposito fidei immobiliter adhaerens, asserebat se christianum esse, Deo vivo et vero solummodo promittebat cultum se exhibere, et idola manufacta, quae nihil prosunt immo obsunt colentibus, docebat respuenda esse. Sed dum contra haec verba ejus infideles obstreperent, qui inter pontifices idolorum videbatur dignitate praeminere, arreptus a daemone, in medio foro cecidit et quasi immobilis stipes permansit. Quod cum videret rex Galacius, nimium turbatus et plenus furore, jussit lapidem molarem ad colum beatum Anthonini ligari et in Garonam flumen immergi ; sed sub divinae pro-

tectione virtutis mola eum per quatuor dies super aquam deferebat, sicut naves solet deferre sarcinas. Quo viso, ministri qui eum in flumen praecipitaverunt ammirantes et vehementer conterriti pro tanto miraculo, miserunt se ad aquam ut ab eo baptizarentur, et baptizati sunt in eodem loco. Multi etiam alii per ammonitionem ejus, viso tanto miraculo, relinquentes culturam idolorum, baptizati sunt, confitentes Dei Filium Jesum Christum. Post haec autem a fidelibus christianis de mandato regis Galacii liberatus, cum multa loca praedicando peragisset vir Dei Anthoninus, jam ad imminens sibi sponte properans coronam, cum gaudio reversus est Appamiam. Ubi invento Almachio puero patricii filio, narravit ei quanta passus esset et quomodo manus impiorum vix evasisset; et miserunt simul in loco ubi erat fons qui vocatur Orientalis, ibi Domino servient in vigiliis, jejuniis et orationibus et ceteris bonis operibus.

9. De transitu ejus per martyrrium. Cum itaque quadam die Methopix rex ad venandum exiret, a venatoribus inventi sunt orationi insistentes; quorum delationibus apud regem innotuerunt. Eadem vero nocte apparuit angelus Domini cuidam presbytero, Johanni nomine, non longe manenti, dicens: *Surge et vac ad locum ubi est Fons Orientalis. Ibi enim moratur in eremo servus Domini Anthoninus et Almachius puer discipulus ejus: cum quibus coronam martyrii assequi meruisti.* Cum itaque evigilasset, sine cunctatione perrexit ad locum secundum angelicam ammonitionem, et invenit beatum Anthoninum cum Almachio puero, et narravit eis qualiter per angelicam jussionem eos veniret, ut cum eis ad triumphum martyrii pertingeret. Cum ergo genibus flexis simul orassent, beatus Anthoninus praedixit eis suum, quod divinitus agnoverat, martyrrium imminere. Nam cum dies sollemnitatis christianae religionis ageretur, essetque in eadem festivitate christianis devota voluntas ut loca sacra in sanctorum consecrata honore orando visitarent, beatus Anthoninus cum Johanne presbytero et Almachio puero ad orandum pergens, aliquantisper longius iturum se causa orationis innotuit, atque se inde minime reversurum, se impiorum manibus gladio feriendum crudeliter esse praedixit. Nec mora, vis sanctus cum sociis suis iter arripiens, lictores regis, qui sibi insidias paraverant appropinquare sentiens, sicut athleta Christi fortis et intrepidus, ad martyrii periculi venire desiderans, ultro cum sociis suis, Johanne videlicet et Almachio illis se obtulit. A quibus tenti et verberibus caesi, ducti sunt ante conspectum Metropoli regis. Rex autem videns eos, dixit: *Vos estis qui regna terrarum seducitis et populum ad novum ritum legis et inauditum cultum convertentes, regis jussa contemnitis?* Beatus autem Anthoninus respondit: *Non seductores non sumus, sed docemus ut cultura superstitiosa idolorum quae muta sunt et surda relinquatur et in Deo vero qui cuncta de nihilo creavit credatur.* Cum itaque videret rex eos nullo modo a proposito suo posse revocari, jussit eos adduci ad ripam Arregiae fluminis, ad radicem Appamiarum decurrentis, et ut rebelles et regis jussionibus inoboedientes gladio feriri. Ductus ergo athleta Christi Anthoninus juxta ripam Arregiae fluminis, ita est gladio in

* sic.

5
 10
 15
 20
 25
 30

piorum trucidatus ut cum capite brachium dextrum ictibus ferientis amputaretur, et sic pretiosum in Christo complevit martyrium. Almachius vero et Johannes presbyter, decurrentes et in confessione Domini permanentes fideliter, pro fide Christi capite truncati sunt. Impiissima vero et pagana Methopii regis neptis Effrasia satellitesque ipsius regis beati viri Anthonini capitis abscissionem non arbitrati sunt plenum vindictae iudicium sibi posse sufficere, nisi forte eum ex toto perderent; et ne a christianis inventus veneraretur ut martyr, elegerunt tetris in undantis fluvii gurgitibus in fundisque sancta et pretiosa praecipitare gloriosi martyris Anthonini membra. Quapropter totum corpus crudeliter discerptum simul cum absciso capite demerserunt in flumine. Sed ut divina pietas istorum conatum in nihilum redigeret et martyrum suorum injurias vindicaret, flumen Arregiae, quasi tantum facinus abhorrens, solitum alveum deseruit, et ad cognoscendum Dei famulum creatori suo oboediens in Appamiam ita cursum direxit, pernitus ut impetu suo montem fere totum cum castro dirueret et ad requirenda beati martyris membra fidelibus populis viam congruam praepararet. Hoc autem ad laudem et gloriam nominis sui propter militem suum Anthoninum operatus est omnipotens Deus, antiquum renovans miraculum, quando populum suum eductum de Aegypto siccis pedibus transire fecit mare rubrum et, Jordane flumine hinc et inde diviso, quasi per aridam terrae viam introduxit in desiderabile repromissum sibi regnum. Sustinuit etenim Anthoninus pro Christo tribulationem passionis et introire meruit in hereditatem aeternae retributionis. Pertulit Anthoninus ut pro Christo capite plecteretur et obtinere meruit ut capiti suo, id est Christo, in aeternum cum ipso regnaturus conjungeretur. Hoc tanto ac tali miraculo, quod usque in hodiernum diem apparet, comoniti qui ad fidem Christi per praedicationem beati martyris venerant, corpus ejus cum magna devotione quaesierunt, sed sine capite repertum digna veneratione susceperunt et cum corporibus martyrum Johannis presbyteri et Almachii pueri, qui cum ipso passi sunt, sepulturae tradiderunt, praestante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria cum Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

Explicit.

CXVI. Codex signatus num. 2554.

Olim Colbertinus 2824, deinde Regius C. 4089. 3. 3. A.

Foliorum 150, med. (0^m,31×0,23), columnis binis, exaratus saec. XV.

Vita S. Malachiae Hiberniensis episcopi (fol. 128^r-150^r).

Auctore S. Bernardo, ed. P. L., tom. CLXXXII, p. 1073-1118.

CXVII. Codex signatus num. 2569.

Olim Colbertinus 2476, deinde Regius C. 4092. 1.

Foliorum 239, med. (0^m,27×0,18), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1^o Vita sancti Malachiae episcopi (fol. 52^r-63^r).

Auctore S. Bernardo, ed. P. L., tom. CLXXXII, p. 1073-1118.

2^o Sermo in transitu ejusdem Malachiae (fol. 63^r-6

Auctore eodem, ed. P. L., tom. CLXXXIII, p. 481-86.

3^o Item sermo de eodem (fol. 64^r-65^r).

Ed. *ibid.*, p. 486-90.

CXVIII. Codex signatus num. 2572.

Olim *Celestinorum de Marcoussiaco* 28 (fol. ult.), deinde Thuaneus, de Colbertinus 1038, postea Regius C. 5820. 5.

Foliorum 308, med. (0^m,56×0,27), columnis binis, exaratus saec. XIII.

Vita beati Hilarionis monachi (fol. 173^r-180^v).

Auctore S. Hieronymo, ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Oct., tom. IX, p. 43-58. 1
ultima sententia (*Et tamen in utrisque locis...*)

CXIX. Codex signatus num. 2574.

Olim *Liber sancte Marie de* [Noa], deinde Colbertinus 1073, postea C. 4088.

Foliorum 167, med. (0^m,20×0,195), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

1^o [Epitaphium S. Bernardi] (fol. 1^r).

Sex versus priores epitaphii *Clare sunt valles*, ed. *Cat. Brux.*, tom. quos sequitur haec nota : *Haec sancta verba beatus Bernardus advocatis fratribus ante recessus sui diem dixit : Quia non ar magna vobis religionis exempla relinquere, tria vobis imita mendo, quae in stadio quo cucurri me pro possibilitate me observasse. Minus sensui meo quam allerius credidi ; laesus i vindictam non expetivi ; nemini scandalum facere volui, e incidit, sedavi ut potui. Ecce quam breviter, quam luculent famulis humilitatem, patientiam caritateinque discipuloru*

inserere nitebatur, imitanda proponens non tam verbo et lingua quam opere et veritate.

2° [Litterae apostolicae Alexandri III S. P. tum ad omnes abbates Cistercienses, tum ad abbatem et conventum Claraevallensis de celebrando festo S. Bernardi] (fol. 2^r-3^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Aug., tom. IV, p. 245, n. 668-672.

3° Vita sancti Bernardi Claraevallensis abbatis (fol. 3^r-93^v).

Vita a diversis auctoribus scripta libris quinque, ed. *ibid.*, p. 236-327 (num. 270). Index capitulorum totus in capite Vitae descriptus est, non eodem tenore quo conceptus est in Vita edita. — Vitam sequuntur (fol. 93^v-105^r et 105^r-104^r) duo sermones paraeneticus, quorum posterior ex ipsa inscriptione indicatur esse *novus ex veteri a sancto Hilario Arelatensi episcopo de beato Honorato olim editus, detractis aliquantibus ad beati patris nostri memoriam, cum offerre ipse se videretur, assumptus.*

CXX. Codex signatus num. 2621.

Olim Mazarineus, deinde Regius C. 6347.

Partim membranaceus (fol. 1-13 et fol. 84-92), chartaceus partim (fol. 16-85), **omnino** foliorum 92, min. (0^m,225 × circiter 0,145 in parte membranacea), lineis **plenis**, exaratus saec. XII, pars chartacea vero saec. XV.

1° Vita sancti Hilarii episcopi (fol. 5^r-9^v).

Vitae auctore Fortunato lib. I (sine prologo et conclusione), ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Jan., tom. I, p. 790-93, num. 3-19.

2° [Miracula duo S. Hilarii] (fol. 9^v-11^r).

Miraculum editum *Cat. Bruw.*, tom. I, p. 157-58 et alterum editum *Anat. Boll.*, tom. VIII, p. 187, n. VIII.

3° Miracula sancti Eadmundi regis et martyris orientalium Anglorum (fol. 84^r-92^v).

Ed. ex hoc codice ap. Martene, *Ampliss. Coll.*, tom. VI, p. 821-51.

CXXI. Codex signatus num. 2627.

Olim Moissiacensis, deinde Colbertinus 1297, postea Regius C. 3976. 2.

Foliorum 225 (quorum deficiunt folia 17 et 53-81), min. (0^m, 245×0,17), lineis plenis, exaratus diversis manibus seu potius constans ex diversis codicibus exaratis saec. X (fol. 148-163), saec. XI (fol. 18^v-100^r, 164-187), saec. XIII (fol. 110^v-117) et saec. XII (reliqua).

1^o Vita sancti Ansberti episcopi Rotomagensis (fol. 17^v).

Admodum presso et simplici sermone conscripta, omnia tamen referens quae continentur in prolixioribus Vitis (ed. *Act. SS.*, tom. II Febr., p. 347 et *Anal. Bolland.*, tom. I, p. 179). Vid. infra Append.

2^o [Vita sancti Odilonis abbatis Cluniacensis] (fol. 18^v-53^r).

Auctore Iotsaldo, ed. P. L., tom. CXLII, p. 807-940.

3^o Planctus ejusdem monachi [Iotsaldi] de transitu domni Odilonis (fol. 53^v-56^r).

Ed. ap. Marrier-Duchesne, *Bibl. Cluniac.*, p. 329-32. In codice praeterea leguntur in fine hi versus :

*Andream socium vitae mortisque fidelem
Commenda Domino. Bernardi care, memento,*

(sequitur versus erasus)

*Nutritosque simul cunctos solita pietate
Consocia caelo, refovebas quos miserando.*

4^o [Carmina alia de S. Odilone] (fol. 156^r-156^v).

Vid. infra Append.

5^o Vita sancti ac beatissimi Amandi episcopi et confessoris (fol. 82^r-91^v).

Auctore Baudemundo, ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Febr., tom. I, p. 848-54.

6^o [Milonis additio ad Vitam S. Amandi] (fol. 92^r-96^r). —

Ed. P. L., tom. CXXI, p. 967-70.

7^o Titulus de obitu beati Amandi episcopi et confessoris (fol. 96^r-96^v).

Ed. *ibid.*, p. 970 extr.

8^o Argumentum quo tempore beatus Christi confessor Amandus natus vel defunctus sit (fol. 96^v-98^r).

Ed. *ibid.*, p. 971-74.

9^o Sermo legendus in transitu sancti Amandi (fol. 98^r-109^r).

Inc. Quia ad anniversariam ac sacrosanctam sollemnitatem beatissimi patris Amandi, fratres dilectissimi, religioso devotionis studio concenistis...

Concio pia, nihil continens quod ad historiam S. Amandi ejusve cultus illustrandam juvare queat.

10° Passio sancti Leodegarii episcopi et martyris, quod est vi nonas octobris (fol. 110^r-115^r).

Auctore Ursino, ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Oct., tom. I, p. 483-90. Deest prologus.

11° Sermo in translatione sancti Benedicti (fol. 115^r-117^v).

De quo idem dicendum quod paulo superius de sermone in transitu sancti Amandi (9°).

12° Vita beatissimi Nicolai episcopi et confessoris (fol. 118^r-129^v).

Scilicet a) Vita ex B. Methodio per Joannem Diaconum latine reddita, ut edita est ap. Nic. Carminium Falconium, *S. Nicolai Acta primigenia*, p. 112 sqq., capp. 1-11. Deinde b) pro capp. 12 et 13 in codice leguntur ea quae de eadem re narrantur in Actis editis a Mombrtio, quorum clausulam etiam secundum duos codices Vaticanos recitavit Falconius p. 120, *Admon.* Sequuntur c) capp. 14 et 15 ut leguntur apud Falconium ibidem, suppressis capp. 14, 15, 16, 17 et 17^{bis} (ibid. p. 122) ac denique d) concluditur Vita cap. 18 (p. 123-24).

13° Miracula sancti Nicolai (fol. 129^v-133^r).

Nihil aliud hic traditur quam compendium totius Vitae ex B. Methodio a Joanne Diacono conscriptae, prout edita est apud Nic. Carminium Falconium, p. 112-26.

14° Vita sancti Ansberti antistitis [Rotomagensis] (fol. 134^r-147^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 9 Febr., tom. II, p. 547-56.

15° [Sermōnes duo de S. Aredio abbate Atanensi] (fol. 148^r-152^r et 152^r-157^v).

De his idem dicendum quod supra de sermone in transitu S. Amandi (9°).

16° [Additio ad Vitam S. Aredii] (fol. 157^v-160^r).

Post satis prolixum prologum, quem legis infra in Appendice ad descriptionem hujus codicis, sequuntur Gregorii Turonensis libri I *De gloria martyrum* caput 37 (*Fons erat irriguus...*) et capitis 41 pars ultima (*Sed nec illud silendum putavi...*)

17° [Vita S^{ae} Pelagiae matris S. Aredii] (fol. 160^r-163^r).

Manifeste confecta ex iis quae de parentibus S. Aredii referuntur in Gregorii Turonensis *Hist. Franc.*, lib. x, cap. 20, et in Vita S. Aredii eidem perperam

attributa, cap. 2, atque de morte Pelagiae in libro *De gloria confessorum*, cap. 104, prolixis intertextis elogiis generalibus virtutum ejusdem sanctae.

18° Vita S. Bibiani [seu Viviani] episcopi [Santonensis] (fol. 164^r-175^v).

Ed. ap. Martene, *Ampl. Coll.*, tom. VI, p. 757-76.

19° [Ejusdem miracula post mortem] (fol. 175^v-185^v).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. VIII, p. 237 sqq.

20° [Carmen in ejusdem laudem] (fol. 186^r-187^r).

Versus quadraginta octo in strophas duodecim divisi et fere generalia elogia continens.

Inc. *Virtutum quia clarifico splendore micabat
Ceu phoebi lampas castra supra radians...*

21° Vita beati Oriencii pontificis [Ausciensis] (fol. 188^r-194^v).

Hanc Vitam, a verboso quodam et satis imperito scriptore concinnatam, recentiore arbitramur Vita prima edita *Act. SS.*, ad d. 1 Maii, tom. I, p. 61-62, sed certe antiquiorem secunda (ed. *ibid.*, p. 62-63). Quaedam refert quae in neutra illarum leguntur. Itaque eam hic vulgare visum est. Vid. infra Append.

22° Ejusdem miracula (fol. 194^v-195^v).

Inedita, praeter primum, quod paucioribus verbis legitur in Vita prima modo memorata (tom. cit., p. 62, n. 6). Vid. infra Append.

23° Vita sancti Eugenii episcopi et confessoris, qui obiit in vico Viancio VIII idus septembris (fol. 196^r-198^r).

Ex Gregorii Turonensis *Hist. Franc.*, lib. II, proem. et capp. 3, 4, adjecta particeps 58 libri I *de Gloria Martyrum* (ad cujus festivitatem cum tempore quodam.... usque ad *Et haec dicens, a loco secessit*) et nonnullis oratoriis sententiis.

Appendix ad cod. 2627.

VITA S. ANSBERTI (Cfr. supra, p. 142, 1°).

Vita sancti Ansberti episcopi.

Tempore Clotarii regis beatus Ansbertus patre Siguino pago Velioecassino in juventute sacris litteris eruditur. Siguinus pater ejus voluit filio suo Ansberto

puellam quandam, Angadrisinam nomine, filiam cujusdam nobilis Rotberti, copulare. Ansbertus autem et Angadrisina semper proposuerant angelicam sibi virginitatem. Angadrisina oravit Dominum ut facies ejus deturparetur. Oratione facta, facies ejus ita exulcerata apparuit quod leprosa videretur. Parentes autem Ansberti et Angadrisinae, comperta voluntate et proposito eorundem, facto divortio, puellam a beato Aodoeno Rothomagensi episcopo consecrari fecerunt, et mox eidem restituitur pristina pulchritudo. Illo tempore autem monasterium quoddam intra urbem Belloacum Angadrisina gubernavit; Ansbertus vero cancellarius regis efficitur. Tandem a beato Gandregisilo, abbate monasterii Fontanellae in territorio Rothomagensi, Ansbertus monachus efficitur. Quadam die dum beatus Ansbertus cum aliis fratribus in vinea quam beatus Gandregisilus abbas Fontanellae plantaverat operaretur, Teudericus venando per locum ipsum transiens, sciens sanctitatem sancti Ansberti, locutus est ei. Ansbertus vero post multa alia bona denunciavit eidem Teuderico ipsum esse futurum regem Francorum. Quod ut hic crederet, dedit ei pro signo quod locus ipse in quo tunc ambo erant, qui tritus erat et in hiemali tempore, viridem herbam ipso die produxit: unde locus ipse adhuc viridior est reliquis agri partibus. Illo tempore beatus Ansbertus abbas Fontanellae unanimiter efficitur, et multis bonis et praediis ob reverentiam ejus a nobilibus collatis ditavit. Tandem precibus beati Desiderii Caturcensis episcopi familiaris sui et genere affinis, monasterium Moysiaceense in episcopatu Caturcensi, jussu regum Francorum prius constructum, cum magna multitudine monachorum, strenue gubernavit, et pluribus bonis ex collatione nobilium sibi datis locum ipsum ditavit, ac claustrum competens ibi fecit. Praefecit autem eis ex suis beatum Leochadium in abbatem. Defuncto beato Aodoeno Rothomagensi episcopo, ad petitionem civium Rothomagensium et communi voto sanctorum pontificum, sacerdotum, Theuderici regis et aliorum principum qui ob hoc in regis palatio convenerant, beatus Ansbertus, licet invitatus et coactus, Rothomagensis episcopus consecratur, populumque suum quandiu vixit... cibo refecit duplici abundanter et multa adversa et prospera eis praedixit. Cum autem inter principes Francorum saeva esset exorta discordia ob multiformem regni divisionem, quidam perversi apud Pipinum principem beatum Ansbertum accusaverunt falso: qui misit eum in exilium ad monasterium Altimontis. Abbas vero ejusdem loci reconciliavit sanctum Ansbertum principi Pipino, et licentiam obtinuit resumendi episcopatum. Sanctus Ansbertus divina revelatione praevidens obitum suum, impetravit a dicto principe quod ossa sua portarentur ad Fontanellae monasterium, et vobis idus februarii quievit in pace. Ante sepulcrum ejus lampas indeficienter ardens non solum absque diminutione, immo etiam oleum redundabat. Invenierunt etiam in poplitibus genuum et cubitis brachiorum cutem obduratam ob prolixam precum instantiam, et in brachiis ejus signum dominicae crucis rosei coloris. Post paucos dies cives Rothomagenses et monachi monasterii Fontanellae arripuerunt iter pro eundo ad monasterium Fontanellae cum corpore sancto. Cumque venissent ad villam quae dicitur Sollempnium, quaedam mulier paraly-

(a. s. v.)
lectio
dubia.

lectio
dubia.
vox deleta.

tica incedere non valens, quasi mortua, ipsa nocte juxta feretrum sancti Ansberti orans permissa est morari : quae mane facto incolumis est inventa. Cum autem, eo quod denominata loca haberent per quae deberent transire, ad quendam locum vellent ire, corpus sanctum movere nullatenus potuerunt, pluribus etiam solito hominibus ad portandum adjunctis, donec ad alium locum congruum divert- 5 runt. In villa vero quae Fraxinidum dicitur, quaedam mulier a spiritu immundo vexata erat, quae a propinquis tenebatur catenata. Quae tangens pallium quo tegebatur gestatorium, statim evomuit inimicum. Tandem ad monasterium Fontanellae venerunt, et ibidem honorifice corpus sancti Ansberti juxta corpus sancti patris Gandregisili sepelierunt, anno Domini sexcentesimo nonagesimo quinto, 10 quinto idus martii.

CARMINA DE S. ODILONE CLUNIACENSI (Cfr. supra, p. 142, 4°).

Ad villam Silviniacam.

Silviniaca, tuas cogor nunc reddere causas ;
 Incipiam laudes, Silviniaca, tuas.
 Gaudia magna capis, geminis suffulta columnis, 15
 Inclita christicolis gaudia magna capis.
 Maenia namque tua Maiolus condidit ampla,
 Multiplicans opibus maenia namque tua.
 Odilo post veniens eadem studiosus adornat.
 Ampliat et renovat Odilo post veniens. 20
 Coetibus consociat, cum sors extrema propinquat,
 Mors ubi dissociat, se tibi consociat.
 Odilo dum moritur, non parva trophaea resumis,
 Accumulatur honos Odilo dum moritur.
 Perstrepe, plaude satis, tantis decorata triumphis, 25
 His ornata viris perstrepe, plaude satis.
 Psallite vos, monachi, sanctorum funere dari
 Aurea vasa Dei, psallite vos, monachi.
 Plaudite vos, populi, tantos meruisse patronos,
 Vocibus omnigenis plaudite vos, populi. 30
 Caelitus hic veniat Domini benedicta potestas,
 Sanctificansque manus caelitus huc veniat.
 Gloria magna Patri maneat, Genitoque tonanti.
 Sit laus Spiritui, gloria magna Patri.
Epytadium.
 Heu, quam confusum reddit sors ultima planctum :
 Maxima lux orbis hic jacet exanimis.
 Odilo vir sanctus, monachorum signifer almus,
 Nobilior caelo, clauditur hoc tumulo.

Nascitur in mundo processu sanguinis alto,
 Arvernusque rosam mittit odoriferam.
 Caelitus attactum Maiolus hinc rapit illum,
 Descendensque suis implicat officiis.
 Quos ibi quam plures collegit commilitones
 Sub signo fidei, plenus amore Dei,
 Accubuit verus dum circumciditur agnus.

Ritmus de eodem patre.

Ad te namque, mi dilecte,
 nunc, Almane clarissime,
 cogor planctum describere
 qui te pungat assidue.

Te Andream consaluto
 et hoc carmen vobis mitto,
 quos agnovi prae omnibus
 his mulceri doloribus.

Eia, fratres, convenite,
 alternatim et lugete
 Odilonem mundo raptum,
 magnum pignus et proprium.

Verba sonent lacrimosa,
 alta plangent suspiria,
 lugubres sint anhelitus
 atque profundi gemitus.

Solis splendor obscuratur,
 lunae pallor variatur,
 astrorum fragor murmurat.
 et caeli cardo titubat.

Terra * mare commoventur
 dum a carne separatur
 Odilo, spes laetitiae,
 magnum decus et gloriae.

Cujus cara * pulchritudo,
 cujus ampla magnitudo,
 intellectum exsuperat,
 sermonem[que] debilitat.

Heu quam gravis condicio,
 heu quam maesta corruptio !
 brevis vitae jucunditas
 quid nisi fallax vanitas ?

Cum speratur pleno cornu
 possideri diutius,
 evanescit celerius
 et decipit crudelius.

O virorum dulcissime,
 pater patrum sanctissime,
 jam in magn[a tu] requie
 vivas supremo lumine.

Vultus ipse mansuetus
 corporisque status * gratus ;
 tuis omnes suavibus
 rapiebas affectibus.

Hujus mundi te potentes,
 reges, duces et praesules,
 et divites et nobiles,
 coluerunt et pauperes.

Quis non vellet Odilonis
 perfrui beneficiis ?
 cujus vultum expetiit
 quisquis adire potuit.

O quam sermo tuus dulcis,
 o quam rectus, blandus, lenis !
 hinc terrebas malivolos,
 hinc et m[u]lcebas benignos.

* *lectio
 dubia.*

* *cod.
 Terram.*

* *lectio
 dubia.*

Firmos corde retinebas
 hos subjectos quos habebas :
 nullum tibi ab animo
 rapuerat oblivio.

Te denique meliores
 cunctos esse referebas :
 major eras imperio,
 inferior obsequio.

* *cod.*
anima.

Hunc tu fratrem nominabas,
 illum patrem praedicabas ;
 universis adgaudebas,
 [agnus velut] * procedebas.

* *voces fere*
deletae.

Tamquam pater diligebas,
 tamquam mater refovebas ;
 cum tristibus tristabaris
 et cum laetis laetabaris.

* *lectio*
dubia.

Et quid dignum de te loquar,
 cui Christus vita erat,
 cui mundus sorduerat
 et spes fixa caelo stabat ?

Vita tibi fastidium,
 mors erat desiderium :
 numquam tuus hic animus
 requiescebat penitus.

Ave pater egregie,
 meae quaedam pars animae :
 nunc me tecum occumbere
 satius est quam vivere.

Quisnam ut tu me diliget ?
 quis me dignum efficiet
 tuis sterna cineribus
 et relevari precibus ?

Jam animam * salutamus,
 corpus terrae commendamus,
 resumpturum tunc spiritum
 cum venerit iudicium.

Tunc cum justis relucebis
 et festivus apparebis,
 ut sol fulgens persplendidus,
 tenebris spretis omnibus.

Bono * vultu contemplare
 tuum gregem et agnosce ;
 affer Christo familias
 quas adquisisti plurimas.

Illi te praevium ducem
 sequi possint et rectorem ;
 tu cum ipsis jucunderis
 sanctorum contuberniis.

Jam en, rex potentissime,
 mortuorum iudex pie,
 nobis fructum laetitiae
 illi palmam da gloriae.

Amen.

PROLOGUS AD MIRACULA S. AREDII (Cfr. supra, p. 143, 16°).

Licet beatissimi confessoris Christi Aredii praeclara virtutum prodigia multiplici numerositate in illo volumine, quod de ejus vita ac miraculis scribitur, altius in multo aggere emineant, sunt tamen aliqua non minori laude digna, quae per diversorum doctorum luculentissima exercitia aeternae memoriae a

diligentissimis lectoribus reperiuntur mandata. Ut enim immensi solis universi radii unius in domus ergastulo, cum sint infiniti et nullo numero concludendi, [non] possunt comprehendi, ita sanctissimi patroni Aredii mira et ineffabilia miracula, diffusa per orbis climata, prodigialiter acta, unius officio doctoris impos-
 5 sibile est ad plenum intra unius voluminis perscriptum coartari. Unde Domino favente actum credimus ut ubi unius deficit scribendi labor, ne virtus caelitus per tanti viri merita mundo edita futurae posteritati oblitteraretur, alius cujusque probatissimae sanctitatis paedagogi artificioso studio luculentissime venustaretur. Denique processu temporum plerumque per innumera copiosorum doctorum
 10 opuscula operam facientibus impraevis ad manum obvium venit quod per exacta dierum curricula sub ignorantiae clauso sigillo nescitum latuit. Quorsum vero haec? Hactenus* hujus rei probatur eventu, dum nuper supradicti Gregorii libellum qui *de miraculis* titulo inscribitur revolveremus, inter cetera de beati Aredii virtutibus dulci relatu sparsim insita duo me invenisse contigit quae prae-
 15 misso addenda dignum ducimus operi. Ex quorum inventione non mihi parva admiratio animum percussit, quomodo evenerit ea sacrae vitae et virtutum historiam officio calami digerentem tamquam inaudita ac remotioribus locis patrata praeterisse, cum eisdem in vicinis propinquitatibus ab eodem saepe dicto pontifice narrantur ad laudem et gloriam cunctipotentis Dei per hunc sanctissimum
 20 abbatem mirabiliter incolis attributa. Quae quia pro dignitate facti a tanto pontifice intra sacrorum mirabilium gloriosos triumphos in signum magnificae virtutis locata vidimus, ne his quibus pro magno beneficio collata fuerunt ignota nesciantur, ad laudem et honorem summi patroni Aredii ad notitiam fidelium suorum huic paginae inserere curavimus. Quae res ad hujus tituli summam narrationis
 25 ducit exordium. Fons erat irriguus.....

* ita cod.;
 leg.
 quatenus.

VITA ET MIRACULA S. ORIENTII (Cfr. supra, p. 144, 21° et 22°).

In nomine Domini incipit prologus in vita beati Orientii pontificis,
 quod est kal. maii.

1. Si multorum intentio quondam in hoc fuisse probatur, ut opinatissimorum
 30 virorum actus et gesta suis relinquerentur aemulatoribus scripta, licet nulli profutura, quippe cum velut fumus vacuas per auras evanescentia suisque cum auctoribus perpetua oblivioni conferenda, oportet igitur nos eorum obsequiis diligentius insistere quos in perpetuas aeternitates non latet gloriose permansuros una cum Christo fulgere, cum etiam quicquid ex eorum gestis nos constat vera-
 35 citer agnoscere, nullis invidentia comite, scire tamen cupientibus abdicare*, ne forte quis ignorantia languescens agnitione careat, cui sanctorum nobiscum fidem adhibere debeat. Hac ergo ducti praesumptione, cogimur vitam miraculorumque gesta clarissimi pontificis Orientii stilo partim contingere, cum etiam constet prae-
 40 sentibus posterisque mandari*, quo scilicet queant propheta jubente Dominum

* *supple*
 nefas sit?

* *cod.*
 mandare.

in electi sui magnificentiis extollere, quem liquido patet de virtute semper virtutem properare Deumque deorum in Sion inexplicabiliter videre : alioque tam mira gestorum tamque diversa non aliter quam frustra viderentur conscripsi. Quibus itaque in legendis, tantum postposita scriptoris inertia, facillime reperitur nihil lectori cedendum unde penitus in nos moveatur, magis etiam unde legendi fastidium relevetur et in legendo percepta menti validius imprimantur. nisi forte sectandus beati Oriencii pontificis honor et virtus ab legentis amfunditus relegatur; praesertim cum libeat impudentiam nostrae temeritatis publicari, ne lateat cuius honestatis actio debeat imitari. Praeterea qualiter verborum pectoris agantur interna perpendit arbiter cunctorum praescius, quo nostri soli miserante...

* *cod.*
imprimatur.

* *nonnulla*
hic desunt.

Explicit prologus. Incipit vita ejusdem.

2. Beatus igitur Oriencius occiduarum partium incola fuit; sed postquam deposito mundanae ludicritatis squalore Deo se totum subdidit, Ausciorum urbis episcopus extitit. Progenitores vero ejus non utcumque nostra dantur notitia, propter diuturna praeteritorum videlicet temporum spatia, vel, quod verum est, instante vitanda scriptoris inopia, quae illis in partibus nimis invenitur, non cum ea nimirum quae [in] suis venerabilibus sanctis a Deo sunt patrata nullis librorum paginis habentur legendi gratia digesta, quo pacto dum illis debet honor et veneratio subtrahitur, nec civibus prout expedit necessaria sanctorum prece largiuntur. Sed sanctus Oriencius qualis quantusve in saeculari suis dignitate nullius est facultatis evolvere; magnificentiam tantum et honestat vitae ejus in Christo, quantum a Deo nobis innuitur, non nos pigeat explicare. Cui decus suae cujusdam nobilitatis et praecelsae dignitas magnitudinis nihil gloriae meritum obstitit, cum donum sancti Spiritus mundiali renuntiatione commutavit. Est namque talis quorundam assertio quod eum ita divina repleverit mentia ut in terris miraculorum diversa per eum fierent signa, impetrante causa a Deo quaeque votorum exoptata. Quapropter igitur cum fama virtutis ejus longe lateque pervolaret, confluebant quam plurimi diversis ex regionibus, cupientes ab eo monita percipere salutis, in subveniendo etiam tam corporum quam animarum diversis infirmitatibus. Quod ille animadvertens, coepit metuere ne forte pro concessa sibi a Deo virtutum gratia videretur diaboli laqueos, favore peccatorum et adulatione deceptus, incurrere. Proinde quidem diligentius atque sobrius excogitans qualiter tumultuosos hominum occursus posset omnino vitare, sese totum secreto suae mentis impendere, Deum toto nisu conabatur exorari, quietis sibi locum eo favente posset invenire: *Quis, inquit, mihi penitus dabit sicut columbae, quatinus ab his procellosis saeculi fluctibus a se lans valeam competenter requiescere?* Unde procul dubio sciendum est necdum talia vir sanctus sibi tribui devote exposceret, nisi etiam ut adulantis laudes, ita stultorum quoque fabulationes formidaret, cum utique scriptum est: *Corrumpunt mores bonos colloquia mala*; quippe quia dum saepe ve

* *cod.*
explicaret.

carualium importane se nostris auribus ingerunt, tentationis bellum in corde callide gignunt, et quamvis haec et ratio respuat et lingua reprehendat, vix tamen cum labore ab intimo cordis expellitur quod exterius quadam cum auctoritate auditur. Unde necesse erat ut nil ad aures viri Dei veniret quod cordi ejus bellum **3** perversae cogitationis ingereret, praesertim cum Spiritus sanctus, qui disciplinae effugiet fictum, aufert semet a cogitationibus quae sunt sine intellectu, et corripietur a superveniente iniquitate. Sed quia benignus est idem ipse Spiritus sapientiae, noluit servum suum a suo desiderio defraudare, magis etiam dignatus est illud pro votis ejus adimplere.

10 **3.** In ea denique provincia quae proprie Beorra (1) dicitur, inest quidam locus, et ipse quidem de nomine vallis Caprasia (2) nuncupatur: qui etiam reducto paululum ambitu Alpium (3) ad sidera verticem tollentium circumseptus, nulli unquam fuerat pervius, ideoque tantum animo cupienti se acceptior quanto secretior et a mortalium accessu quoque remotior. Hunc autem Christi confessor **15** Oriencius libenter adiit, ibique in devexo montis latere oratorium sibi statuit. Molendinum etiam in rivulo Isaurio (4), qui pro foribus oratorii praeterfluit, dissimili aliorum qualitate nihilominus construere studuit; quoniam cum aliorum utraeque molarum ferrumque in invicem sese perfricantes a suo priori statu deficiant et a[d] nihilum in molendo quandoque redigantur, iste usque hodie **perfricantes.** **20** immutabiliter persistere probatur in eodem principii sui statu, quamvis etiam id ipsum contra morem exigi videatur. Quod ergo si quis diligenter inspiciat, facile colligitur quanti meriti vir sanctus apud immensum largitorem habeatur, **25** cujus opus tot etiam saeculis usu cotidiano peractis nullos immutandi minue-
30 **3** **videtur,** nisi experimento ad praesens saepius probaretur. Cujuslibet enim assertio est quod nullo cogente persistat saepius in sua naturali quidem immobilitate, verumtamen quicquid impositum molendi expleto fuerit opere; plurimum etiam id ipsum in sabbati die fieri semper celebre, ut hora diei quoquo nona **coeperit adesse.** Attamen non mirum videtur, si ad indagandam et memoriae **30** **reparandam** famuli sui sanctitudinem Christus quid tale miraculum operetur, cum ille tunc fidei fundatus immobili firmitate, praeceptorum ejus inventus est **non** immemor, sed magis etiam idoneus et fortissimus executor. Unde scriptum est: *Qui glorificant me, non erunt ignobiles, quia non immerito sunt a me gloriosi et honorabiles.* Hinc etiam psalmographus ita: *Et justitia,*

(1) Seu *Bigorra*, in Vasconia. — (2) In instrumento medii saeculi XIV, quo possessiones coenobii Sancti Orientii de Reulla recensentur, indicatur etiam *vinea in valle Caprina* sita (*Gall. Christ.*, tom. 1, p. 197. 1. B). Hanc vallonem in mappis geographicis signatam non repperimus; sed credibile est illam ipsam esse in qua constructum est illud coenobium, cui proxime adjacet *Lacus sancti Orientii* (Carte de Cassini, 20 F in angulo inferiori ad laevam): lacui influit et praeterfluit fluviolus qui nunc appellatur *Izabi* et forte idem censeri potest cum *ritulo Isaurio* de quo paulo inferius sermo est. — (3) Id est Pyrenaeorum. — (4) Cfr. supra, not. 2 extr.

inquiens, illius in filios filiorum, his qui servant testamentum ejus et memores sunt mandatorum ejus ad faciendum ea.

4. Quadam ergo die, cum secum idem vir bonus commaneret gratissimique pectoris superno inspectori victimam plenius libaret, elevatis oculis conspiciet eminens copiosam multitudinem plebis ad se juxta morem venientis. Cujus ille adventum non sustinens, continuo spernit; nilque moratus fugam arripiens, abscedere coepit et inquietudini venientium non segniter locum dedit. Cujus itaque discessus, divina statim protectione suffultus, permaximam superni moderaminis evidentiam est adeptus. Nam rupis cui sanctus aufugiens pedis vestigium impresserat, mox valde nimis divino nutu discinditur et hians chaos in ea permaximum aperitur, ita ut nullus transeundi aditus inibi deinceps reperiatur. Tunc enim inter saltus condensa vir Dei locum invenit, ubi paulisper cavato lapide posset erectus persistere et in oratione jacens procumbere, parte etiam in alia sedile formato residere; ubi postmodum preces et munia laudis Deo non cunctatur persolvere, qui se ab oneribus saeculi clementer dignatus est liberare et necessarium exoptati secreti locum sibi praeparare, quippe cum etiam solitaria magis oblectaretur vita quam periculosa mortalium abuti frequentia. Non tamen putandum quod speciem suam in aliis despectu mentis abhorrens hoc faceret; attamen jam mens ejus superno perflata desiderio, valde noxium, quin etiam mortiferum censebat, si quid in ejus aures sonuisset quod non interius mentem etiam spiritualiter aedificasset, dicente per prophetam Domino neminem posse ignem perpetuae gehennae sempiternis cum ardoribus habitans superare praeter ipsum illum qui ambulaverit in justitiis, locutusque veritatem fuerit, ex corde tantummodo avaritiam quae gignitur ex calumnia proiciens, manus suas ab omni cupidinis munere penitus excusserit. Quibus ergo diligenter sedule insistens, occulto Dei moderamine geritur quod ita vir sanctus in schola dominicae disciplinae prius instruitur, qualiter post spiritualibus uti sciat armis adversus rugientis rabiem fremitusque leonis docte persistens, fortis pugnandi dextera in campo certaminis, quin etiam de manu bestiae gregem Christi viriliter auferre atque intra septa ovilis ejus congregatum haustu superni liquoris vitaliter potans educare.

5. Unde procul dubio caelitus procuratum est ut relicto suae praelibatae habitationi haerede, Savino videlicet abbate (1), ipse pastorali daretur regimine tantum in Auscia metropoli urbe. Qui proinde mox altioris quippe honoris cathedram pontificalis dignitatis adeptus, non humana gloria, ut quidam ejusdem ordinis, elatus, sed humillimus et modestus, priorisque continentiae rigore pro nullo contentus, studebat attente meditationi insistere, quali videlicet quantove potiretur honore, quam procul dubio gravem, quantumve pondus suscepisset in munere, bonum quidem valdeque necessarium opus, verumtamen pertimescendum utique gravissimi ponderis onus. Ille nempe tantum, qui non contra visibilem

(1) Cujus Acta, cum Commentario praevio Jacobi Buei, videsis ad d. 18 Oct., tom. IV, p. 1002 sqq.

hostem sed adversus invisibilem militiae spiritualis infatigabilem insumeret dimissionem, praesidio tamen caelesti confusus, Christi jugum suave et onus ejus leve nil veretur suis cervicibus imponere; perpendens etiam qualiter illum oporteret instrui qui tali constitueretur officio fungi. Ideoque divinis sedule fruebatur scripturis; unde, prius propriis moribus correctis et actibus, posset fidei documenta plenius propinare sibi creditis ovibus, nec esset aliquid docendi usurpando insumere quod non ante perlegendi et exercitandi studium habuisset ediscere; metuens plurimum effici magister erroris, nisi prius fuisset discipulus veritatis. Jejuniiis autem et vigiliis studebat vitia carnis viriliter edomare, ne quando illecebras ejus curas cogeretur in desideriiis perficere, ne forte cum aliis videretur idoneus, Deo fieret reprobus; non nescius aut immemor quia per omnem modum oporteat pervigilem esse episcopum et ab omni crimine alienum, non turpis lucri gratia deditum, non vinolentum sed sobrium, divinoque cultui penitus subditum, suae domui bene sollicitum, sinceritate fidei munitissimum, utpote Dei servum: his namque actibus bene prosperando Spiritus sibi complacet sanctus. Cujus itaque gratia beatus Oriencius adprime debriatus, emanabat in plebe rivulos sapientiae, quos jam ex ecclesiastici fluenti dogmate praesumpsisset avidius imbibere, cupiens arentia cordium prata diligenter irrigare, quo sulcante caelesti vomere, divini verbi fecundans semine, posset, fertilius fecundissima fidei fruge fructificante, copiosum triticum in horreo Christi reponere.

6. Interea regio quidem illa occidentalis maxima ex parte dominabatur a quadam gente perversae mentis nimis: gente namque pagana supra modum pessima et insanissima, quae tanto ferocior, quanto etiam a fidei pietate remotior, sacrae religionis ignara, colens pro Deo vivo et vero teterrima daemoniorum portenta. Sed ubi pius cunctorum conditor Deus clementer respexit ad sui fabricam juris et indoluit in tali plebe diutius haberi mortales quoque actus cooperante daemone, flexus ad solitae largitatem misericordiae, disponit os cordis ejus condire caelesti sale, ne deinceps a vitali fatisceret sapore. Idcirco enim Christi praesul Oriencius, sancto Spiritu roboratus, plebem licet agrestem adiit intrepidus, et ei quid respuendum quidve sequendum sit ostendit diligentius, dicens idolum quod colerent non esse conditorem atque moderatorem omnium Deum, sed sculptile artificium manibus fabricatum, in quo etiam daemon, non aliquod numen, inhabitans, fallacissima poscentibus daret responsa, cum ne facilius quidem decipere suos posset cultores quam per id quod a foris imaginaliter cernerent omnes, ipsum tamen interius latitantem intueri non valentes: citius enim illis quae conspiciuntur quam invisibiles fides adhibetur. *In quo propterea demens ille et reus arguitur sceleris qui in membris idoli sensus atque rationem viventis inesse pulat hominis. Hominis igitur est quinque sui corporis sensibus uti, quod in sculptilibus nullomodo constat inveniri: sunt enim simulacra mula membrorum sensu carentia, quae nisi tantum submissis bajulorum ulnis nullatenus moveri queunt a loco suae stationis. Unde liquido patet, quia quicquid in se propria non habet uti potestate, nec aliis*

* cod. omne.

* cod. quod.

* cod. irrigaret.

quidem posse in aliquo prodesse; magis autem a via veritatis aberrans, quicquid illud est, ad tartara suos sectatores perducere. Deus autem noster nec in manufactis imaginibus concluditur, nec aliquibus gestatoris de loco ad locum invehitur. Est enim omnipotens et immensus, et idcirco ubique invenitur totus, unde nec est qui se abscondat a calore ejus, dicente eodem propheta: « Si ascendero in caelum, tu illic es; si descendero in infernum, ades; si sumpsero pennas meas diluculo et habitavero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me et tenebit me dextera tua. » Ergo neque ab oriente neque ab occidente neque a meridie neque a septentrione est praesentiam Omnipotentis evadere: omnia enim implet, omnia circumdat, omnia moderatur, disponit pro et vult et ordinat, faciens in caelo et in terra quaecumque sunt ei placita in aequitate veritatis et justitia. Qui etiam hominem ad suam fecit imaginem et similitudinem, rationis scilicet capacem et naturae immutabilem: qui proinde claritatis ejus gloria perfrui simul cum angelis perpetuo habuisset, nisi Conditoris praecepti, suadente diabolo, quem vos nescienter et ignoranter adoratis et colitis, praevericator extitisset. Unde siquidem, cum a Deo separatus inferni et mortis subderetur legibus, tunc nullus praeter eum qui condidit est inventus a quo verae libertatis necessarium cunctis perciperet opus. Ideoque Dominus noster Jesus Christus plasmati suo clementer compassus, in redemptionem ejus cruci sponte non coacte est affixus, ibique sanguinem suum fundens expiravit, et omnes qui in inferno injuste detinebantur, potenter misericorditerque liberavit atque ad aeternae pascuae vitae gaudentibus caelorum agminibus ingenti gloriae triumpho reduxit. Insuper etiam semetipsum Deo Patri suo advocatum in Spiritu sancto constituit, ut si quis forte post baptismum aliquid delicti incurrisset, ipsum propitiatorem omnium peccatorum sciret nec suspectus et diffusus esset de remissionis gratia, qui praemissu tantum confessionis lucerna justificandus esset in sola conditoris sui miserationum atque misericordiarum multarum clementia: quoniam etiam dedit nobis pignus sui amoris ut maneat semper in nobis et nos in eo, pro nisu tantum mentis et rationabilis actione pietatis, atque connexi in invicem vinculo fraternae caritatis mutuaeque dilectionis. Ecce qualiter Deus noster ergo eos quos condidit sollicitus fuit, dum omnes fraterno connexos amore jubet ad aeternae beatitudinis gaudium laetitiamque pariter properare, quatinus ibidem cum eo sine fine queant exultantes gaudere. Ergo cum nihil tale in idolis fieri cognoscitur, restat ut non solum nulla divinitas, sed etiam daemones inibi pleniter ad omnem fidem manere comprobentur. Populus autem audiens ex ore tanti pontificis verbum supernae salutis, statim agnito delicto sui erroris compungitur ab intimo cordis, et respuens daemoniorum culturam, convertit in herbam florei cespitis vestigia per sentes dumosi ruris prius errantia, dicendo Christo jam nitida per-

lustrati pectoris antra, librantes salutifera aequioris arbitrii statera; hincque sacrosancti baptismatis regeneratus unda revertitur ad sui conditoris gratiam, cui prius perantiqui hostis defraudatus fuisset invidia. Quapropter absque dubio tunc completum videtur quod ipsa teste veritate perhibetur cum dicitur: *Misc-*
5 reor cui miserebor et misericordiam praestabo cui misericors fuero: quippe qui neminem vult perire, sed omnes homines salvans magis etiam ad veritatis agnitionem venire, dum scilicet patientia bonitatis suae pius exspectans omnes vocando ad paenitentiam ultro semetipsum offert, ut possit a non quaerentibus se inveniri et his qui se prout expedit nesciunt interrogare valeat eviden-

10 tius apparere.

7. Praeterea igitur operae pretium creditur si ea quae per beatum virum veraciter a Deo patrata * scimus silentio non tegamus, quoniam audita beati viri meritorum virtutes et opera multum credentibus proficiunt, dum agnita ejus sanctitate devotionem suae fidei firmiter in eo ponunt et apud Deum patrociniis
15 ejus propterea jugiter sublevari confidunt. Sicut enim unaquaeque arbor ex propriae qualitatis fructu veraciter agnoscitur, ita et sancti Dei quales vel quantae potestatis apud Deum habeantur suarum virtutum gestis et miraculis ad hominum usque notitiam plenius vivaciusque perducuntur. Ut ergo luce clarius pateat
20 quantis meritis vir beatus in caelo fulgeat, quid in monte Narveia potestate sanctitatis ejus gestum sit enucleare non pigeat. Est enim ipse mons cujusdam suae magnitudinis positus in vicino jam dictae civitatis, daemone quondam consecratus etiam a paganis, in quo templum idoli tunc temporis constructum fuerat, quod adhuc copiosa daemonum multitudo sibi possidebat. Qui scilicet locus, eorum terrore male munitus atque defensus, nulli hominum erat pervius, ideoque tellus
25 per gyrum montis, licet apta frugibus et fertilis, manebat tamen diebus quam plurimis inculta et sterilis, nimirum cum a nullo inibi auderet exerceri aliquid agriculturae operis. Unde cives quidem Auscii necne quorundam aliorum hominum quam plurimi videbantur non immodice molestari, dum et diutissime malignorum spirituum infestationem patiuntur et desiderabilium redditus agrorum
30 in suos usus assumere non permittuntur: etenim, ut praelibatum est, innumera daemonum caterva, habens velut fortis armatus mille formis pugnandi arma, custodiebat sua circumquaque atria, quae malefida pace applaudebat sibi cuncta possidere per saecula. Sed Christi miles Oriencius, superno munimine fortius illis armatus, vexillum vivificae crucis gestans manibus, omnium qui aderant prece
35 devictus, adiit ingrediens templum nil veritus. Quod mox satellites daemonum intuentes, plurimum contremiscunt, et velut cera a facie ignis liquescentes, fugae praesidium petunt; quin etiam non valentes debita sui detrimenti pudorisque sustinere damna, obliti dolosa quibus confiderent arma, disperduntur vasti per aeris spatia, numquam ad ea quibus pellerentur deinceps reversuri loca, concesso
40 quidem incolis quod optarent, suorum videlicet agrorum exercere necessaria jam diu suis omnium votis negata. Ad quod itaque mirabile * triumphum tunc pervadit ingens exultatio laetitiaque * circumsistentem populum, quippe a tanta malo-

* cod.
 patratum

* sic.

* cod.
 laetitiamq

* *cod.*
obtante.

rum formidine liberatum et optatae tranquillitatis securitati divinitus restitutum. Tolluntur quapropter piae voces gratulantium Deo cum lacrimis in caelum, quem laus, virtus, honor et potestas ac benedictio decet in aevum, qui etiam in terris per suum pontificem Oriencium de diabolo talem sibi reportavit tripudium, liberans et salvans ab ejus potestate gregem suum atque decenter emundans horrendae habitationis ejus perlustrando locum, dum in suo milite comitatur nomen sanctum suum, quod est veraciter Oriens nuncupatum, atque cum sit idem lux lucis et fons veri luminis, videtur ab eo deduci vocabulum beati Oriencii praesulis. Dignum ergo censetur ut sanctus vir ad omne quod pie nititur potestatis atque virtutis ipsius auxilio roboretur, cujus nominis officio non paucorum ad salutem perfungi meretur, quando praedictus locus depulsis nequissimorum tenebris splendore veri luminis perlustratur et terribilo fetore sublato nectarei odoris flagrantia perfunditur, templumque divino cultui consecratur, ut quod sibi ad inhabitandum turba malignorum asciverat spirituum, fieret perlucida gratissimaque Deo et sanctorum semper habitatio angelorum. Sed procul dubio sciendum quia quicquid inibi pro tempore geri tunc videretur, totum sanctus vir in hominum cordibus spiritualiter patrare conabatur. Semetipsum quippe juxta Domini praeceptum abnegando, gemina devictus dilectione, crucem ejus gestans in corpore, persistens excelsi montis in vertice, scilicet in supernae virtutis culmine, jam exultans gloriabatur Deo totum sese in specie mirabilis templi dedicasse. Proinde etiam documento simul et exemplo decenter a cordibus multorum auferens tenebras vitiorum nexusque peccaminum, construebat inibi sobrium sancti Spiritus domicilium, qualiter nimirum ager cordis, qui formidine daemonum diu jacebat incultus, redderet uberes pacatissimosque divini seminis fructus reconciliandi etiam Deo paenitentiae dignos.

S. Mons igitur Narveia, qui pro sui amoenitate vocabulum sibi videtur delectabilis qualitatis sumpsisse, gratissimus atque plurimum amabilis viro Dei constitit fuisse. In qua propterea longissimi per temporis spatia manens, vitam suam piis actibus exornare et ea quae superno judici sunt placita studebat viriliter exercere, armis utique jejuniorum, quae sunt immobilia cunctarum fundamenta virtutum, utrimque digne munitus, dimicans infatigabiliter contra aereas potestates, ut miles invictissimus valdeque sibi sollicitus, eo robustior quo pugnandi congressus validior atque asperior. Talium namque insuperabilis fortitudo est incentiva prius carnis comprimere, voluntates et cogitationes noxias penitus abicere, mundi adversa aequanimiter ferre, delectamenta hujus saeculi velut mortiferum virus effugere, et toto mentis affectu ad supernam beatitudinem properare; vigiliarum quoque excubias interim Deo studiosius celebrare noctisque custodias hymnis et canticis spiritalibus decorando explere, cum Dominus discipulos praecipiat vigilare, ne forte laqueos temptationis incauti videantur intrare; et beatus qui *vigilat et custodit vestimenta sua ne nudus ambulet*, dicitur, et ab omnibus turpitudine ejus videatur. Oportebat ergo virum tantae sanctitatis vigilare, quatinus ingenium peccandi prudenter pleniusque posset decli-

nare. De elemosynarum vero ejus largitate non est dici necesse : quam sic fertur semper exercuisse ut posset cum Job dicere bucellam sui panis non solum comedisse, sciens scriptum esse : *Qui avertit aurem suam a clamore pauperis, oratio ejus erit execrabilis*. Hinc ergo praeceptum est ita : *Date elemosynam et omnia erunt vobis munda* ; et item : *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut in aeterna vos recipiant tabernacula cum defeceritis*. Haec et his similia, quae tantum ad pietatis pertinent opera, vir Dei pleniter exercens, fructibus misericordiae non mediocriter pascitur, eo quod Christi praeceptum in talibus sedule ac studiose comitetur, quo dicitur : *Estote ergo misericordes sicut et pater vester misericors est*. Est enim providus atque fidelissimus misericordiarum sectator, qui sic etiam alienae necessitudini velut propriae subvenire non dedignatur, et non [tam] sua quaerere nititur quam et ea quae aliorum esse probantur. Quod etiam, quantum ad Christi praesulem videtur, insubsequenter evidentius exprimitur.

8. Per idem vero temporis in Gothorum gente ariana* pullulabat haeresis, quae nimis adversa cultibus constat divinis. Qua ergo de causa vel quibusdam aliis factum esse perhibetur ut duo principes militiarum Maximi imperatoris, Agecius videlicet atque Littorius, mitterentur ad debellandum regnum et potentiam Olibrii Gothorum regis (1). Qui cum esset insanæ mentis, utpote deditus cultui* haeretice pravitatis, videns copiosam hostium multitudinem adversum se irruentem, coepit nimis coartari et ab statu mentis consternatus omnino destitui, nimirum qui nec caeleste praesidium sciret sibi adesse, nec ariana qua prius confideret auctoritate ullomodo tueri posse, quo vel cum decem milibus ei possit obviam ire qui multo plus viginti millibus suffultus ad se festine properaret venire. Sed miserator et misericors Deus, qui cuncta praenosceus disponit et ordinat, inde saltem tribulanti misero praeparabat unde metus et timor in eum procedebat ; et erat una eademque rei causa non solum ingens formidinis poena, sed etiam alius atque tranquillitas regi profutura. Nam ubi nullus evadendi calamitatem aditus reperitur, statim rex ad Christi clementiam necessitate compulsus convertitur ; ideoque preces et munera beato pontifici dirigit Oriencio, quatinus sibi superno proficere dignetur in auxilio, liberans eum et salvans ab imminente periculo. Tunc sanctus confessor, agnoscens forte per Spiritum quid ad haec foret agendum, ilico sequitur pii magistri exemplum, qui cum publicanis et peccatoribus non abhorruit participare vescendi convivium, nec centurionis adire servum, restituens optandae sospitati ejusdem filium, praetermittens paululum soliti rigoris continendi ac pie conversandi opus insumptum, licet non ignorans illum ariana pravitatem detentum, nil moratus regem adire Olibrium, quippe hominem sibi jam in Christo proximum. Quem mox sapienter prudenterque alloquens, spi-

* cod.
arriana ; et
sic
deinceps.

* cod. cultu.

(1) Quae hocce capite narrantur contigerunt anno 438-439. Sed neque Maximus tunc imperio potiebatur, sed Valentinianus III ; neque Visigothos in Hispania et Gallia meridionali regebat Olybrius, sed Theodoricus.

ritalibus animo confortans monitis, praecipiens ne pavere debeat a
rum insidiis, magis etiam in immensa pii Conditoris sperare clementi
manu est fortitudo praeliantis et triumphus ac certitudo vincantis : q
nisu mentis libenterque fecisset, victoriam sine dubio sibi de hoste
quam umquam reportasset. Hinc iterum ad alia vir Dei conversus, iter
puit et venientibus militiarum principibus obviam exit. Quo viso Ageci
labitur prosiliens quantocius, ac [ad] sancti viri vestigia provolutus, pre
ad Deum tueri meritorum precibus, quicquid etiam beneplacitum suo
inneset animo fidenter imperaret servo. At ille continuo praefati re
aperit, et ne manum suam contra eum elevet humiliter exposcit, noi
hominem jam Christi jugum ferentem oportere vi cujusdam suae f
opprimi, ne forte videretur propter hoc iram ultionis incurere Dei,
satis sese consideret in omnibus ipse tueri atque defendi. Cujus itaque p
nec mora libens acquiescit Agecius, et firmato cum rege pacis et amicit
dere, confestim ad propriam nil tardat illaeso regis tantum Olibrii reg
Quod compar ejus Littorius intuens aegre tulit ac propterea nullam col
societatem ad sanctum Dei praesulem egit, sed permotus animo versatu
amaritudinem * furoris et dolo ; effectusque idcirco crudelis et nequam
maximum suae animae patitur detrimentum unde conspicit alterum ve
tis fecisse negotium. Unde siquidem non modica datus in ira, ad depc
urbem Tolosanam statim mortifera convertit vestigia. Ubi cum in brae
tae suae non in Christo confidens fortiter agere cupit, ilico repugnan
liter civibus, caelesti ultione tactus, indignae vitae dignam mortem es
Nec utique mirum, quia qui nequiter sanctissimum Dei virum mente
abhorruisset, atque ad communem multorum utilitatem consultum ire
sisset, dignum namque satis erat ut insipienter et inconsulte periret atq
dem sui erroris juxta apostolum in sese reciperet, quippe cum non
ejus Agecius honorem Deo libenter dedisset.

* sic.

* sic.

* cod.
spreventes.

10. Ad hoc igitur rex omnisque Gothorum plebs, exultationis laetitiae
gaudio, dant copiosissimas in caelum laudes Deo, videntes se per ejus q
hostium liberatos congressu non modico necne subdendos levissim
jugo, deposito arianae pravitate praestigio, faciente quidem beato
Oriencio, qui sciendum * idcirco ascendisset ex adverso murumque o
pro Dei profuturo populo, persistens in die Domini fortiter in praeli
quoque spernentes * haereticae ludicritatis errorem, revertuntur par
ad certissimae veritatis agnitionem ; et ariana destruitur profanatio, c
licae fidei sacra restauratur in plebe religio. Videtur enim illa die luc
terris illuxisse et tranquillam pacem optatae securitatis redditam per
esse. Quem insuper constat quam plurima miraculorum etiam in
aliis inibi digne perfecisse. Nam et nonnullos a daemonibus obsess
virtute superna liberavit, et omnes qui in carceribus vincti detinebar
vit et ad sua cum gaudio remeare permisit. Sed quia de tanti patroni

orum * gente aliquid relatu praemisimus, quid iterum ductus proximi come
e in Hispaniarum regione fecerit oportet ut videamus, sui plurimum
neglectus et velut incongruus, proximi tamen necessitudini provide
sollicitus, cum scilicet his rebus fiat homo Deo carissimus terrisque venedignus. Quod ergo dicitur abhinc apertius videatur.

* *cod.*
Gotarum.

rat quidam vir valde nobilis et Hispanus genere, in eadem Hispaniorum *
t manens regione, ditissimus etiam opum facultate. Hic dum itaque gene
ac rerum habitatum non modica frueretur jucunditate, oborto cujusdam
ine jussu regis trusus est in carcere. Quem rex, opportunum ad hoc sus
iem, parabat capitalem subire sententiam, fortassis, ut erat errore genti
tentus, in bonis illius mordaciter ac infideliter inhians et aestu avaritiae
; eas sibi diripere desiderans, quoniam gentes, quae videlicet ignorant
nesciunt sperare nisi in incerto divitiarum transeuntium utique rerum,
quidem ex integro putant sibi lucrum optabile fieri, si sua nulli cupientes
valeant alienis rapinis ditiores videri : cujus ergo rei negotium quo plus
ur, eo plus ingenti discrimine quam plurimi periclitantur, et nulla invi
d concupiscendi fit defectio, quia nulla est veritatis agnitio. Ideo namque
raefati carceris ergastulum patitur, erat enim mens ejus in Deo non
fidens, sed totus ad ejus ineffabilem miserationem convertitur, eamque
iencii patrociniis sibi profuturam adesse precatur. Qui proinde tandem
is advenit, et pia confabulatione tribulantem reum respirare consolando
. Rex autem, agnito Dei adesse discipulum, statim ad suum vocat convi
ndium, licet non ignorans illum talibus escis necdum licite vesci posse :
men si adquiescens rogatus fecisset, nulla inquiens in his quae vellet
is adipiscendi intercessisset. Cujus monitis sanctus pontifex tandem ad
fidem adhibens, resedit et quaeque vescentibus apposita fuerant signo
crucis simul et oratione sanctificavit, et ipse pariter epulantibus come
erfuit. Quod itaque in conspectu omnium forte videri potuit celeberrim
ammiratione dignum, virum utique fide munitissimum et catholicae
s auctoritate probatissimum, ita sese coercere voluisse * quatinus cibus
is uti contra morem potuisset. Sed aliud est illicita pro alterius utilitate
erio contingere, et aliud spontanea voluntate potius quam aliqua cogente
ate. Nam non inscie hoc idem visus est pertulisse, cum constet non aliter
is vinculo reum erui posse. Fuit enim in illicitis neglegendi ac quasi
i licentia, ne defraudaretur vinculato captivo libertatis opus et miserendi
amen optante beato confessore juxta apostolum fieri pro fratribus ana
nsequendo verissima pii pastoris vestigia, qui relictis imparis numeri
nam quae erraverat quaesivit et ad caulas sui gregis impositam humeris
it. Convivae autem regis, videntes impetrasse ab eo Dei famulum quod
iterque petisset, continuo nituntur in eum uti minis jaculisque verbo
gre, reor, ferentes hominem tantae nobilitatis tantaeque ditionis sibi
ferri et facultatibus insuper divitiarum ejus ex toto nudari. Nihil tamen

* *sic.*

* *cod.*
voluisset.

objectorum et injuriarum tanto sacerdoti potuit obici, sed erepto homini reddi-
toque sibi copiam libertatis et iter concedit quo vellet eundi; non aliquid laudis
non mercedis ab eo recipiens, ne quasi verbum Dei forte adulterans transferret
gratuitam ejus liberalitatem in perniciosae cupidinis pestiferam fraudem, sciens
utique genus humanum de laqueo mortis gratissima Christi miseratione solum- 5
modo liberatum et libero ut prius arbitrio donatum: cui tantum spontanea non
coacta complacent servitia, dum non quantitatem reddendi sibi muneris approbat,
sed affectum mentis offerentium, qualis sit in pondere, compensat, dicens: *Si
recte offeras et non recte divides, peccasti*. Recte enim Deo munus offertur
cum non aliter illi quam pura mentis intentione exhibetur: alioquin poena 10
damnationis potius quam acceptio muneris talia facientibus compensatur.

12. Quod itaque Christi confessor Oriencius animadvertens, permaximo
maeroris afficiebatur taedio, diuque idcirco a pontificali discedebat officio, arbi-
trans oculis divinae majestatis tali executione [magis] displicere *, quam acceptior
* cod. displiceret. vel gratus fieri posse; quamvis sine querela dolique fraude constaret illum
inesse et quemadmodum oporteret sese irreprehensibilem ad omnia duceret,
etiam talem agens vitam quae pastoralis curae plene satis superque conveniret,
quippe qui verae luci quanto vicinior fiebat, tanto mores et actus suos radio
superni luminis arguens examinabat. Ideoque non idoneum tanti gradus officio
semetipsum percensebat, humillimo baptistae Johannis utens exemplo, qui [2] 20
sacerdotibus et levitis per Phariseos interrogatus utrum se Christum an prophe-
tam esse *, non solum se non Christum, verum etiam nec dignum asseruit corri-
* sic. giam solvere ejus calcamentorum: quapropter ejus quidem membrum et praeco
non ab re fieri meruit, cujus nomen fallaciter non usurpavit. Vir ergo beatus quo
pontificali dignitate se minus dignum arbitratur, condignior a Deo praevide- 25
batur. Hinc namque Sauli dictum est: *Cum esses abjectus et humilis in oculis
tuis, caput te in populo meo constitui*. Hinc David, cum nudus ante arcam
Domini saltans procederet, meruit a Deo Saule interfecto magnificari in regno.
Humilitate Joseph venditus domui regis terraeque Aegypti effectus est dominus;
ubi etiam copiose frumenta sapienterque congregavit et a famis inopia non solum 30
Aegyptios, verum etiam innumeros gentium alios prudenter liberavit. Beatus
denique Oriencius, quoniam pastorale regimen suscipere humiliter recusavit,
sponsam superni regis non adulterino complexu sed divino amore in sui custo-
diam assumere promeruit, terramque Aegypti, occidentalem videlicet regionem,
* cod. tenebris et maeroris ignorantia plenam Christo rege * jubente possidere eique 3
regem. sub tributo largitis spiritalibus alimentis redactam ab aeternae famis inedia
vitaliter liberare. Nec quidem immerito, quoniam non nisi per ostium regredi
conatus est in ovile ovium, non sponte sed ingentū devictus petitione populorum,
prius tamen hoc ipsum per supernae dispositionis manifestissimum agnoscens
judicium. Nam die quadam, positus in itinere, paululum a comitibus recedens,
in partem solus secessit: ubi virga quam manu gerebat in terris defixa, sese in
orationem prostravit atque Domini voluntatem super id negotii ad quod petebatur

umiliter exquisivit. Quem mox inter orandum somnus invadit. Cum post paulum surgens, virgam geminos ramos virentibus foliis jam in altum produxisse onspicit. Tunc ergo nec ambigi potuit quid agi necesse sit. Proinde quidem nil noratus omnipotentj Deo gratias votis omnibus reddidit atque funditus etiam delersa pectoris dubietate, ad pontificatus sedem fidenter accessit. Virga vero statim convaluit atque paulatim in magnae proceritatis glandiferum culmen deinceps excrevit. Quae etiam geminorum ramorum alterum ad orientem, alterum vero protendit ad occidentem, significans geminam tanti praesulis quoque dilectionem utrique parti praedictarum videlicet regionum profuturam : quae procul dubio tam orientali quam occidentali constat prodesse populo, dum per eum manifestius sermonem percipiens veritatis, meretur pleniter divinis etiam instrui documentis, ejusdem pontificis tueri patrocinii. Praefata itaque arbor cum sit valde maxima, persistit in medio cujusdam atrii viatoribus obvia, qualiter hinc inde ordinatis etiam mansionibus fiat per medium earum iter transeuntibus ; in qua etiam moderno tempore quaedam signa sunt a Deo patrata, quae in finem hujus operis rationabilius videntur narrationi reservanda. Quibus igitur agnitis, nonnulli hominum habitationem suam circumcirca aedificant, ibique salvationis atque pietatis causa cohabitantes manere desiderant.

18. Beatus praeterea Oriencius plurimos postea vivens annos, refulget virtutum et miraculorum signis, exornans decenter infulam decusque pontificalis dignitatis in sede metropolis Ausciorum urbis. Unde siquidem plenus adprime dierum, ad aeternitatis festinans praemium, claudit laetus et gaudiis exsultans diem hujus mortalis [vitae] extremum, persistens ut leo satis intrepidus quem nullus terrere valet occursus. Nam cum plerumque omnis disciplina in praesente quidem videatur esse non gaudii sed maeroris, hanc ille ita constituit votis ut per eam postea pacatissimos perciperet justitiae fructus in adeptione quippe praemii supernae remunerationis, sciens a Domino beatificari spiritu pauperes, quos in regno sibi pie gratisque facit coheredes. Jam enim Dominus sic cum mente solidaverat ut ad perpetrandum aliquid nequitiae nec mundialibus oblectamentis permulceretur nec adversis infringeretur, sed quo plus animus ejus ad superni desiderii amorem erigeretur, eo cuncta quae transeunt pro nichilo ducebantur. Hinc ergo securus et gaudens merito pergit ad praemium, cujus animum nihil perturbat horum, dicens cum propheta ad Dominum : *Psallam et intellegam in via immaculata, cum veneris ad me, eo quod perambulem in innocentia ordiis mei in medio domus meae : unde cum justitia quoque parebo conpectui tuo et exsatiabor cum mihi manifestata fuerit gloria tua.* Quo tamenique jam ad meliorem vitam migrante, poterat fortassis non modica alteratio gaudii simul et maeroris fieri in subtilis, videntibus scilicet se solatio priori suae necessitudinis, nisi etiam ilico providentia intercesserit rationis : si tunc singultus et lacrimas vis exigeret nimii doloris, superesset tamen pia conlatio de gloria atque profectu sanctissimi praesulis euntis triumphato laudabiliter ad gaudia perennis salutis. Quamquam enim pro tempore providum

suae salutis rectorem amitterent, consulem etiam ac defensorem, praemittebamur
 tamen piissimae sollicitudinis patronum et ducem aedificare sibi, scilicet subditis
 tis, gloriosam in caelestibus cum Christo habitationem. Ex quo nec dubium quod
 desereret eos munimine patrociniique spiritali, licet praesentia deesset corporali.
 Ecce condigni meriti miles Christi praesul Oriencius migrat, humanis rebus glo-
 rianter excedens, exequiarum suarum triumphos spiritalibus obsequiis gloriosius
 exornans, terris mysticum et ineffabilem gemini doloris conferens maerorem, in
 caelis etiam asciscens sibi sanctorum praefulgidam et indeficientem laetitiae soci-
 tatem. In cuius sanctimonii virtute et opere nos voce psalmistae oportet pro nisus
 * cod. praescivisset et praedes-
 tinasset. tur, ut ipse Conditor semper laus indeficiens insatiabiliter in ejus ore inveniretur.

14. Ergo nunc, Christi gloriosissime confessor, laudamus eum in te, qui talem
 constituit te ut ipse digniter glorificaretur in te, quin etiam idem ipse temet in-
 explicabiliter glorificaret in se, dum omnis creatura non cessat quaeque pro
 suae qualitatis ingenio posse tecum ei laudum quoque munia debite resonare ;
 quique signis miraculorum atque prodigiis redimitum conscendere pontificalem et
 compulit arcem, formans in ore tuo copiosissimum sui torrentis eloqui sermo-
 nem, quo populis a daemoniaca zabuli potestate depulsis conferres vivifici pabu-
 lum panis. Per te etenim non solum quosque terrarum principes, verum etiam ipsos
 comprehenderat reges, donec vinculo caritatis inseparabiliter connexis largiatur
 summae tranquillitas pacis et optandae refrigerium securitatis : quoniam qui-
 dem tuorum sagittae verborum non quempiam ab actu praetereunt immunem,
 sed directe pergunt in multorum fulgurantes inluminacionem. Haec denique et
 his similia luce clarius te Christo comitantur cooperante, qualiter post sepul-
 crum constet in saeculo te per opera vivere et spiritali efficacia necessitatibus
 subditorum ad praesens misericorditer subvenire. Hinc ergo jam, praecluisse
 pontificum Christi praesul, luciflua tuae claritudinis sublimitate confisi precamur
 ut si quid in hoc tuae relationis opere minus debite vel plus aequo diximus,
 quod non aliter quam causa tui amoris praesumere conati sumus, totum nobis
 clementi pietate indulgeas, famulosque visceribus mellifluae paternitatis ad Deum
 confovens, eorum preces piis ejus clementiae informes auribus, mores sapientiae
 stimulis adprime corrigens sollerter componas, omnium votis optata non desti-
 tuas, gressus mentis divino studiosius munimine roborans, per vitae vestigia
 semper incedere doceas, ab omni vitiorum labe mundari faciens, a noxiis inimi-
 corum fraudibus immunes omnimodis reddas ; immo etiam in sex tribulationibus,
 scilicet in sex dierum operibus, tua nos dignatio provide gubernans, contubernio
 verae libertatis gratia miserendi committat, ne nos in die septimo, quem nullius
 vespere terminus coartat, quicquam mali contingat, sed Domino suis peractis
 operibus cunctis in eo mystice quiescente, mereamur te duce cum eo pariter
 respirantes quiescere, donec in verum sabbatum, cujus esse nullo terminatur
 vespere, mereamur perpetuo laetantes transire, ipso annuente qui per suum
 absque initio permanens esse, habet transitoriis quoquo modo desistendi finem
 in saecula solus imponere. **Explicit vita beati Oriencii pontificis.**

Incipiunt ejusdem miracula.

15. Quondam igitur in die sollemnitatis beati Oriencii pontificis quendam alienigenam pauperem sollemnizantibus interfuisse fertur, qui genibus manibusque contractis adversam corporis valitudinem patiebatur. Hic itaque dum ad tanti praesulis sepulcrum fidenter residens preces supplici devotione profunderet, statim impetrare ipsius obtentu promeruit quod fideliter postulavit. Nam solutis genuum nervis directisque in pristinum vigorem manibus, ilico super pedes constitit, et vestigia quae in medio palmarum infixi pollices fecerant coram omnibus evidenter ostendens, pristinae sanitati duce beato confessore restituitur. Tunc ergo ingens gaudium laetitiamque virtus pontificis ingerere qui aderant potuit cunctis, donec vocibus Deo cordibusque gratias cum lacrimis extollerent laudesque in excelsis pro tanto sibi concesso beneficio meritis et intercessione piissimi confessoris. Quod procul dubio videntibus illis multum profuisse creditur, eo quod talibus indicis omnium fides apud suum opificem facilius excitetur et patrociniis pastoris firmiter roborata deinceps famuletur. Proinde quidem sciendum est quoniam id miraculi non solum ad eum qui sanus effectus est pertinere specialiter videtur, sed etiam ad omnes pariter quibus celebre nomen confessoris generaliter agnitioni datur.

16. Aliud quoque non minoris mysterii miraculum narratur, quo satis mortalibus vita religioque beati pontificis ad imitandum, si placet, informatur: nam haec clarius patet quoniam vita ejus quia tot prius honorum operum floribus mirabiliter fuerit adornata, nunc idcirco veneratione quidem videtur digna et fidelium laudibus jugiter approbanda, ut subsequentis quoque narrationis apertius perspicua pandit historia. Fluvius etenim Iertis (1), qui ante ejusdem confessoris aedes decurrit, factum est ut aliquando alveum suum inundatione aquarum nimis excederet, donec plus solito vicina pervadens loca, usque ad ipsam Christi praesulis glebam perfluens deveniret, ad indagandum tamen virtutis ejus mysterium, non ad dedecoris detrimentum. Nam domum quidem introire et quasi duobus cubitis altior super terram potuit ante confessoris sepulcrum persistere, non tamen mysterium suae naturae juxta morem implere, ac si diceret, gestis utique non verbis: *Veni enim viro Dei famulandi obsequium libenter praebere potius quam locum violenter invadere*. Et quae jam olim apostolo Petro fuerat in mari ad periculum, jam iterum erat plurimis ad cujusdam mysticae rei signum, ut itaque plantis ejus ibi se palpabilem praebens ostenderet omnipotentiam conditoris, sic ut gloriam et decorem [tribueret] * magnificentiae et sanctitudini confessoris. Numquid non huic partim simile [miraculum] * illud scilicet quod quondam Romae papa Gregorio teste gestum perhibetur? Dicit enim quod [tunc] * temporis inundatione nimia Tiber fluvius in tantum excreverit donec clarissima urbis Romae noenia subverteret multaue tritici modiorum milia destructis horreis disperderet; quin etiam licet ad cujusdam sancti ecclesiae fenestras usque excrescens con-

* vox per
maculam
oblita.
* item.
* item.

(1) Qui supra (p. 151, lin. 16) appellatus est *Isaurius*.

scendisset, nil tamen potestatis ingredi ecclesiam habuisset. Poterat apertis ostiis hauriri, nocere quidpiam ecclesiae non poterat. Fuit ergo ad adiutorii supplementum, non ad damnosi discriminis detrimentum. Quod tamen apud beatum Oriencium aliter gestum videtur, ut videlicet virtus sanctitatis ejus etiam memoriae reparetur, qualiter debitus honor ei semper libenter exhibeatur. 5

17. Sed quia duorum signorum qualitatem sub una fere similitudine retulimus, expedit ut, quemadmodum supra polliciti sumus, signa quae in praefata viridi arbore gesta sunt pro posse videamus. Quodam igitur in loco inest quaedam glandiferi culminis arbor posita quae, ut praelibatum est, ob sancti pontificis decoris indicium videtur a Deo formata. Nam liquet aperte quod quondam petitione multorum devictus conabatur ad sedem regredi pontificatus, cum tali etiam ac tanto ministerio se minus idoneum existimans metuebat supernae providentiae talia praesumendo imprudenter contraire. Quapropter positus quidem in itinere conatus est divinam super hoc negotio dispositionem consulere; et proinde paulisper a comitibus recedens in partem solus stetit [atque] bacellum quo innitebatur in terram delgens, sese juxta eum in oratione prosternens deducit. Qui mox inter orandum licet modico deprimitur etiam somno. Tamen post paululum exurgens, mirabatur bacellum jam in virescentem conversum arborem, eumque geminos virentibus foliis ramos in altum tam cito produxisse. Tu enim quod deinceps insumendum fuisset in arboris tam veloci tamque subita perfectione facilius agnosci potuit. Quae etiam dehinc festinantius exerescens convalluit et in mirae altitudinis magnitudinem sese dilatavit. Denique brachia ejus fortissima in tantum longe lateque exerescentia dilatantur, donec onerosa et noxia domibus cohabitantium circumcirca videantur. Qua ergo de causa pagensium quidam maestus effectus, securem accepit et partem brachiorum, qua domus ejus nimium deprimeretur, viriliter incidere coepit. Nonnulli autem qui aderant haec videntes, coeperunt ei statim verbis resistere, dicentes non esse fas arborem detruncari et dehonestari quae procul dubio sciretur ob meritum beati Oriencii pontificis a Deo meruisse (1) procreari et in tantam suae magnitudinis venustatem atque decorem mirabiliter subitoque deduci. Quorum itaque monitis miser ille nullatenus adquevit, sed in sui cordis duritia persistens, in amentiam versus corruiit repente et exspiravit, et dum insuperabili potentiae benignitatis Dei pertinaciter contraire conatur, ipse sibi suus etiam contradictor et noxius adusque per perpetrati sceleris internecionem efficitur.

18. Alter vero quidam, onustum quibusdam rebus ducens plaustrum, dirigebat subter eandem arborem iter suum. Qui cum magnitudine brachiorum ejus contradicente nullomodo plaustrum posset transire, confestim arrepto secandi ferramento nititur pro viribus partem arboris detruncando comminuere. Qui ilico divina [desus] datus (2) ultione, privatur infelix hac mortali infeliciter luce, non

(1) Cod. *meruisset*: ubi notatu dignum est quam saepe haec forma in documento occurrat (cfr. supra p. 130, l. 23; p. 133, l. 18; p. 139, l. 30; p. 160, l. 14; p. 162, l. 10; p. 164, l. 19). — (2) Desus datus (?), id est desursum datus seu prostratus.

valens ad votum explere quod contra Dei dispositionem, cupidinis perustus facere sibi conatus sit inhibere.

19. Sed quoniam magnalia et opus Dei in sanctis ejus persaepe oblivioni quidem mortalibus traditur, dignum est quod illius memoriae nihil occultari posse
 3 per ipsius aequitatis opera lucidius manifestetur, ut etiam illi de quibus locuturi incipimus in suis iniquioribus factis sistantur. Unde et consequenter subditur. Homo igitur quidam praedii medietatem unius quam possidebat ecclesiae, beato pontifici Oriencio sua sponte delegavit. Quo etiam tandem postmodum mortuo, quidam filius ejus, heres dominusque rerum paternarum effectus, in loco patris
 10 surrexit. Qui mox utique testamentum quod pater ejus sancto confessori, ut dictum est, de ecclesia sponte fecisset, omnino deleri et quasi pro posse oblivioni tradere non recusavit; nec donationem et pactum paternae mercedis firmiter atque fideliter observans, Deo sanctoque pontifici ejus Oriencio honorem dedit, sed ecclesiam ac si dominus et rector sibi potentialiter possidere coepit, igno-
 15 rans quidem Omnipotentis providentiam suis quibusque fidelibus ubique talia clementer providere et providendo conservare et conservando ab inimicorum fraudibus moderando sollicitius defendere. Quapropter itaque cuidam suo filio clerico jam dictam ecclesiam ad possidendam tradidit, et sanctum Dei exheredans, usibus rerum ejus eum jugiter abuti voluit. Sed justus iudex Deus, qui
 20 nihil tale inultum abire patitur, confessorem suum non sinit ut ab hereditario jure, quavis ingeniorum ac si praeventus calliditate, frustraretur: cum utique divino verbere clericum districtius tangit, donec os quoque ejus ad aurem retorquens, manibus cruribusque contractis, totum eum debilem et velut in amentiam versum reddidit. Ad haec ergo pater ejus animadvertit se non recte apud tantum
 25 confessorem egisse; filium suum debilem arripuit et ante crebro dicti praesulis glebam reatum suum non ignorans ponit, culpam etiam suam infidelitatis, licet a Deo victus, humiliter pandit, iterumque medietatem ecclesiae filiumque debilem simul jure testamentario sanctissimo, ut prius, tradidit Oriencio. Tunc itaque divina miseratio, cui non tardat aut impotens est morborum vulnerumque cura-
 tio, clementer de subito adest subveniens infirmo: quem mox ad redivivam salutem revocatum, in pristinum quoque officium sensu corporis membrisque omnibus mirabiliter reparat. Unde benedictus per omnia Deus, qui neminem vult perire, sed ad veritatis agnitionem omnes homines fideliter venire atque in sinceritate verae fidei fundatos jugiter immobiliter permanere.

CXXII. Codex signatus num. 2628.

Olim Bigotianus 62, deinde Regius C. 4333.5.

Foliorum 157, min. (0^m, 22 × 0, 185), lineis plenis, exaratus sacc. XI.

1° Vita sancti Macharii Romani eremitae, qui inventus est a xx° miliario prope paradisum, in quo Adam conditus est (fol. 134^v-144^r).

Vita fabulosa, ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Oct., tom. X, p. 566-71.

2° Vita sancti Simeonis monachi [reclusi Trevirensis] (fol. 144^v-152^r).

Auctore Eberwino, ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Jun., tom. I, p. 89-95. Terminatur primis verbis num. 22 (ibid., p. 95), *post horam nonam sepulcrum diligenter clauditur.*

3° Narratio de miraculo imaginis sanctae Mariae, quod fit Constantinopoli sabbati die (fol. 154^v-155^r).

Inc. *Igitur si ad terreni principis praesentiam quodammodo renovatur paschalis solemnitas....*

CXXIII. Codex signatus num. 2637.

Olim Sancti Martialis Lemovicensis 123, ex dono Jacobi Joviondi abbatis (1), deinde Regius C. 3984.2.

Foliorum 196 (seu potius 195, nam in serie foliorum notanda praetermissus est numerus 94), min. (0^m,242×0,16), lineis plenis, exaratus saec. XII.

Passio sanctorum martyrum Vitalis et Agricolae (fol. 193^v-195^v).

Qualis legitur apud S. Ambrosium, *Echort. Virgin.* (P. L., tom. XVI, p. 336 sqq.), n. 1 - 10 init. (*Domino templum paravit atque obtulit*), praemissis inscriptione, prima sententia et conclusione Epistolae III (P. L., tom. XVII, p. 747); sed et ante conclusionem legitur quaedam oratio ad Deum coram populo pronuntiata, unde indicatur hanc passionem a sancto narratam esse occasione dedicationis ecclesiae SS. Vitalis et Agricolae a sancta Juliana conditae.

(1) Cfr. L. Delisle, *Cab. des mss.*, tom. I, p. 392, not. 10 et tom. III, p. 370 extr.

CXXIV. Codex signatus num. 2640.

Olim Regius R. 2627, P. 2130, C. 4133.

Foliorum 110, min. (0^m,21×0,15), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Vita sancti Hieronymi presbyteri (fol. 26^r-42^r).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 183-202.

CXXV. Codex signatus num. 2648.

Olim Colbertinus 5438, deinde Regius C. 4314.6.

Chartaceus, foliorum 98, min. (0^m,215×0,14), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Passio apostolorum Petri et Pauli (fol. 53^r-55^r).

Ut *Bibl. Casin.*, tom. III, Florileg. p. 239, col. 1 med. (*Denique cum judaeorum bello...*) - pag. 240, col. 1, lin. ult. (... *gladio necati sunt*).

CXXVI. Codex signatus num. 2653.

Olim Fontis Nostrae Dominae (1), deinde Colbertinus 5053, postea Regius C. 4309.

Foliorum 161, min. (0^m,23×0,17), lineis plenis, exaratus diversis manibus saec. XIII.

Non continetur in eo codice (ut perperam indicatur in Catalogo edito anno 1744)

Vita S. Antonii, sed solummodo citatur quaedam ejus exhortatio ad monachos suos (fol. 27^r-28^r).

1° Passio sanctorum apostolorum Petri et Pauli, quod est III kal. julias (fol. 151^r-157^r).

Auctore Pseudo-Marcello, ed. ap. Fabricium, *Cod. Apocr. N. T.*, part. III, p. 632-53.

2° Passio sancti Laurentii martyris, quod est III idus augustas (fol. 157^r-158^r).

Longe brevior quam ea quae legitur apud Mombritium, tom. II.

(2) Fol. 160^v et 161^v inscripta est haec nota manu saeculi XV: *Iste liber est Fontis Nostrae Dominae in Valesia Suessionensis diocesis Cartusiani Ordinis*, quae eadem inscripta est fol. 1^r praeter verba in *Val. Suess. dioc.*

Inc. *Tempore illo post obitum beati Sixti episcopi, cum persecutio a-*
retur, eadem namque die adduci in conspectu suo iussit beatum Laure-
tium Decius impiissimus Caesar et ait ad eum: Laurenti, ubi sunt the-
sauri ecclesiae....

3^o Assumptio vel transitus beatæ Dei genitricis....
 Mariæ.... (fol. 158^r-161^r).

Liber Pseudo-Melitonis, ed. P. G., tom. V, p. 1231-40. Deest cap. 1.

4^o [Sermo] in dedicatione ecclesiae beati Michaelis
 archangeli, quæ est III kal. octobris (fol. 161^r-161^v).

Ed. Act. SS., ad d. 29 Sept., tom. VIII, p. 61. Desinit mutilus in med. num. 4
 (*Sanctus Michael antistiti preces dixit exauditas*).

CXXVII. Codex signatus num. 2663.

Olim « de abbatis Sancti Salvatoris Vicecomitis Constanciensis diocesis » (1),
 deinde Caroli de Montchal (2), deinde Folquetii, deinde Telleriano-Remensis
 108, postea Regius C. 4311.2.

Foliorum 114, min. (0^m,24×0,17), lineis pleniss., exaratus saec. XIII.

[Dialogus] de quodam miraculo beati Martini quod
 contigit in festo translationis ejus (fol. 108^v-112^v).

Auctore Hugone archidiacono, ed. ap. Mabillon, *Vel. Anal.* (ed. 1725), p. 213
 ssq. Desinit mutilus in his verbis *vel cum filii transmirationis de ergastulo*
 (tom. cit., p. 216, col. 1, lin. 27 a fine).

CXXVIII. Codex signatus num. 2668.

Olim capituli Podiensis, deinde Colbertinus 3704, postea Regius C. 4566.5.5.

Foliorum 68, min. (0^m,22×0,145), lineis pleniss., exaratus saec. XV.

1^o Hieronymi epistola ad Paulam et Eustochium de
 assumptione beatæ Mariæ virginis (fol. 51^v-63^v).

Hieronymo scilicet falso attributa, ed. P. L., tom. XXX, p. 122-42.

2^o Pauli primi eremitæ vita per beatum Hierony-
 mum compilata (fol. 64^r-67^v).

Ed. P. L., tom. XXIII, p. 17-28.

(1) *Iste liber est...*, nota inscripta fol. 112^v manu saec. XIII. — (2) Ad hujus
 bibliothecam spectat nota *cod. CXXVII* inscripta fol. 1^r.

CXXIX. Codex signatus num. 2669.

Olim Comitum Bethuniorum, deinde Regius C. 4518.1.

Foliorum 138, min. (0^m,215×0,15), lineis plenīs, exaratus saec. XIII.

1° [Historia monachorum] (fol. 1^r-57^v).

Auctore Rufino Aquileiensi, ed. P. L., tom. XXI, p. 387-402. In codice perperam inscribitur Hieronymo; capp. 14, 15 et 16 transposita sunt: nimirum cap. 14 est post cap. 20, inter duo additamenta, alterum de duobus Machariis, de quibus capp. 28 et 29, alterum de S. Hospicio recluso, cap. 15 longe post (fol. 67^r-69^r) inter excerpta ex aliis libris de Vitis Patrum quae sequuntur (fol. 57^r-67^r), et cap. 16 post Vitam S. Frontonii (fol. 99^r-102^r).

2° De sancto Pacomio (fol. 69^r-76^r).

Vita diversa, sermone magis quam rebus narratis, ab ea quae edita est P. L., tom. LXXIII, p. 227-72.

3° Vita sancti Hilarionis (fol. 76^r-91^v).

Auctore S. Hieronymo, ed. P. L., tom. XXIII, p. 29-34.

4° Vita sancti Frontonis (fol. 91^v-94^v).

Diversa, sermone magis quam rebus narratis, ab ea quae edita est P. L., tom. LXXIII, p. 437-42.

5° Vita sancti Malchi monachi (fol. 94^v-99^r).

Auctore Hieronymo, ed. P. L., tom. XXIII, p. 33-60.

6° De sancto Paulo (fol. 102^r-107^v).

Auctore Hieronymo, ed. *ibid.*, p. 17-28.

7° Vita beati Antonii (fol. 107^v-138^v).

Auctore Athanasio, interprete Evagrio, ed. P. L., tom. LXXIII, p. 125-70. Desideratur prologus, et Vita paucis mutila desinit in fine cap. 58 (*Confido in Domino quia*).

CXXX. Codex signatus num. 2672.

Olim Colbertinus 3615, deinde Regius C. 4518. 5.

Foliorum 112, min. (0^m,21×0,14), lineis plenīs, exaratus diversis manibus saec. XIV.

1° Beati Hieronymi [liber] de ortu beatæ Mariae (fol. 1^r-6^v).

Omnino sicut in cod. 1864, 1° (supra, p. 87), nisi quod in codice 2672 legitur

et altera praefatio (*Qui terram auri consciam fodit....*), ed. apud Tiscendorf, p. 53-54.

2° **Transitus sive assumptio sanctae Mariae matris Domini nostri Jesu Christi (fol. 7^r-12^r).**

Pseudo-Melitonis liber, ed. P. G., tom. V, p. 1231-40.

3° **Miraculum de Theophilo paenitente (fol. 12^r-12^v 79^r-86^v).**

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Febr., tom. I, p. 483-86.

4° **De miraculis sanctae Mariae matris Christi (fol. 13^r-78^v et 95^r-108^v).**

Inc. prol. *Ad omnipotentis Dei laudem cum saepe recitentur sanctorum miracula....*

Inc. Mir. *De quodam archiepiscopo. Fuit in Toletana urbe quidam archiepiscopus qui vocabatur....*

Miracula circiter septuaginta. Ultimum, cujus exordium tantummodo in codice legitur, folio vel foliis sequentibus excisis, inscriptum est *De igne novo*, et sic incipit narratio: *Annus Domini qui ab incarnatione ejus die initium accipit, computari millesimus centesimus xxxv^s primus inchoabat anno Ludovici xx^o tertio et filii ejus Philippi secundo, die sancti Vincentii martyris...*

CXXXI. Codex signatus num. 2674.

Olim Colbertinus 3190, deinde Regius C. 4316. 2. 2.

Foliorum 107, compactus ex diversis codicibus minoris formae, sed non ejusdem, diversis temporibus exaratis inter saec. X et XIII.

Hieronymi [liber] de nativitate sanctae Mariae (fol. 64^r-70^r).

Omnino sicut in cod. 1864, 1° (supra, p. 87). Haec pars descripta est saeculo XIII.

CXXXII. Codex signatus num. 2675.

Olim sancti Martialis Lemovicensis 36, deinde Regius C. 4586. 2.

Foliorum 96, min. (0^m, 215×0,12), lineis plenis, exaratus saec. IX.

Sanctae et egregiae recordationis Oddonis * abbatis sermo nuper hortante domno Theotolone episcopo de adustione beatissimi Martini Turonensis ecclesiae editus (fol. 11^r-16^r).

* *cod.*
Oddoni.

Ed. *Bibl. Clun.*, p. 145 sqq. Desinit mutilus in his verbis *flamma purgaverit. Discussant* (*ibid.*, p. 149 B).

CXXXIII. Codex signatus num. 2692.

Olim Collegii de Navarra Parisiis, deinde Thuaneus, deinde Colbertinus 4608, postea Regius C. 4315. 7.

Chartaceus, foliorum 207, min. (0^m,22×0,143), lineis plenis, exaratus saec. XV.

1° [Eusebii ad Damasum Portuensem episcopum et Theodosium senatorem urbis Romae epistola de morte S. Hieronymi] (fol. 1^r-30^r).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 230-82.

2° Sermo sancti Augustini de morte sancti Hieronymi ad Cyrillum [episcopum] Hierosolymitanum (fol. 30^r-36^r).

Ed. P. L., tom. XXXIII, p. 1120-26.

3° Epistola Cyrilli Hierosolymitani episcopi ad venerabilem patrem Augustinum de morte beati Hieronymi (fol. 36^r-63^r).

Ed. *ibid.*, p. 1126-33.

CXXXIV. Codex signatus num. 2695.

Olim Puteanus, deinde Regius C. 4321.

Foliorum 130, min. (0^m,20×0,14), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

Magistri Jacobi de Vitriaco vita dilectae Domini Mariae de Ognies (fol. 119^r-150^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Jun., tom. IV, p. 636-66. Sed non pauca passim praetermissa sunt, praesertim quae ad orationis ornatum pertineant.

CXXXV. Codex signatus num. 2717.

Olim Sancti Amandi in Pabula (Elnonensis), deinde Telleriano-Remensis 206, postea Regius C. 4522.2.

Foliorum 140, min. (0^m,17×0,15), lineis plenis, exaratus partim saec. X (fol. 1-107), partim saec. XII (fol. 108-140).

1° [Passio sanctorum Cyrici et Julittae] (fol. 108^r-123^r).

Passio metrica, libellis tribus, manifeste desumpta ex Passione conscripta ab Huchaldo (ed. P. L., tom. CCCXXII, p. 851-58). Quam scilicet metro utcumque alligavit Gunterus quidam monachus Elnonensis ineunte saeculo XII, cujus et manu exarata plane videtur ea pars codicis, et eidem attribuenda etiam, non Philippo Harveng seu de Eleemosyna, *Translatio sancti Cyrici* mox memoranda (1). Passio illa metrica haecenus inedita est nec certe per se digna quae edatur; attamen cum et nomen auctoris notum sit et manifestum quo tempore et loco scripserit, forte aliquo momento non caret ad illustrandam historiam litterariam, praesertim rei hagiographicae, et ideo illam hic exhibere non piguit. Vid. Append.

2° *Translatio sancti Cyrici* (fol. 123^r-126^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Jun., tom. III, p. 34-38.

3° *Passio sanctorum Nerei et Achillei martyrum* (fol. 126^v-138^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 12 Maii, tom. III, p. 6-13; sed in codice exciso folio desunt quaedam initio, videlicet a medio prologo (post verba *de graeco transtuli*) usque ad med. num. 4 (... *concepto fetu morbi nascuntur*).

4° *Passio sancti Pancratii* (fol. 138^r-140^r).

Ed. *ibid.*, p. 21.

Appendix ad cod. 2717.

PASSIO SANCTI CYRICI (Cfr. supra, 1°).

[PROLOGUS].

**Praeseries nostri sic praecinit ecce libelli
De magno parvi martyrio Cyrici.**

Omnis cum Domino studeat servire superno
Ac pro posse suo corde placere pio,

(1) Quae omnia plane demonstravit cl. L. Delisle, *Cab. des mss.*, tom. I, p. 310 extr.-311.

Valde pavescendum graviterque mihi lacrimandum
 Quod sibi nil placitum, nil fero gratuitum.
 Omnis in ecclesia lotus baptismatis unda
 Ut potis est dona fert hodieque sua.
 Affert maturos hic agelli messe maniplos
 Votivus Domino haud sine velle pio,
 Dat pro susceptis grates et suscipiendis,
 Ut, sicut primum, denuo pinguet humum,
 Supplicibus votis id agens iterando quotannis
 Ut Domino pensum ferre queat solitum.
 Nec non artifices varios faciendo labores.
 Iste fatigat amor, possidet iste labor,
 Ut pro posse suo solvant sua dona Tonanti,
 A quo procedunt quae bona percipiunt,
 Anquinos rictus qui dempsit per crucis ictus,
 Terribilis reprobis, mitis et ipse probis.
 Hinc ego, Christe, tuus, te me redimente redemptus,
 Quamvis exiguus, mente tamen famulus,
 Martyris eximium Cyrici te dante triumphum
 Carmine succincto notificare volo.
 Aevo nempe tener, validis sed viribus acer,
 Belligerans famulis dat documenta tuis,
 Ut vincant fortem pugnando viriliter hostem
 Cujus complicitibus tollitur ille cibus
 Per quem terrigenae capiunt superae bona caenae,
 Quam plus agnus habet, justus et omnis avet.
 Hoc autem per te fiat tantummodo, Christe,
 Haud per me modicum, insipidum, stolidum,
 Qui nullo sane dono renitescio sophiae,
 Rite tuam doxam promere quo valeam.
 Tu tribuis cunctis sicut Deus esse creatis,
 Ut te magnificent, te quoque glorificent.
 Tu concede mihi linguam te magnificandi
 Et meritum Cirici martyris eximii,
 Ejus ut egregius saevo super hoste triumphus
 Nobis optatae spem tribuat veniae.

[LIBER I.]

Dicto prooemio jam textus affluat ordo.

[I]. Omnipotens auctor caeli terraeque creator,
 Compatiens mundo mortis ditone subacto,

[LIB. I.]

* sic.

Se quoque postposito saevo servire tyranno,
 Linqvens angelicas, sumpturus nostra, catervas,
 Venit ut in terris vires elideret hostis
 Qui sibi captivum genus omne tenebat hominum *.
 Omne malum suadens et ad impia tartara mittens.
 Impius ut reprobis, prorsus sic haud secus almis,
 Sic et mors cunctis dominans per climata natis,
 Quae sibimet, Christo necdum de virgine nato,
 Subdiderat gentem, late regnando per orbem,
 Cunctos sorbebat vivos quos fraude necarat.
 Attamen in tenebris positus tantummodo justis,
 Sicut et in poenis reprobis saevissime trusis,
 Donec, summe Pater, nos prospiceres miseranter
 E caeloque tuum faceres descendere natum,
 Quatinus ex sacra carnem sumendo Maria
 Natus Patre, pari dignatus matre creari,
 Verus homo fieret nostrique simillimus esset,
 Ut subeundo trucem mundi pro crimine mortem,
 Ipsius auctorem faceret violenter inermem,
 Quo nos eriperet, ne saevus hostis haberet ;
 Nec non Leviathan maxillam perforat atram,
 Qua pius ipse suos miserando reduceret orbos,
 Quos super angelicis copulavit in aethre choreis,
 Secum multimodum ducens superando trophaeum.
 Despolians orcum, praedam dum tollit, avarum.
 Et ditans caelum sociorum plebe recentum.
 Culmina namque poli liquit tumor impius hostis,
 Fautoresque sui cameris inclusit averni ;
 Horrores Erebi nihilat patientia Christi,
 Credentesque sibi sublimat ad ardua caeli.

* sic.

II. Sed quoniam donis tantae pietatis *
 Sordens peccatis fuerat sine clinicus orbis,
 Namque salutiferam sacri baptismatis undam
 Haud norat, populusque Dei doctore carebat,
 Quo mala desereret, per quem bona scire valeret.
 Ut veram lucem clare cognoscere posset,
 Dudum sponsa suis donaria misit alumnis
 Quos primum per se pius ipse vocaverat ad se.
 Sed Judaeorum cogente metu reproborum
 Tunc conclavis eos retinebat clausa repostos,
 Non autem Christi Jesu sacro sine jussu,
 Qui mandarat eis ut in una sede sederent

Quotenus e caelo virtus divina veniret
 Illos et donis caelestibus irradiaret.
 Quid moror in multis, cum possim dicere paucis ?
 Adveniente polo super ipsos Flamine sancto,
 Introeunt sanctum mox constantissime templum,
 Atque Dei verbum plebi fidissime promunt ;
 Et quos una prius vilis muliercula prorsus
 Compulit ut timido negitarent corde magistrum,
 Ipsis principibus, quos valde prius metuebant,
 Obiciunt sese fidenter et absque timore,
 Dicentes parere Deo se autem sibi malle.

[LIB. I.]

III. Hoc igitur per te potuerunt, Spiritus alme.
 Tu linguas aperis, tu praestas famina mutis ;
 Infantum linguas ut vis facis ipse disertas.
 Nec nos confundas, scelerum nec prorsus in undas
 Proturbare velis, virtutum sed dare velis.
 Coetus apostolicus per te sic fortiter egit,
 Ut per eos vires procerum premerentur et aures,
 Ut neque suppliciis verbisque minacibus ullis
 Jam Jesu Christi reticerent dogmata plebi ;
 Sed quo caeduntur, quo durius excruciantur,
 Insistunt alacres, caelestia verba serentes.

IIII. Hos veneranda cohors, fidei munimine^{*} consors,
 Quos in martyrio pro Christo sanguine fuso
 Credimus aeternae sortitos gaudia vitae,
 Prosequitur gaudens palmamque capessere gliscens.
 Hi carnis vitiis deitatis amore repressis,
 Ac per se variis macerati corpora poenis,
 Ut jejunantes, nudique, sitim patientes,
 Nomine pro Christi certant cum principe mundi.
 Ex ipsis alii vivi sunt decoriati,
 Linguas abscisi, manibus pedibus mutilati,
 In mari demersi, tenebroso carcere trusi,
 Flammis exusti, saxorum grandine pressi.
 Talia gaudentes certatim bella gerentes,
 Opprobrium populis fiunt pro nomine Christi.
 Hi sunt victores et amici Cunctipotentis,
 Qui sceleratorum temnentes jussa deorum,
 Praemia justorum modo sumunt digna laborum,
 Indepti rutilas meritorum sorte coronas,
 Haerentes firmæ Christo firmissime petrae,
 Cui junctus nullam poterit horrere ruinam.

* *cod.*
munime.

[LIB. I.]

De quis spermilogus, stravit quem caelica virtus,
 Stravit et erexit, seseque suis reseravit :
Sunt, inquit, sancti risus et verbera passi,
Sunt secti, lapidati, sunt gladiis jugulati,
Ac variis poenis passi discrimina mortis,
Nunc cum caelicolis dant Jesu cantica laudis.

V. Hunc tam famosum prisco super hoste triumphum
 Christus ab initio nobis monstrat miserando.
 Proponendo senes, infantes et juniores,
 Exemplis quorum mercatur dona polorum.
 De quibus egregium, virtutis lampade clarum,
 Et jubilo laudum per elimata glorificandum,
 Optamus Cyricum puerum, testem sed honestum,
 Utpote victorem vincentem fortiter hostem,
 Ad laudem Domini depromere laudibus amplis,
 Sit memor ut nostri semper super ardua caeli.
 Sanguine sanctorum Christo laudes perhibentum
 Necon virtutum magnalia testificantum
 Laudibus insignes palmas jubilando canentes,
 In sanctis Dominum mirabiliter recolendum
 Sinceris votis laetis celebremus et odis.
 Qui sancto Cyrico jam ter quaterque beato,
 Infanti vix tres annos aetatis habenti,
 Nec non ipsius fama celebri genetrici
 Julittae, vita meritisque probis generosae,
 Aetatis puerilis, sexus et muliebris
 Infirmum corpus necon fragiles simul artus
 Devinentibus, ipsius pietate juvante,
 Ac pro se passis undas fundendo cruoris,
 Contulit egregiam caeli super alta coronam
 Et nobis veniam scelerum concessit avitam,
 Illorum meritis intervenientibus almis
 Quorum percelebres scribendo notamus agones.
 Quapropter veluti nos hortatur sacra mater,
 Mater quae Domino nos confovet ubere pleno.
 Quatinus uberius caelestia percipiamus
 Et hac in eremo degentes non sitiamus :
 Est justum, dignum, nobis et semper amandum
 Glorificare Patrem nos jugiter omnipotentem,
 Ipsius et Genitum sibimet sine fine coevum,
 Spiramenque sacrum numquam deitate remotum,
 Ut quod psalmicanus canit et nos perficiamus :

*Tempore continuo caeli Dominum benedicam,
Cujus in ore meo laus numquam desinit esse,
Et laudabo Deum qui regnat ubique locorum.*

[LIB. I.]

VI. Est equidem gratum Domino prorsus holocaustum,
Dum pro posse sui dant illi pneumata laudis
In mundo puram quos constat vivere vitam
Fortiter et fragilis temptamina vincere carnis.
Quod nos ipse monet dum dudum talia profert :
Macla gratuitum Domino laudis holocaustum.
Haec quantum prosunt sacra nobis dogmata produunt.
Nam sacra cum nobis Scriptura jubendo referret :
Sacrifica placitum Domino laudis holocaustum,
Reddens Altithrono cordis mundissima vota,
Intulit actutum quod nobis proficuosum
Et mundi totum superexcellens pretiosum :
Tempore tristitiae clama fidentius ad me,
Dum simul a cunctis te te redimendo sinistris
Salvificem citius, dans omnia commoda promptus,
Et mihi sublimis tu reddes culmen honoris.
Dicit item psalmus supra saepissime fassus :
Voce pia Dominum laudans laudabo per amplum,
Reddat ab infestis ut me miserans inimicis
Securum, semper tueatur et omnipotenter.

VII. Namque quod hoc isti summo conamine sancti,
Quorum nunc actus in laude Dei celebramus,
Et reliqui testes implere Dei studuerunt,
Ipsum laudantes, in poenis magnificentantes,
Conservavit ab insidiis ipsos inimici
Et perduxit ad aeternum sine tempore regnum,
In quo florigeris redimitti tempora sertis,
Ipsum magnificent et ei sacra cantica cantant.
Nos et in istius positi discrimine mundi
Inter multimodas vitae praesentis aerummas,
Laudemus Dominum, qui summa salus populorum,
Qui nos solatur, qui nobis propitiatur,
Fidentes in eo non segni corde sed amplo,
Quod nos a cunctis teget hic miserando sinistris,
Qui speramus in ipsius larga pietate,
Illic aeternae supplebit gaudia vitae,
Tristia quam fugient, cui semper prospera cedent,
Istorum meritis precibusque juvantibus almis
Sanctorum quorum sollemnia nunc veneramur

[LIB. I.]

Et quorum strictim certamina notificamus,
 Illa refutantes ut stercus et abicientes
 Frivola, quae quidam quondam super his idiota
 Falsiloquus, fallax et mimographus perineptus
 Ac rabulans, calamo compegit valde scabroso,
 Et hinc a populis divinae religionis
 Gelasio papa sunt inter apocrypha facta.

VIII. Nos autem cunctis condignum laude trophaeum
 Infantis Cyrici, sed martyris oppido magni,
 Ad decus, alme Deus, venerando tuum celebramus.
 Qui prius atque per aetatem te scire valeret.
 Ipsum tu praevenisti elementer et ejus
 Mentem caelestis mellisti nectare roris,
 Atque per os pueri nec adhuc aetate loquentis
 Nominis ipse tui laudem faciens decorasti,
 Ut non credentes per eum pugnando jugares
 Atque refutantes tanto pugili superares,
 Nec non martyrio tete sudante peracto
 Inter eum caeli concives laetificares.
 Quapropter sicut per saecula manet benedicta,
 Sit benedicta, Deus, tua semper maxima virtus,
 Quae bene per puerum voluit superare tenellum
 Armatum fortem jam cuncta sibi subigentem.
 Pro ejus meritis tribuat tua gratia nobis
 Ipsius insidias hostis superare malignas.
 Ergo tua pietate sacra nobis comitante
 Accedamus ad haec narranda fideliter acta.

VIII. Arbiter atque salus homines Christus miseratus,
 Dum mundum miseris absolvere vellet aerumnis
 Et genus humanum, quod habebat mors male tentum,
 Reddere caeligenis disposeret ipse catervis.
 Tempore labentis quo finis creditur orbis,
 Quodque sui Geniti voluit natale beari,
 Misit christicolis sacra dona suae pietatis,
 Ingeniti Genitum sibimet deitate coevum,
 Flamme de sancto Maria quoque virgine natum,
 Tempore quo quadragenum tenet atque secundum
 Imperii rex Octavianus praecluis annum,
 Quod quinquagenos senos regit ipse per annos.
 Sed verae pacis nutu tunc carne manentis
 Oceani spatium post pace vigente per amplum,
 Compositis populis tranquilla pace quietis

Rexit pacatum belli terrore remoto.
 Hanc quoque vim sibi succedentibus ipse reliquit.
 E quibus Aurelius, post Alexander iniquus,
 Ex numero regum se succedendo sequentum
 Ordine transactis vigesimus exstitit annis
 Christi bis denis senis pariterque ducentis.
 Cujus temporibus fieret cum maxime sanctae
 Ecclesiae matris nostrae vexatio natis,
 Militibus sanctis certamina multa geruntur,
 Martyrii variis qui suppliciis macerati,
 Donantur roseis Domino donante coronis.

[LIB. I.]

- X.** In quibus et sanctus meritorum lampade clarus
 Natu Romanus, praesul Romae venerandus,
 Nomine Calixtus, cunctis saeculis memorandus,
 A sancto decimus Petro sed et ordine sextus,
 In templo Domini dum stat solidissime fixus,
 Ejus mandatis insistens corde fideli,
 Saeva jam dicti rabie surgente tyranni,
 E saepto Christi rapitur manicatus ovis.
 Truditur infesto tenebrosi carceris antro,
 Afficiturque fame diuturna cotidieque
 Caeditur et tecto praeceps demittitur alto.
 Post haec suscepti quam diro pondere saxi
 Mergitur in puteum jam martyr nobilis altum,
 Sicque coronatur nitidaque stola decoratur.
 Praecluis Urbanus successor splenduit hujus :
 Lumina nam mentis splendens erat et documentis.
 Multos martyrio qui jungens dogmate divo,
 Quem reliquis calicem porrexerat, hunc sibi tandem
 Gustavit claram capturus in aethre coronam.
- XI.** Hac prope captura jam finem luce diurna
 Desinat ecce liber finem faciat quoque noster.

[LIBER II.]

Dat finem primus liber, initiumque secundus.

- I.** Ut praecedenti libro taxavimus ipsi,
 Saevus Alexander, zabuli per cuncta minister,
 Persequitur justos, depellit et undique sanctos.
 Cum demum fines fertur tractare plagasque
 Qua datur ascendi lampas nitidissima solis,
 Persequiturque pios Christi cultu reverendos,

[LIB. II.]

Praeses et aequivocus praerat his partibus ejus,
 Cujus sic feritas velut illi nomen erat par.
 Junctus Alexandro ferus Alexander iniquo,
 Inter hic innumeros quos afficit undique sanctos,
 Quos, inquam, variis crucibus sed et exagitatis,
 Mortibus et poenis vexarat sat truculentis,
 Jussit matronam Julittam nomine quandam
 Ad propriam sedem deduci judicialem,
 Arbiter injustus qua venit sede locandus.
 Hanc in lege Dei meditantem jugibus hymnis
 Fama boni cunctis celebrem reddebat odoris,
 Cum pura mente perstans castoque timore,
 Assiduabat se mandaminibus reverendis
 Caelestis regis, ejus validissima cultrix,
 Abra Dei cultu penitus sed nobilis ortu.
 Quae sibimet parvum refovebat ab ubere natum.
 Nam post lac carnis divae mandamina legis
 Tradens, hinc carne nutriebat et hinc deitate.
 Non ut ei deitas foret, at cultus deitatis,
 Infigens illi complexus et pietatis
 Oscula maternae, praebebat dogmata vitae.
 In tironatum caelestem sancto fonte renatum *
 Lacteque lactentem lactans dum mulcet herile,
 Pura sacrae fovet hunc fidei pietate.
 Nomen et huic Cyricus, aevo necdum quoque trimus.
 Non habet hic naevum qui taliter hoc agit aevum.

* sic.

- II.** Ergo sibi turba male consurgente dolosa
 Perque secutorum nimis impietate ferorum
 Insurgente sibi Domini in verbis meditantem,
 Summa voce precum regem clamavit ad illum
 Cui semper curae cunctis fidentibus in se,
 Auxilii citius suffragia ferre benigni.
 Hunc sibi cum puero posebat adesse tenello,
 Ipseque, summa salus cui perstat summaque virtus,
 Xenia multiplicis concessit eis pietatis,
 Vim dans his animi contra ferulas inimici.
- III.** Praesidis est equidem mox praesentata Julitta
 Vultibus, et blando primum blandita susurro,
 Postque minis variis manet increpitata virilis.
 Inde requisita quibus esset partibus orta,
 Tum quoque cujatis narraret se fore gentis,
 Atque simul cujus sese civem daret urbis,

Nomine quo dicta, quo religione vocata,
 Singula quaerenti retulit nihilominus illi :
Si patriam quaeris, Isauria fertur haberi :
Ex urbis sata sum primoribus Yconiorum.
Si quaeris nomen, si quaeris religionem,
Cultu christicolam me, nomine scito Julittam.
Ciliciae adveni partes Tarsique morata.
 Perfidus hortator fit praeses ad ista relator :
Tu tibi consule : jam fac, hortor, quod tibi dicam.
Edictum regis studeas complere potentis,
Debita dando diis merito libamina nostris.
 Illa sub haec retulit : *Non templis impietatis*
Sacrificio, surdis nec do libamina saxis,
Vera Dei veri quia sum certissime cultrix.
 Tum suggestit ei quod primum dixerat ille :
Sacrificare diis tibi suadeo concite nostris,
Ne jam tormentis tibi partis subiciaris.
 Tunc Alexandro respondit ut alma virago :
Nec dis sacrificio, tua nec tormenta pavesco.

- III.** Sermones illis dum dat contentio talis,
 Afflictebatur nimio maerore Julitta,
 Non hac pro pugna nec ob haec tormenta parata,
 Sed quod jam parvi solatia nulla puelli
 Speraret tribui sibi in hoc certamine belli :
 Nam putat ictibus hunc jam cessurum minitantum.
 Verum carnifici deduci suggerit ipsum,
 Declarans ubi sit, ubi perquiratur hic infans.
 Et cur prodit eum nisi quo certamen honestum
 Prorsus uterque daret, simul ipsis aether ovaret ?
 Hunc genitrix prodit quia sanctos bestia rodit.
 Ecclesiae consors ne martyrii foret exsors ;
 Mater eum vovit quem plenum Pneumate novit ;
 Mater amore Dei secum cupit hunc jugulari,
 Sperans se vitam capturos inde perennem.
 Praeses praedictus, dans ut fera noxia rictus.
 Impius hos rodit quos non pius arbiter odit.
- V.** Praesidis ad jussum perquirunt inde puellum :
 Vultibus illius mox ducitur ipse repertus.
 Et praesens tenerum cognoscens protinus aevum,
 Primum blanditiis, ut fert aetatula talis,
 Alloquitur puerum, sermonibus inde minarum.
 Ast puer, insignis teneris qui cernitur annis,

[LIB. II.]

- Esse sibi mentem deprompsit mox seniore.
Denique blanditias mulcentis vituperandas
Spernens atque minas minitantis non metuendas,
Constanti est animo, pariter sermone disertio,
Totus visceribus se christicolam fore fassus, 3
Protestatus se numquam discedere posse
A cultu regis caeli per saecula manentis.
Denique rex regum necnon dominus dominantum,
Qui natus mundo de matris virginis alvo,
Undique praecinxit sese virtute potenti 10
Ad debellandas hostiles jure catervas,
Ecclesiam fidei fundamine consolidavit,
Ut jam cessaret veterum cultura deorum
Et barathri portae subcumbant huic tenebrosae,
Ipseque munivit hanc militibus venerandis, 15
Quis confisa suos defenderet undique muros,
Ne turmis aditus pateat hostibus ullus.
- VI. Ex quibus iste viget de quo nunc mentio pollet.**
Ex aetate puer sensusque vigore magister.
Gratia caelestis hunc inspiravit abundis 20
Flaminis aetherei sermonibus et documentis,
Virtutisque suae vim pectoris indidit aulae
Ejus, ut adversus fieret hostilia tutus.
Hunc quoque tantillum fecit Deus esse disertum,
Cujus praecepto reseratur lingua tacenti 25
Et quis non aevo linguae datur ulla facultas,
Frenum naturae retinens, linguas dat apertas.
Quapropter coram dum praeside staret hic infans,
Elinguis modico tam parvi temporis aevo,
Flamine continuo sic imbutus fore sancto 30
Dicitur ut senibus sapientior esse daretur.
Denique fit doctor ejus tantus habitator :
Namque per infantem fabatur Spiritus idem
Qui perfudit eum propria pinguedine totum.
- VII. De quo miratus sic praeses ei datur orsus :** 35
*Pande mihi, moneo, quis haec tibi dogmata dando
Extiterit doctor sensusque tui moderator.
Tum quoque consilium prudens complectere nostrum.
Desine grande loqui sed et irrita famina fari,
Ne jam subdaris infestantissime poenis, 40
Dum prorsus nostrum studeas offendere jussum.
Post haec carnifici sapiens infantulus infit :*

*En tua rite palet nimis insipientia, praeses,
 Qui dum tantillum mihi temporis affore cursum
 Cernas, non trimum, sed et utilis ad sapiendum
 Non videar, quaeris quaenam prudentia tanta
 Venerit e caelo, dans haec documenta puello.*

[LIB. II.]

Impius auditis tunc praeses hisce relatis,
 Mox dementatus nimioque furore repletus,
 Jussit eum flagris caedi vehementer acerbis.

VIII. O rabies infanda lupi feritasque tyranni !
 Cur hunc tantillum, tam parvi temporis ortum
 In se gestantem, tam parvula membra gerentem,
 Applicuit flagris, cui virgula sat foret una ?
 Quae subito tenerum corpus daret illaceratum,
 Gratia caelestis nisi conforet auxiliatrix,
 Mactatae carnis pariter fieret reparatrix.
 Namque flagellatus dum respiraret anhelus,
 In caelum parvos oculos parvosque lacertos
 Tendens, ipse suum vires posebat asylum
 Christum, quo pro se rex pugnam sumeret ille.
 Tum Reparatori proprio dans corde libenti
 Grates, et laudum munus clamabat ad ipsum.
 Christe, tibi laudes, dare nos conflictibus audes,
 Associans vitae quotquot perstant tibi rite.
 Spiritus en noster te, rex, benedicit ovanter
 Nostraque dant laudem tibi viscera convenienter,
 Virtutum domine, qui pro te bella gerenti
 Infirmo tribuis virtutis dona salubris.
 Ictibus at diris insultans atque flagellis,
 Dicitur ipse puer haec verba sonare frequenter :
Verbera crebra date, fateor me christicolam esse.
 Quod dum voce pia sacer infans ingeminaret,
 Vires carnis ei reparabat gratia Christi :
 Corporis et cordis nam suspiciebat ocellis.

VIII. Ecce redit menti cujusdam fabula facti
 Quod fertur gestum luctamine monomachiae.
 Extiterant priscis Antheus et Hercules annis.
 Seria conflictus iniit constanter uterque ;
 Cestibus et pugnis fit ab his immane duellum.
 Inque vicem sese luctantes arripuere.
 Hercules Anthei jam ferme vi superatur :
 Namque erat auxilio mater Berecinthia nato,
 Et sese terrae prosternens Antheus ipse

[LIB. II.]

Matre sua tacta sibi vim multam capiebat.
 Viribus Herculei sed tandem vincitur Antheus.
 Sic quoque qui fuerat jam se vicisse gavisus,
 Maerens efficitur quod ab hoc redit superatus.
 Cur, fratres, sanctis istud volui reverendis
 Misceri factum, jam nunc audite. Bonorum
 Actus decrevi per facta referre malorum,
 Sicut jam praesens vobis stilus enucleabit.

- X. Est supra dictum quod dum Cyricus pateretur,
 Cum manibus vultum tendebat ad aethera, Christum
 Auxilium poscens, sic vires inde resumens,
 Ad saevos ictus, Christi munimine tutus,
 Stabat et intrepidus cunctoque pavore remotus.
 Vires ille sibi terratenus accipiebat,
 Terrea qui curans quae terrae sunt sapiebat ;
 Caelitus iste sibi vim sumens, non metuebat
 Terrenos proceres, quia caelica regna petebat.
 Corporis ergo sibi vis tanta fuit patienti
 Ut praeses stolidus fieret simul et stupefactus,
 Mirans aetatem tantillam sic tolerantem
 Ictus tam validos, tam crebros, tam truculentos.
 Nam Deus immensus, rex justitiae venerandus,
 Gratia ejus hunc in primis alma diebus,
 Quis fusus mundo jam mundum respuit ipsum,
 Amplificans, in se decrevit justificare
 Ad se clamantem, tortores et patientem,
 Visceribus sacris exaudivit pietatis
 Et coram cunctis quam maxime mirificavit.
- XI. Inclita tum mater cernens in agone potenter
 Hoc positum puerum, nimis exultabat in illum
 Qui vires ipsi dederat flagra saeva ferenti.
 Vocis et officio, manuum cordisque, benigno
 Glorificabat eum, nomen sed et ipsius alium.
 Non metuebat eis, mundanis dico, fateri ;
 Suadebat proprio invictum persistere nato
 In fidei sanctae sacro mandamine digne.
 Jure timens diris ne cederet ipse flagellis,
 Annis hoc teneri certe cogentibus aevi.
 Sed naturalis quod ei lex debuit aevi,
 Scilicet ut nullum quiret tolerare flagellum,
 Praeveniendo palam virtus divina negabat,
 Martyre pro parvo sibi verbera suscipiendo.

Et sic, sic fieri stilus incohat ecce fateri.
 Namque lacertorum cum vim compesceret horum
 Qui torquent ipsum vapulatio crebra puellum,
 Ac penitus manuum vis destrueretur eorum,
 Sic infans animum gestans erat undique firmum,
 Quatinus ipse recens et ad haec toleranda novatus
 Instauraretur, nihili fera verbera pendens.
 Magna Dei pietas, per quem fragilis viget aetas.
 Hunc a quo tantae culmen virtutis habere
 Credam pro certo, nisi Christi Flamine sacro,
 Quod spirans ubi vult facit aethera scandere quos vult ?

[LIB. II.]

XII. Praeses ad haec itidem praesentari sibi matrem
 Jussit cum nato sancto Spiramine pleno,
 Cumque nefandorum minus ad delubra deorum
 A fidei verae quiret cultu revocare,
 Fecit diversis ipsos succumbere poenis,
 Trudens horrendo tenebrosi carceris antro.
 Qui tanto sancti simul ac horrore retenti,
 Carceris ima tenent quos crimina nulla remordent,
 Suppliciiis gaudent ut Christi munera laudent.
 Hortantur sese Christum numquam negitare.
 Mox Salvatori dantur sic psallere laeti :
Nobiscum, Domine, signum sat nobile praebe,
Ut videant omnes exosos prorsus habentes
Nos, et confusi redeant pariterque redacti,
Cernentes rector nostri quod et auxiliator
Exstes, credentum consolans corda tuorum.
Christe, tuum nomen fit nobis carceris omen.
Assis nunc laudi, quam clemens, poscimus, audi.
 Haec in laude pares perstabant ingeminantes,
 Poscentes Dominum, qui stat salvatio rerum
 Suffugiumque suis manet et protectio servis,
 Daemonis a laqueis ut eos salvaret atrocis,
 Ejus Alexandri dissolvens facta ministri.

XIII. Hoc autem spatium quo tunc potiuntur, ob ipsum
 Tantum multiplices ut eis variique labores
 Carnificum manibus conficta fraude parentur,
 Caelesti fructu sine confore non patiuntur,
 Spondentes aliis palmam secum religatis,
 Parerent Christo si daemone jam negitato,
 In Christo proprium cum spe ponendo vigorem.
 Et sic ipsorum fidei pignus memorandum,

[LIB. II.]

Necnon praecellens animi constantia clari,
 Et robur mentis simul et patientia fortis,
 Primitus infirmos, fidei tunc robore firmos
 Hos reddens, sanctum dabat illis optime zelum.
 Et numero quantos dicemus confore clausos
 Cum puero Cyrico simul et cum matre Julitta.
 Aemulor antiqui seriem haec revocando libelli.
 Quadringentos quater undenos simul, inquit,
 Istis cum sanctis retinebant vincula claustris,
 Quos secum fidei cupiunt convertere Christi.
 Quae lacerant mentes vitiorum sternere sentes
 Hos exhortantes documentaque plurima dantes,
 Verbi sementis quibus obtinet abdita mentis,
 Attestabantur nihilum fore segnius umquam
 Nec pejus Christi quam nomen non venerari :
 Hoc est nam solum quo stat genus omne redemptum
 Humanum, dico, pariter salvatur in ipso.

- XIII.** Haec documentorum pia margarita sacrorum
 Non data sunt suis, velut haec per verba probamus.
 Istos exemplis et multis post documentis
 Postquam veraces senserunt vera loquentes,
 Gratia caelestis fidei donum parat ipsis,
 Qua sine nil recti mundo quis in hoc operari
 Praevalet ac sacris virtutibus amplificari.
 Denique cui proprium est quosquam non velle perire
 Ast ut salventur dextram praebere supernam,
 Compita perpetuae quo possint scandere vitae,
 Fecit et hos paribus hostilia linqere votis
 Et detestari serpentini arma veneni,
 Omnibus et pompis zabuli certissime spreis,
 Quaerere cum sanctis felicia gaudia regni.
 Et quid plus dico, per multaque verba susurro ?
 Istorum meritis et praeclaris documentis
 Jam sunt confessi se in nomine credere Christi.
 Laude Patris, Nati, reboant et Flaminis almi,
 Haec tria personis, fore majestate sed unum
 Credentes, proprios qui certe solus alumnos
 Praevalet a cunctis hostis salvare periculis,
 In caeleste suum pariter transducere regnum.
 Sic squalor mundi fidei fervore faecescit.
- XV.** Omnes hi sancti, magis atque magis solidati
 Atque super lapidem fundati cuncta tenentem,

Regno caelesti se gaudent aptificari.
 Nunc quid Alexandro dicemus de furibundo ?
 Qui se continuit, fieri dum talia vidit,
 Dum videt hunc populum contemnere fana deorum ?
 Hac re comperta, quod turba neophyta facta,
 Sacratae matris Cyrici, nati quoque, dictis
 Ad tironatum Christi conversa benignum,
 Ejus militiae foret haec adscripta beatae,
 Trux lupus exsanguis ira, Lernaeus ut anguis
 Bile sub obliquo retinens anguina venena,
 Pervasus nimis infelix errore furoris,
 Impius hanc fortem coram jubet ille cohortem
 Immitis iudex ad se deducier omnem.
 Quod sic est actum velut hic mandavit agendum.

[LIB. II.]

XVI. Astantes illi concordi voce fateri
 Non nutant sese Christi cultoribus esse
 Junctos, ut supero scribi mereantur in albo.
 Post haec indictum dans impius ille nefastum,
 Jussit eos plecti poena citius capitali.
 Prosiliat stilus hinc, ne stillet pagina guttis ;
 Dicere festinet, lacrimis ne noster humescat
 Hic liber edicto super hoc nimium male suaso.
 Qui non mutati, potius sed consolidati,
 Haerentes firmae Christo firmissime petrae,
 Ejus se sacro signantes concite signo,
 Cervices certant percussori feriendas
 Tradere, perpetuae sperantes gaudia doxae.
 Ut fons est cervo, sic tortorum fit acervo
 Mors pretiosa, sacris quibus est vis pectoris acris.
 Cespitibus mundi sic omnes hujus adempti,
 Gaudia sunt regni caelestis ovanter adepti,
 Vitam sumentes cum Christo jure perennem,
 Quem non de mortis servos piget abdere portis,
 Pro cujus summo simul incunctanter amore
 Morte cita poenam congaudentes subiere.

[LIBER III.]

Tertius explicito liber incipit ecce secundo.

[I.] Hac igitur cuncti, completa merce salubri,
 Qua pro terrenis caelestia gaudia nacti,
 Hi quater undeni quadringenti quoque sancti

[LIB. III.]

Aeternis alacres potiuntur pro perituris,
 Ac pro melle acidum commutant prorsus acetum;
 Dantes mortale regnum, tenere perenne,
 Postposito coeno, vernantes in paradiso.
 O quam mirandus hic rex est atque colendus,
 Qui tot seu tantos nanciscitur undique servos!
 Quattuor atque quater denos centum quater una
 Hora nunc una caelestis luminis aula
 Excepit, claustris cito cuncta obstacula rumpens,
 Hisque fores reserans quas obserat ipse superbis.
 Praesidium, Christe, fuit istis transitus iste.
 Flatus astra petunt, super arvaque membra recumbunt,
 Sanguis et exundans effervet maxime spumans.

* *cod.*
 efferbet.

II. Hic vis mentis hebet, simul et linguae sonus haeret
 Effari rivos istorum sanguinis altos.
 Et quid Alexander? quid daemonis ille minister,
 Menteque qua viguit, fieri dum talia vidit,
 Sanguinis effusas terra absorbere procellas?
 Quis furor huic post haec in sanctos stringere tela?
 Nam restat Cyricus puer almus, mater et ejus,
 Martyrii nitidam capturi jure coronam,
 Hos praemittentes sibi quos fecere fideles.
 Ast illos istis jam nunc repetamus omissis,
 Dum vice rite sua veniant haec enucleanda.

III. Gemmas quaerenti perhibentur hi similari,
 Inquirendo bonam sed et hanc sibi emendo repertam.
 Et quanti? Bona non tantum sua cuncta dedere,
 Sed semet dantes sumpsere hac merce parantes,
 Quae nunc in caelis fit eis possessio felix,
 Pectoris ac illam mundi super omnia pulchram
 Cernentes oculo, gaudent ob eam, venerandos
 Inter thesauros splendentem maxime regis.
 Nunc et ad historiam stilus istinc transeat ipsam.
 Effuso vero sanctorum sanguine Christi
 Corporibusque sacris proprio spiramine cassis,
 Membra beatorum praeses jubet ille cruentus
 Horum concidi, sed et ossa ac viscera spargi,
 Ne posthac possent simul intumulanda gregari
 Nec dispersorum fieret quis humator eorum.

IIII. O saevam rabiem seu praesidis impietatem!
 Non sat erat truncum terrae procumbere corpus,
 Ni faceret cumulum propriae pietatis opimum,

Pignora sanctorum non permittens inhumari.

[LIB. III.]

Sed Deus in sanctis voluit complerier istis

Regia Davidis quod fantur famina vatis :

Corpora servorum posuere perempta tuorum

Escae sint avium quo faucibus atque ferarum.

Funditur ipsorum sanguis ceu rivus aquarum,

Nec quis erat digna qui terrae conderet urna.

Hoc verbum sanctis partim completur in istis.

Nam, velut est dictum, velut est supra repetitum,

Sub divo linqui sparsim sunt undique jussi ;

Non fera, non ales, hos umquam diripuere.

Ex hoc ad sanctos noster redeat stilus illos

Per quos ad fidei sunt isti culmina vecti.

V. His ita martyribus consummatis, truculentus

Praeses Alexander, velut iratus leo frendens,

Quamvis imbutus foret undatimque cruentus

Sanguine sanctorum, tamen impia suppliciorum

Praesentata dari sibi praecipit arma novorum,

Quae pridem Cyrico, sociata matre, tenello,

Athletis Christi trux jusserat ipse parari,

Singula cuncta dari, sic ipsis aptificari,

Bile sub obliqua retinens anguina venena :

Singula namque sacris, necnon specialia, membris

Addere tormenta pejor serpente volebat.

Ast fidei verae defensor martyr uterque,

Ut laudare Deum tantos inter cruciatus

Ipsaque vincla student, vinclis mutando tribunal,

Vincla tribunali mutabant protenus ipsi.

Horrificis poenis sibi succedentibus ipsis

Membraque sanctorum torquentibus hisce vicissim,

Pignora martyrii sanctorum corpora Christi

Carnifices variis macerant, auctis quoque poenis.

Sed flocci pendunt tormentorum genus omne,

Caelitus emisso Christi solamine sacro,

Quo solarentur sed et istis eriperentur

A tormentorum crucialibus omnigenorum.

Sicut ait plectro rex et psalmista canoro,

Divinae justis assunt oculi pietatis

Ac horum precibus aures sunt jugiter ejus.

Rex clamans itidem jucunde protulit idem :

Dum clamant justis fidentes nomine Christi,

Idem clamantium pius est auditor eorum,

[LIB. III.]

Eripiens, salvans, cunctis maeroribus ipsos.

VI. Tandem praefatus perpendens ille tyrannus
 Quod mancant alacres sancti maerore carentes,
 Quodque ferant hilari vultu plagas ferientis,
 Nec possint subigi certando nec superari,
 Indixit jussum velli cervicibus horum
 Ora, perhorrendae non horrens claustra gehennae.
 Martyrium nactus Christique juvamine mactus,
 Ut decus est palmae, sic, martyr, proficis, alme.
 Postquam martyrii desudarunt tot agones,
 Felices animae, carnali lege solutae,
 Sanctorum nitidis sociantur in aethre choreis.

VII. Quanta laetitia tunc assunt agmina sancta,
 Quadracenteni sed et undeni quater illi
 Quos praemisere sibi caeli dona parare.
 Obvia venit ovans dominis haec turba clientum,
 Angelicusque chorus cuneo processit herili ;
 Sicque supernorum penetrantes regna polorum,
 Singula dona suae mox susceperunt coronae
 Egregiis manibus retributoris sibi Jesu.
 Cuncta simul donans, datur his denarius ille
 Aequae qui tardos conducit ut optime primos,
 Mercedem dans his promissam, quam dat et illis ;
 Atque sub aurata requiescentes Patris ara,
 Jure ferunt illi modulatae pneumata laudis.
 Et quoniam primo retulerunt ipsi habitaculo
 Hoc mundo, dico non hircorum aut vitulorum
 Liba, sed ipsos se, sua corpora scilicet alma,
 Sancta Deoque placens ut sint ac hostia vivens,
 Sacrificant ibi nunc jubilo gratissima laudum
 Mentis et effectu tymiamata semper ovantes,
 Praestolando diem venturum, vestibibus albis
 Candoris gemini quo collaentur amicti,
 De qua spermilogi clamat sententia Pauli :
Hoc corruptibile tunc incorruptio fiet,
Et caro mortalis mortali lege carebit.
 Dicito, pandectes, Isaias, dicito, vates,
 Tunc quid erit sanctis cum venerit arbiter orbis
 In tellure sua quae perstat perpetualis ?
 Sancti dupliciter sibi percipient bona ovanter.
 O quae sanctorum commercia chisticolarum !
 Talis amicorum Christi mers perstat in aevum,

Qui quod hic linquunt ipsius propter amorem,
 In caeli patria sibi sumunt centuplicatum,
 Et quod simpliciter nunc spiritibus datur horum,
 Tunc cum corporibus dabitur sane geminatum.

[LIB. III.]

VIII. Namque triumphantes nitidisque stolis rutilantes,
 Veluti clari palmas gestando triumphi,
 Quo caput infestum devicerunt tenebrarum,
 Mundanos proceres mundumque simul subigentes,
 Rite canunt Christo, non oris, ut est hominum mos,
 Officio, summa sed sub dulcedine mentis
 Alleluia sonant simul, Alleluia frequentant.

VIII. Rex bone virtutum, tua sunt haec xenia laudum,
 Qui semper calles, implens carismate valles.
 Valles sunt humiles animique malo pueriles,
 Serpentes astu perstantque tibi sine fastu ;
 Hasque tibi grates caeli per saecula colones
 Dant exultantes tibi laudes amplificantes.
 Quod rex psalmographus noscens vatesque sonorus
 Psallit devote, pura reboans tibi mente :
*Rex aeternae, tui mansores sunt beati
 Domatis, in saeculum te laudabunt et in aevum.*
 Haec, rex caelestis, felix habitatio cunctis
 Est possessa tuum nomen credentibus alium,
 Quos decorant actus fidei bona semper agendo.
 Hanc tuus ingressus puer est Cyricus memorandus,
 Non in se fidens, propriis nec viribus addens
 Laudem, sed summae majestatis pietati.
 Et praestante tua quoniam pietate benigna
 Insons permansit sine culpa criminis omni,
 Nam nescire malum fertur, nec lingua dolosum
 Ejus sermonem dare, non immittere fraudem,
 Idcirco tanta non avelletur ab aula ;
 Ast ibi praegaudens ubi lux sine nocte vigens est,
 Ac ubi maestitia pollent sine gaudia cuncta,
 Laus sine defectu sanctorum defluit ore,
 Exultans vitae jucundatur tibi, Christe,
 Junctus eis pariter qui te venerantur ovanter.

X. Talis sanctorum merces est, Christe, tuorum.
 Sed nos hic positos et in hac convalle ligatos
 Inter carnalis hujus temptamina legis
 Audi, suffugium quaerentes hic lacrimarum
 Abs te, carnales vincamus ut in pietate.

[LIB. III.]

Plebi peccanti, Deus, at tua famina fanti,
 Assis protector clemensque per omnia rector;
 Quosque tuae legis pie justitia decorasti,
 Praesta carnale jam justitium superare,
 Servitioque sacro vinctos tibi subdere colla.
 Scansio felicis, petimus, virtutibus almis
 Ducat ad excelsi per te fastigia regni,
 Sanctorum meritis intervenientibus horum,
 Ut nos in caelis videat sacra visio pacis
 Ac oroma tuum nos jungat in arce polorum,
 Ipsi ut laudes tibi congeminemus ovantes.
 Sane mortali dum corpore degimus ipsi,
 A nostra longe peregrinantes simul urbe,
 Currenti plebi bona res extat meditari
 Quo pacto regredi prope jamjam queat urbi.
 Christe, salus, pax, diadema dierum,
 Vitae dando dies, lux nobis pax quoque fles.
 Ast ut posse tui dederit miseratio servis.
 Hic insistendum nobis est particulatim,
 Illic implendum quod detur continuatim,
 Ut benedicamus te, rex, in tempore jugi,
 Et tua laus pure nostro sit semper in ore.
 Quae licet in lingua peccatoris speciosa
 Non sit ut est dignum, tamen est perpulchra beatum
 Inter sanctorum conventum jugiter illum,
 Qui nova decantat tibi cantica jugibus hymnis;
 Quo puer egregius Cyricus, pia mater et ejus.
 Sanctis addicti retinet quos curia caeli,
 Collaudantes te laetantur proficuose.
 Quorum praecelsi recolentes gaudia festi
 Ac attollentes magnalia, caelitus illis
 Quae bene concessit bona gratia tradita gratis,
 Voces extollunt te nostrae, te benedicunt.

XI. O rex saeculorum, qui trinus habetis et unus,
 Dirige jam gentem per crimina multa ruentein.
 O Deus immense, qui verbi percutis ense,
 Da nobis verba, vescamur ut aetheris herba,
 Qui facis in terris insignes res et in astris;
 Teque creatorem testamur mittere rorem
 Haec ad terga soli, quia posse manet tibi soli.
 Inque tuis sanctis quam glorificandus habetis,
 Qui puero Cyrico, non aevi tempore trimo,

Tantam virtutem tribuisti tamque valentem
 Ut naturalem praecederet undique legem,
 Quam scit quisque sibi cessam per climata mundi :
 Nam naturalis cui lex umquam dedit istis
 Rebus inesse prius quam doctus et esse adultus ?
 Huic nondum puero, sed adhuc aetate puello,
 Pectore clarebat animi sapientia tanta
 Ut mundi proceres praecelleret et seniores.
 Tam facundus erat ut scribas exsuperaret,
 Sex quoque lustra gerens nullus majore vigeret
 Vi, nec nempe flagrum praestantior ad tolerandum
 Vivebat quisquam nec vivit ut hic puer ipse.
 Haec sunt, Christe, tui, bone rex, magnalia doni.
 Haec permansit ei constantia mente fideli,
 Ac in amore tui fit martyr nominis almi.
 Nomen et esto tuum benedictum [omne] per aevum.
 Qui Deus es magnus, homo dulcis, mitis et agnus.

XII. Sancti vos, humiles et mundo pectore mites,
 Quos Christi testes scimus mansisse fideles,
 In tantum vestri libamina sanguinis illi
 Ut libaretis et vos holocausta daretis,
 Nobiscum regem Dominum benedicite mitem,
 Qui vestrum numerum voluit decorare beatum
 Tali collega quem pagina praedicat ista.
 Urbis caelestis cives feliciter estis.
 Supplicibus votis etiam deposcimus ipsi,
 Vester ut hic Cyricus concivis, parvus et aevo,
 Magnus at ipse fide, martyr quoque nobilis ipse,
 Dono caelesti meruit qui mirificari,
 Intercedat apud pro nobis omnibus ipsum
 Qui super aetherei tenet arcem culmina regni,
 Qui per cuncta Deus super omnia stat benedictus.
 Cujus certatim complectens munere felix,
 Martyrium proprii rivos fundendo cruoris,
 Regis caelestis heredes ensibus estis,
 Rem nacti talem propter poenam capitalem.

XIII. Explentes igitur, nobis ut nosse dabatur,
 Juxta posse pium Cyrici matrisque triumphum,
 Poscimus inde vicem Christo donante rependi,
 Nobis causidicis simul assurgentibus ipsis
 Tempore judicii per singula discutientis
 Actus cunctorum caeli terrae populorum.

Afferret nocturnas jam cunctis Hesperus umbras
 Concluditque diem : liber hic faciat quoque finem.
 Martyrium Cyrici tres explicuere libelli
 Ac matris sacrae quadringentis sociatae
 Et quater undenis a Christo glorificatis.

CXXXVI. Codex signatus num. 2768 A.

Olim Sancti Martialis Lemovicensis 173, ex dono Jacobi Joviondi abbatis (1),
 deinde Regius C. 4451. 2.

Foliorum 168, min. (0^m,225×0,16), lineis plenis, exaratus saec. X.

1° [Excerpta ex libris de vitis Patrum] (fol. 1^r-60^r).

Ex libris scilicet ubi referuntur diversae sententiae seniorum.

2° Vita sancti Fursei confessoris (fol. 61^r-71^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p. 36-41.

3° [De obitu et sepultura sancti Foillani] (fol. 71^v-73^r).

Quaedam particularia continet haec narratio quae non leguntur in *Vitis S. Foillani* (*Act. SS.*, ad d. 30 Oct., tom. XIII, p. 383-416). Haec haud indigna visa sunt quae hoc loco ederentur. Vid. Append.

4° Sermo in festivitate sanctae Valeriae virginis et
 martyris (fol. 74^r-80^v).

Continet, post breve prooemium, vitam S. Valeriae et ejusdem miracula post translationem corporis ejus in coenobium Cambonense ipsius nomine insignitum. Prooemium et Miracula vulgavimus nuper inter *Analecta Bollandiana* (tom. VIII, p. 276 sqq.). Vita autem nonnulla iisdem fere verbis refert quibus altera illa quam supra (p. 41-44) edidimus ex codice 916; sed brevior est et genus martyrii non eodem modo narrat. Itaque et eam hic exhibendam duximus, suppressis tantum iis quae ad S. Valeriam proprie non spectant. Vid. Append.

5° Gesta miraculorum sanctissimi Martialis (81^v-90^r).

Eadem, quantum ad res narratas, quae referuntur *Act. SS.*, ad d. 30 Jun., tom. V, p. 354-30, n. 12-20, sed antiquiori, ut videtur, stilo descripta. Vid. Append.

6° Miracula sanctissimi Benedicti abbatis (fol. 90^v-91^v).

(1) Cfr. L. Delisle, *Cab. des mss.*, tom. I, p. 392, not. 10, et tom. III, p. 370 extr.

Scilicet Adelerii Floriacensis additamentum ad Miracula S. Benedicti, ed. ope hujus codicis *Mon. Germ.*, tom. XV, part. 1, p. 498-500.

7° Passio VII^{tem} dormientium : id sunt nomina eorum, Maximianus, Malcus, Marcianus, Dionisius, Johannes, Seraphion et Constantinus (fol. 92^v-103^r). Ed., multis lectionibus variantibus, *Bibl. Casin.*, tom. III, Florileg. p. 252-50.

Appendix ad cod. 2768 A.

DE OBITU ET SEPULTURA S. FOILLANI (Cfr. supra, p. 194, 3°).

Post discessum vero beatissimi viri Fursei, tempesta³, quam ille in spiritu
 praeviderat, ultramarinis desaeviebat in oris. Expulso namque christianissimo
 rege Anna, incursu gentilium monasterium, quod ibidem construxerat, monachis
 5 destructis rebusque omnibus spoliatum est. Ipse abbas Foilnanus⁴, uterinus
 supradicti viri frater, sub custodia moriturus ductus esset, nisi illum divina
 dexterâ, nuntiatio adventu supradicti Annae regis perterritis gentilibus, propter
 multorum servasset profectum. Monachis enim de captivitate redemptis, sanctis
 quoque inventis reliquiis, sacro altaris ministerio et libris in navi oneratis, ipse
 10 postremas Francorum petivit terras, atque in eodem loco, quo beatus Furseus
 sepultus est, a supradicto Archenaldo patritio susceptus est. Quo non multo post a
 patritio viros peregrinos despiciente expulsi sunt, sed a religiosissima Dei famula,
 Idobergane cognominata, [et] ejus filia sacra Christi virgine Garetrude honorifice
 suscepti sunt, ipso etiam Grimaldo praeside eisdem⁵ sanctis congratulante viris,
 15 atque in villa, quae ex nomine fluminis decurrentis nuncupatur Bebrona, ordi-
 nante monasterium religiosorum construxit monachorum. Praedicta Dei famula,
 multis elemosynarum fructibus per diversa loca dispensatis, multisque paupe-
 ribus consolatis, multis etiam peregrinis susceptis, esurientes reficiens, algidos
 vestiens, tectum hospitibus praebens, immensa quoque munera divinis cultibus
 20 exhibens, sanctarumque virginum agmen cum supradicta nobili in Domino con-
 firmans, ad superna commigravit regna. Vir Domini Foilnanus, de quo supra
 memoravimus, pro utilitate gregis sibi commissi iter adgrediens, die vigiliarum
 sanctissimi martyris Quintini missarum sollemnia in Nivialensi ecclesia decan-
 lans, senioribus supplicans fratribus ut corpus illius, sicubi inter vias mori conti-
 25 gisset, a fratribus cum eo laborantibus caritatis intuitu requireretur, valedicens
 omnibus profectus est. Eademque nocte a quodam iniquo homine per devia
 ductus, atque ad cujusdam villulae habitaculum iniquorum hominum domicilium
 intrantes, cum fallaci suscepti sunt humanitate. Comites vero beati, de habitato-
 ribus suspecti, noctem duxere pervigilem. Finitis vero matutinis laudibus, allo-

• sic.

• sic.

• cod.
ejusdem.

- * *sic.* cutus blande incolis *, cum se sopori dedisset post orationem, suis * al
 * *cod. nec.* ne * de ullo hominum malum aliquod suspicassent, surgentes viri diabol
 aliis secum adductis sanctum interfecerunt virum; comites quoque illius
 necarunt. Sed beato viro *Deo gratias* clamante, ne vox illius diutius au
 venerandum illius caput amputarunt atque in proximo tecto, ubi grex p
 commanebat, facta fossa nuda ac dilacerata sepelierunt impie m^{re} co
 * *cod.* unum. Et res sic multis latuit diebus, quia eorum vestimenta et caba
 caballus. quicquid habebant foras transmittentes longe habitantibus vendideru
 cum ad dictum placitum minime pervenissent, conciti fratres caritatis
 tudine, eumque ubi et ubi denuntiantes quaesierunt. Sed praedicta Chri
 Garetrudis jejuniis et obsecrationibus Domino supplicans, missis ubi
 * *cod. luce,* vicina loca cursoribus, tenebrarum negotium in lucem * produxit clara
 * *sed mox* septuagesimo die obitus sui sacrata inventa sunt corpora. Hoc numero
 * *claram.* in multis divinae Scripturae locis adnotato, ipso die inventa sunt quo
 Furseus frater ejus de corpore migravit. Suscepta vero corpora cum c
 faecularum luminibus, cum antiphonis et canticis spiritualibus a clero et
 per totam noctem ad monasterium honorifice humeris deportata sunt.
 vir venerabilis Dido Pictavensis episcopus atque inluster vir Grimaldu
 domus, locorum sanctorum visitandi gratia ipso die advenientes, uterque
 de advenientibus a Domino ammonetur corporibus. Nam quiescens e
 * *sic.* post matutinis laudibus *, interrogatus in somnis quid ageret, jubetur qu
 in occursum beati Eliae properare. Qui ilico surgens et quid ageretur mi
 inquirens, audivit ab eo quod veneranda erant corpora. Moxque vir ven
 in occursum ejus pergens, multisque perfusus lacrimis, oratione completa
 Domini exorsus, venerandi corporis onus una cum reverentissimo su
 patritio suscipientes, propriis devexerunt humeris. Atque in monasteri
 clarum virginum susceptus, reliquiis ab eo sumptis qui venerant cum ps
 canticis, ad proprium deportatur monasterium. Viris undique nobilibus in
 concurrentibus ac propriis gestantibus humeris, cum omni honore in loc
 tutus est celeberrimo, nominato alio nomine Fossa; ubi praestantur h
 orationum, adjuvante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et
 sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

VITA SANCTAE VALERIAE (Cfr. supra, p. 194, 4°).

L. I. Beatissima igitur Valeria Lemovicensis pagi oriunda fuit pa
 secundum saeculi dignitatem praecelesis, opibus locupletis, sed paganis
 implicatis. Nondum enim partes illius regionis apostolica praedicatione
 daemonum pulsus fuerat, nondum debitus honor ab hominibus regio
 auctori Deo exhibebatur, quamvis Christi passione genus humanum
 redemptum et claustra inferni visitatione illius destructa et rompha
 paradisi aditum claudebat ejus miseratione foret remota.

Sacratissima tamen virgo Valeria tam corporis quam mentis honestate ver-
 . Erat nempe facie pulchra, moribus compta, pudicitiae titulis decorata ;
 luleis eloquio, acuta ingenio, parca in cibo ac potu. Et quamvis nondum
 fuisset unda sacri baptismatis nec initiata mysteriis christianae religionis,
 tamen videbatur quo in caelesti senatu civibus supernae patriae jungeretur.
 quodam juvene genere nobili, dignitate praeclaro, fastu mundialis gloriae
 ato, Stephano nomine, fuerat desponsata.

nitur, lect. III-V, satis prolixa narratio de laboribus apostolicis S. Petri
 artialis Romae et de missione S. Martialis in Galliam ejusdemque in ea
 e praedicatione et miraculis. Deinde]

Postquam enim hanc praedicationem sacratissima virgo Valeria audivit,
 iracula vidit, cum magna multitudine populi ipsius civitatis ac provinciae
 anctae Trinitatis audivit et lavacrum sanctae regenerationis per sanctum *
 em suscepit, et quia super omnes gradus fidelium eminere virginitatem
 , hanc Domino Deo suo alaeri corde mox christiana facta consecravit.
 que tempore praedictus sponsus illius, Stephanus videlicet, dux Galliarum
 rus ac potentissimus, trans Ligerim transque Sequanam contra hostes
 serat. Unde contigit ut nihil horum quae circa sacratissimam virginem Dei
 stentis gratia per beatum Martialem apostolum * fuerat operata cognoscere
 Reversus vero, cito ad ejus aures pervenit fama quae plus alium diligere
 m suam Valeriam quam se nuntiavit.

* voces per
 sanctum in
 rasura.

Quo audito, nimio furore permotus atque acris * irarum stimulis exagita-
 domum pervenit in qua beata virgo Valeria causa orationi * instabat lau-
 re Christi vacabat, vigiliis, jejuniis, ceterisque bonis operibus, quibus
 decus virginitatis, operam dabat, atque pro ipso sponso suo, ut Deus eum
 eret, relictis idolorum erroribus, ad suam cognitionem, fideliter postulabat.
 im ei cum summa benevolentia occurrisset, ille terribilibus oculis eam
 , voce minaci percunctari coepit utrum plus aliquem quam se, sicut ei
 nuntiaverat, diligeret. Virgo vero Dei, nil perterrita, voce blanda, vultu
 so, illi tale fertur dedisse responsum : *Non tibi, carissime juvenis,*
injuriam praeponendo aliquem mortalem ; sed illi a quo conditi
ambo, qui caelum et terram habet in potestatem , me cognoscas
vovisse virginitatem spreto funditus thoro conjugali ; Dominum
loquor Jesum Christum, filium Dei omnipotentis unicum, ante
tempora de Patre genitum, in fine vero temporum de Maria
natum, qui mundum fecit per potentiam divinitatis et redemit
sterium suae incarnationis. Cui si credere volueris et ejus sacra-
te initiari permiseris, sincerus amor sine tenuis inter nos perma-
utque post carnis depositionem ad illam perveniamus vitam quae
um non habebit. Non passus est insanis juvenis prolixiore beatam
 facere sermonem ; sed mucrone educto, cervicem illius percussit atque
 1 caput ejus amputavit et Christi martyrem fecit. Cujus animam cum

* voces
 Martialem
 apostolum
 in rasura.

* sic.

* sic.

* sic.

* *cod.*
concentus. hymnidico concentu * angelorum turba suscepit atque ante conspectum (choro beatae Dei genitricis sociavit. Exanime vero corpus virtute divina er propriis manibus caput suum accepit, atque firmis incedens vestigiis, marmor testatur in quo signum pedis ejus adhuc impressum cernitur, ad sa Martialem pervenit, ubi vir tantus officium sanctitatis peragebat, illicq suaviter deposuit. Nulli hoc incredibile videbitur, si potentia Christi, quae similia et his majora fecit, non defecisse perpenderit.

* *cod.*
sentisse.

VIII. Sponsus vero illius, videns tantum miraculum, nimio timore con arma dejecit, pedibus sancti Martialis se prostravit, atque ut sibi consilium daret lacrimabili questu implorare coepit. Cui beatus Martialis paenit indixit, mysterium salvationis tradidit, et congruo tempore sacro eum regeneravit. Corpus vero beatissimae virginis Valeriae in sepulcro quo praeparaverat honorifice sepelivit. Credendum est enim quod convers hujus juvenis apud misericordiam Christi anima beatae Valeriae impetr caelis, quae multas pro eo preces devotissime in terris fudit. Nam hoc ser praedictum juvenem ac duce hinc perpenditur quod omnia quae dotis r sacratissimae virgini sponderat, facta sollemni donatione, sancto Marti eam converterat atque cum summo honore tumulaverat, ex integro l Quorum ea quae longius durare poterant, videlicet villae et praedia, retine fratribus monasterii beati Martialis, quae tali datione eidem venerabili vi venisse firmiter interrogati soliti sunt narrare.

MIRACULA S. MARTIALIS (Cfr. supra, p. 194, 5°).

Incipit gesta miraculorum sanctissimi Martialis.

1. Si semper sanctorum gesta recolimus, semper profecto invenimus q merito adicere ad posterorum memoriam debeamus. Neque enim patiti clanculo tegi eorum busta qui ejus, dum adviverent, inservierunt volunta quod scriptum est, *Fulgebunt justi sicut sol in regno Patris sui*, hic jar ratur, ubi cotidie miraculis radiare videntur, quae torpore atque socordia vid oblitterantur, secundum illud poeticum : *Probitas laudatur et alget*. N qui sumus, qui manum ferulae non subduximus et scribere aliquid temp Sed subvenit nobis in hujusmodi conatum illa non excidens caritas, qua ramus aliquid emolumenti praestare legentibus et ad amorem excitare san dum per beneficia miranda corporum possint considerare quid in conspec mi Dei eorum preces valeant qui tanto hic decorantur meritorum privileq igitur nobis, Deo opitulante, sermo de iis quae per beatum Martialem Le sedis antistitem, postquam ad solium evehctus est illud inenarrabile servit dua angelorum et majestate Dei praesidentis conspicuum, in loco tumuli facta sunt Martialis.

**Incipiunt miracula a gloriosissimo Martiale impetrata et ab
omnipotente Deo mirabiliter peracta.**

* cod.
miracule...
impetrate
et...peracte.

2. Dum sanctorum gesta recolimus, semper profecto invenimus quid eis merito
3 adicere debeamus. Plura sunt enim eorum miracula et frequentiora quam pos-
5 sint vel a scribente paginis inseri vel a studiosis quibusque commemorari. Nobis
autem licet imperitis, illa compellit causa, quaedam de beati Martialis miraculis
dicitare et posteritati mandare, ut simus et nos aliquid in templo Dei offerentes
et non appareamus in conspectu Domini vacui, portantes quos possumus Christo
veniente manipulos. Is enim sanctissimus Dominique per omnia dilectus Martia-
10 lis tantis cotidie coruscat miraculis sanitatumque titulis ut cotidiano assiduoque
videantur egere scriptore, cujus omnis intentio id solummodo foret ne quae cre-
berrime sunt latere sineret. De quibus nos ea tantum praelibantes quae veraci
relatu fidelium virorum comperimus, multa praetermittimus : quae ideo non
dicuntur, quoniam series eorum nescitur, et a quibusdam quasi supervacua judi-
5 carentur, qui aliorum facta ex semetipsis metientes, non credunt fieri posse et
temere derogant quae venerari deberent. Quid enim impossibile est his qui cum
Deo jam regnant, cum scriptum sit et ipsius veritatis roboretur eloquio : *Omnia
possibilia credenti?* Si haec ergo omnibus qui recta fide et operatione credunt
a Salvatore promittuntur, quis dubitare poterit de beato Martiale quaecumque a
10 Deo obtinere aut vult aut voluit, illum efficere potuisse? Est quidem ille non qui-
libet fama ignotus, sed unus eorum qui a Domino lux sunt mundi vocitati et cum
eisdem ad praedicationem et illuminationem nostram in mundum transmissus.
Qui cum multa vivens fecerit quae diligenter scripta habentur et summa reveren-
tia digna servantur ubicumque memoria ejus recolitur, illius multimoda dote vir-
15 tutum insignia merita probantur. Non enim potest neque poterit tantum lumen
abscondi : quod si lingua tacuerit, non deerit in ceteris creaturis confessio mani-
festa.

3 (12-13 *). Est igitur illud unum mirabile dictu, qualiter quodam tempore ejus
meritis plebs Lemovicensis episcopum promeruit accipere. Nam episcopo illius
1 civitatis defuncto, ad ejus tumulum veluti ad salutiferum portum omnes ejusdem
loci incolae convenere, poscentes super ordinatione substituendi ejus voluntarium
oraculum et divinae voluntatis indicium. Per idem tempus Lotharius praeerat
Francis. Ad quem mittere delegentes, visum est eis legationem illam custodem
sanctissimi tumuli beati Martialis ad praedictum regem ferre non incongrue
2 posse. Significaverunt etiam de duobus ejusdem urbis presbyteris, quem ipse rex
ordinari juberet eorum et ad pontificatus promoveri apicem. Quorum prior Lupus
cebat, alter vero compresbyter illius erat; reverendi admodum utriusque et
3 onei regiae affabilitati atque officio sacerdotali. Hos igitur ad regem dirigentes,
si interim super tanto negotio Dominum ad sanctissimi Martialis tumulum una-
miter exorabant, quatinus eorum petitio rei obtineret effectum et eadem urbs
em promereretur episcopum qualem non humanus error sed ipsa ordinaret
4 dispositio divina. Voluntas autem omnium quam maxime de Lupo erat presby-

* sub quibus
scilicet
numeris
haec
leguntur
fusus
narrata
Act. SS.,
loc. cit.

tero ; nec immerito : hunc enim, sicut in sequentibus lucebit, Dei totius plebis praedestinaverat. Hic igitur vir, mult[is] p[recibus] suorum civium, regem adire festinans, qualiter ante ejus praesentiam, per viarum interstitio, admitteretur, palatinos indesinenter, nunc hos deprecans, rationem invenire non poterat. In qua difficultate divina adesse dignata est pietas. Nam quanto spretus est ne susciperetur, tandem sollicitius requisitus est ut inveniretur et cupitum introeundi haesum. Mox enim, illo precibus caelum pulsante et divinum flagitante sanctique Martialis reclamante clementiam, filium dicti regis sibi febris corripuit, nec erat spes vitae ulla, si diu tali peste cruciari regina acrius ceteris, utpote mater, quem tenere diligebat ingemiscereliter ad mortem invalescente febre perurgeri, toto nisu ad Deum consibi statuit jejunium continuare, si quomodo larga Dei pietas ejus anxietatem et filio dignaretur pristinae reddere sospitatis vigorem. die jam advesperascente, cum confecta jejunio, magis autem dolaliquantisque laxaret quieti, videt jam dictum presbyterum puerosamque pro eo celebrare et sacri corporis et sanguinis Domini porticponere : qua benedictionis perceptione admodum roboratus, ac si fuisset incommodi, gratulabatur exurgere sanus. Excutiens memregali thoro, jubet perquiri quonam in loco vir ille morabatur qPercunctantibus ministris ubicumque locorum civitatis vicinitalicolum nusquam reperiunt. Rursus regina preces ingeminat, poseit a Dfestari sibi quem in visu demonstraverat. *Misericors, inquit, Dei niri filio meo mihi que infelicissimae disponis per istum fanticissimi Martialis, obsecro, quonam inveniri queat loco jam differas nobis propalare.* Inter haec qui quaerebatur et anxie drepertus est divinis inservire praeceptis, preces cum lacrimis Deoratorio quod erat in ipso palatio regis. Gaudentibus cunctis, nuntiaAccurrit, orat quamprimum missam celebrare pro filio, agnoscitququem in visu viderat. Complens deinde velle regis et desideriar sacrae communionis portionem puero porrexit et salutifero poculo ab omni inquietudine liber apparuit ut nulla superessent in eo signa febris. Constitit alacer, miratur quasi ex tanta infirmitate plus viquam ante se habuisse cognoscebat. Exiit celeriter ad patrem, mrevocat. Omnes congaudent virumque Dei reverenter regi exhibent. rex omnibus pro quibus venerat, sine dilatione votis omnium pmiserant ; regiaque magnificentia insuper aureum calicem plenum talli denariis promeruit, omnemque gratiam obtinendi quae vellregina atque ab optimatibus fiducialiter accepit, et in ingenti postm ab omnibus qui hoc vel viderant vel audire potuerunt habebatur. nonnulli qui pestifera Simonis mente adtemptabant hoc Spiritus pere donum, propter quos viro Dei denegata fuerat diu intrandi ad

tas. Cognovit denique rex de eo quod vitans jactantiae fomitem, non equo sed vilis aselli usus fuerat, ad palatium veniens, amminiculo. Miratus ejus humilitatem, equum ei praeparare jubet cum regalibus phaleris, et ad propria eum redire mandat in pace. Virtus haec beato Martiali inscribitur, de cujus operibus miranda sequuntur.

4 (14). Lupus quidam dictus est tempore quo Ebroinus major domus constitutus est, qui nominis sui heres, lupinam exercebat saevitiam. Nam cum principatum gerens* multis in civitatibus et vicis**, suae rabiei famem exsaturare nequiret, collecta iniquorum, ut erat ipse iniquus, manu praevalida, in eos quoque quorum dominari jussus non fuerat procaciter inhiabat et violenter sibi subdere festinabat. Omnis qui rapinis gaudebat ad eum undecumque veniebat; praedonum princeps, complices congregabat. Hujusmodi igitur stipatus caetera, non esse qui ei resistere posset superbissime cogitabat et, secundum illud evangelicum, *Deum non timebat, hominem non reverebatur*. Denique eousque ejus prorupit mentis insania ut regem aut regno pellere aut cum eo congressurum se minaretur, digniorem se aestimans et dicens qui pro eo regni monarchiam regendam susciperet. Quod sine cunctatione facere temptasset, nisi opus nefarium divina diruisset potestas, sanctissimo Martiali ab eo factam ulciscens injuriam. Nam cum devenisset ad urbem Lemovicam, episcopum ejusdem civitatis cum proceribus nobilibusque et divitibus jusjurandum fidelitatis sibi fieri rogavit et suae ditioni subdere colla. Cujus rei dilatione postulata, ipse interim, quaestus gratia potius quam orationis, beati Martialis domunculam arcuatam, in qua sanctissima sua membra ipse dum adviveret tumulari praecepit, una cum rabida manu militari temerarius praedo et cleptes infestus intravit. Quam perlustrans oculis et multa quae concupisceret videns, inter cetera plus ejus aviditati placuit lumbare quoddam auro gemmisque compositum, desuper inter ornamenta alia dependens. Hoc igitur demitti jubet, et pertractans manibus laudabat pompaticae, sibi bene convenire dicebat; incassum ibi dependere, sanctumque Martialem eo opus non habere, irridendo conversus ad suos aiebat: qui omnes fautores mendacii eadem asseriebant ejusque dictis plausu adulatorio laetissime consonabant. Egressiuntur deinde simul cum duce suo, quidam praeerentes quidam et subsequentes, cum cachinno et strepitu, non dantes reverentiae tanti confessoris (1) debitum honorem. Et sicut scriptum est, *ante ruinam exaltatur cor*, non poterant scire quae imminebat calamitas et extrema gaudii quis luctus occupaturus esset. Nam non effuit qui tantae temeritati vehementer indoluit. Erat enim quidam homunculus, ut extrinsecus videbatur, contemptibilis, zelum autem Dei intrinsecus omni-

* cod.
gereret.
cod. vices.

(1) Vox erasa est, non ita tamen ut jam legi omnino non valeat. Sic et aliis ejus descriptionis locis (infra numm. 6, 7, 9, 13, 14, 15) et in aliis ejusdem generis commentis (cfr. supra, p. 197, lin. 13, 19; Delisle, *Cod. des mss.*, tom. III, 272, lin. 6 et lin. 8 a fine), ne scilicet viderentur antiqua documenta denegare Martiali titulum apostoli, qui et subinde additus est aut voci erasae substitutus; (cfr. infra, numm. 6, 7, 13).

modo gerens et pro defensione huiusmodi ponere animam non renuens, qui quasi nominis sui heres Proculus, quasi pauculus, dicebatur, verum non fide paucus nec illi cui mortem, Deo disponente, intulit viribus inventus est parvus. Exeunte siquidem Lupo, sicut dictum est, ab oratorio et ante portam ipsius domunculae perstrepende, ille inter ceteros stabat spectans et dolens cum pretioso spolio cum abire; et totus zelo Dei commotus, non haesitavit pugione acutissimo caput ejus ferire ita fortiter ut inter circumstantium manus vix subsistere posset. Pauperculus autem ille ultor injuriae sanctissimi Martialis multis confossus vulneribus ibidem sine dilatione reddidit spiritum; at illum sancti mansolei impium violatorem ex illo ictu mors corporis simul cum morte animae subsequuta est; et, mirabile dictu, in ipso articulo mortis ex vulnere capitis apparuit signum. Nam petiit ipse infelix, quasi ejusdem sancti promerisset gratiam, quantum ex oleo sancto, quod inibi ardebat, plaga perfunderetur, sperans aliquid remedium unde illi majus venturum erat detrimentum. Quod cum celerrime factum fuisset, illico, ac si igni impositum, horribiliter excanduit et fumum ingentem cum fetore emisit; flammaque fumifera reluxit, misero mortis indicium et aeternae concremationis signans ignem aeternum, ad quem non multo post, sero licet, daemonum cuneatus globo animam transmisit. Hora siquidem ejusdem diei nona, ingravescente languore, ipse solutus a corpore multos solvit a timore. Ubi cumque ejus nuntiabatur interitus, Deo gratias et laudes proceres simul et vulgus passim concelebrabant, sanctoque Martiali non mediocriter benedicebant, ipsum esse liberatorem patriae et potentissimum ultorem injuriae suae dicentes. Et sicut omnibus incusserat metum, ita optatum defunctus reddidit gaudium. Quae enim civitas aut castrum aut vicus absque ejus erant timore? Nimirum ipsam regis aulam illius formido perculerat, in quam, nisi morte praeventus fuisset, conabatur extendere impietatis suae aciem et, si posset, obtinere monarchiam.

5 (13-16). Quodam deinde tempore inter frequentiam plebis crebro illuc advenientis furem intrare contigit, furtumque ex pretiosis quae ibidem erant ornamentis peragere volentem. Quod qualiter perpetrare posset, hac illacque orbes oculorum convolvens, intra ambitum interioris cryptae se latitare posse cognovit, quae ducis Stephani retinere hactenus busta videtur, quousque cunctis exeuntibus ipse per amica noctis silentia quae concupierat raptum ire temptaret. Jam vero sole ruente cum sese oratum omnes qui undecumque confluerant recepissent in sua, custodesque basilicae diligenter circumspexisse arbitrarentur omnia, diverterunt et ipsi, ut post laborem diurnum requiescerent. At ille non oblitus sui, exurgens de occultis, lustrat quid ad votum subdelegeret. Et primo quidem, quoniam fame laboraverat, poma, quae gratia suavitatis bonique odoris illic dependebant, sine metu coepit comedere. Inde, sacrilegas manus extendens, deposuit nonnulla auri argentique munera ante sacrum tumulum dependentia, sed et de gemmis aureis ornamentis interlucentibus muffulas suarum manuum complevit; et sufficere sibi credens quod abstraxerat, qua parte exire posset,

omnia perambulans et considerans, temptabat. Cumque nullum patere sibi vidisset effugium, subito somni torpore deprimitur; et toto pectore stertens, sonitu illo custodes evigilat, seque suumque furtum manifestat. Accurrunt stupentes quoniam esset, qualiter illic remanserat, cum putarent se diligenter ostia clausisse
 5 nullumque invenerint remansisse. Quem cum primo levi motu excitare voluissent nec possent, inde calcibus tundunt et cur illic se collocasset percunctantur. Reticecente illo, unus alapam ei vehementer incussit, et muffula cum gemmis capiti supposita apparuit lapidesque pretiosi inluxerunt. Cognoscentes igitur furtum divina miseratione detectum, reum carceris custodiae tradunt, et mane facto, quid de
 10 eo fieret communi decreto pertractant. Et ut in huiusmodi causa varia ventilatur opinio, quidam morte dignum adclamabant, alii vel oculorum vel pedis damno multandum et sic dimittendum esse censebant. Altiori autem saniorique consilio in nullo laesionem pati debere decretum est, quem non humana vis sed divina prodidisset atque ligasset censura. Incolumis ergo iste recedens, exemplum erat
 15 omnibus, ne quis praesumeret in loco sanctissimo furtum aliquod crimen moliri, sciens non sibi impune cessurum, quoniam in excubiis illius sollers invigilat custodia angelorum, ipseque esse dignatur custos qui non dormitat in aevum.

¶ (17-18). Crebrescunt miracula et in laude sanctissimi Martialis Deus operari
 20 non desinit quae sunt et admiratione digna et credentibus omnimodis utilia. Erat quippe ex ipsius sancti familia rusticus quidam nomine Otramus, corpore praemortuo, omni humano destitutus officio, nec spes ulla restabat sospitatis futurae. Cujus diutinam proximi ejus commiserantes aegritudinem, ob geminam causam ad sancti patris tumulum eum in sporta deportari faciunt, videlicet quatinus aut
 25 ibi curaretur aut elemosyna pasceret, non unde viveret habens nec elaborare manibus sufficiens. Positus ergo haud longe ab ecclesia, cotidie nisibus quibus poterat reptando ad ecclesiam veniebat et necessitatem suam simul et aegritudinem ante pium Christi [confessorem] * desiebat. Tandem ille non immisericors * *vox erasa.*
 30 respicere est dignatus, et hoc modo eum curare voluit. Cum ibi, sicut diximus, jaceret, venit quaedam mulier orationis gratia. A qua cum opem peteret, ad hospitium suum suorum manibus deferri fecit et cibo potuque recreato lectisternium quoque praeparari mandavit. Consurgens etiam ad matutinale officium, ad ecclesiam inter manus clientum deportari praecepit, et ne foris positus multitudine confluentium premeretur, utpote qui cavere alicujus rei casum non valebat, intra
 35 cryptam sanctissimi [confessoris] * Christi collocari super pavimentum fecit. Jamque partem aliquam officii canentes transegerant, et ecce angustiari miser coepit et non sine gemitu contracta ac dissoluta membra quoquo modo movere. Eratque
 40 ingens luctamen, cum rigida membra vis divina in proprios nativosque cogeret usus redire, graviterque torquebatur qui sanabatur, ut paene adstantibus videtur magis mori quam sospitati reddi. Paulatim denique in partem quandam corporis adsurgit, nititur, adjutorio quorundam qui circumstabant praesidiumque ferre volebant, gressum temptare, si pedibus stare valeret et ambulare: nam

* *vox erasa,*
corr.
 apostoli.

* sic. longa aegritudine affectus, caro ab ossibus dissociata pendebat et a naturali compage secederat*. Adveniens autem unus e custodibus vidensque quae fiebant, gaudio immodico repletus, inter brachia sua complexum populis in admirationem extulit foris. *En, inquit, quem dudum cernebatis membris omnibus invalidum, quanta agilitate per sanctum Martialem recipitis sanatum. Huc quicquid usquam morborum est veniat: sentiet medicum gratis donare quod petatum fuerit, nec deerit cuiquam sospitas, nisi cui in corde fuerit proterva infidelitas. Vade jam tuae voluntatis compos, cunctisque laxatum tibi divinitus beneficium concessum narrare memento: esse quippe reus poteris, grates si reddere cesses. Vos etiam, populi, videle, circumstantes, quantam praestari vobis animarum salutem posse sperare debetis, si corporibus quandoque morituris ita subveniatur meritis hujus domini nostri, qui quaecumque vult a Deo obtinendi habet possibilitatem.* A quo nobis de eo loquentibus ejusque facta narrantibus venia omnium delictorum acquiritur, quatinus participemus ejus gloriae qui participamus tantorum miraculorum laetitiae.

7 (19-20). Silentio illud non est suppressendum quod alio rursus tempore per *vox erasa*, sanctissimum [confessorem]* factum est plenum omni admiratione prodigium. Ludovico residente aliquando Geguntiaci palatio, palatini canes circumquaque *corr.* exercebant rapinas et vehementer infesti erant pauperibus sanctorumque praediorum. Honor nullus cuiquam servabatur, et una erat apud omnes ejus loci vicinas tantarum praedarum non mediocris causa tristitiae. Nam milites apothecas et promptuaria exhauriebant, equi vero segetes depopulabantur: hocque malum istaeque clamor ipsam urbem contungebat. Denique non suffecit cuidam illorum quod ab equo suo messis sancti Martialis depasta erat, verum insuper sumpta falce, quod asportaret secare non timuit. Quod factum mox ultio divina corripuit. Nam manipulum in una manu, in altera falcem gerens, nullo modo deponere potuit, sed divino nutu victus, stupefactus haesit, reumque tanti facinoris non sine magno metu omnes admirabantur: erat enim eadem messis non longe a muro ipsius castris quod [sanctissimi confessoris]* ambit ecclesiam, et spectaculum ingens, fama facta, cuncti cernere festinabant. Quid miser ageret? Nusquam auxilii spes nisi in eo quem offenderat ulla restabat. Accurrere suae gentis homines Francigenae. Scilicet et nimia percussi formidine pro his quae similia fecerant, vindictam aliquam pertimescebant, in illo se accusabant, paenitudinemque *voce erasae.* gerebant et emendationem fatebantur, si eos beati [confessoris]* pietas aliquantisper exspectare dignaretur et non cito puniret. Consulunt sibi quam primum, discalceantes se et humiliter una cum suo caelitus victo satellite ad sancti Martialis tumultum submissis capitibus ingrediuntur. Orant diutissime sibi et illi veniam, in illo autem praestolantur sanitatem. Nec diu abfuit quod petebatur. Redduntur manus propriis officiis, satisfaciunt pro tanto piaculo ministris sancti Martialis, fideliterque deinceps res domni nostri audito ejus nomine custodivere ne contingerent. Sed et si quem viderent post id agere velle, exemplo suo corri-

gebant et ejus insaniam atque temeritatem compescebant; fueruntque ex illo tempore defensores quos patiebantur pauperculi saevissimos persecutores.

8 (31). Quid etiam tempore Karoli regis, filii Ludovici, gestum sit, necessario adiciendum. Nam tunc non solum in eo loco ubi ejus sacratissimum veneratur corpus, verum per diversas mundi partes, ubi ejus commemoratio habetur, plura et innumera per ejus merita facta sunt diversarum aegritudinum dona curationis. Quae nulla manus exarare sufficeret, etiam si omnino vellet, et judicarentur a nonnullis, aut invidis aut fastidiosis, supervacua nec honore digna haberentur tantumque studium deperiret. Sed quod contemni non potest, hoc tangere libet, et quod nostris oculis vidimus et satis fida relatione virorum inlustrium facta comperimus.

9 (32). Gemino languore miser quidam, nomine Petrus, ad domnum nostrum Martialem ut sanaretur advenit, audire loquique non valens; intermixtusque populo corde Deum sanctumque Christi [confessorem] * posebat quatinus administratum sanitatis recipere mereretur. Mox igitur propitia adfuit Dei miseratio sanctique Martialis intercessio, auditumque recepit et verbum, et in laudes Dei simul cum populo exclamavit et laudantes Deum pro tanto miraculo audivit. Mulierem quoque solo Petragorico ortam novimus advenisse pro filia rogaturam, quae ut nata fuerat ita marcebat nec omnino poterat loqui. Erat vero nomen matris Frouldis; filia dicebatur Ingelrada. Jamque per xxⁱⁱ annos multorum circumierat loca sanctorum, nec ab ullo usque ad illum diem curari potuit, nimirum sancto Martiali honorem sospitatis ejus servantes. Admonita etiam est revelatione nocturna quatinus, si sanari vellet, properanter ad auxilium sancti Martialis festinaret; et mox dictis parens, advenit una cum matre, et promissum misericordiae exspectabat donum. Quae paululum post tempus curata, taciturnitatem diutinam in Dei rapit laudem et videntes se coegit in similem prorumpere vocem.

10 (33). Multa sunt et cotidiana beati [confessoris] * Christi miracula, quae non per ambages describere conamur, sed tantummodo praelibantes summam, ne penitus lateant, satagimus in notitiam brevi oratione complecti. In quo facto et nostri sermonis ariditas intimatur et compendium legentibus providetur, quibus longa oratio fastidium gignit. Semper etiam erit quod de illius operibus scribi debeat et, dum ventura consideramus, in nostro opusculo non esse evagandum rite censemus. Dicamus igitur quomodo vir quidam, Beraldus nomine, filium suum obtulerit huic spiritali corporalique medico curandum. Erat ipse jam in annis adolescentiae, nomenque ejus dicebatur Warnaldus. Quem pestis cuneata daemonum ita graviter vexabat ut consortio hominum derelicto in via deserti errabundus peteret et patrem matremque omnemque domum fugeret. Aliquando etiam mitem se exhibebat et, quasi omni penitus insania carens, communem hominum habitationem et colloctionem amabat; rursus autem ut indomita bellua quaquaversum vagabatur impatiens. Cujus anxietatibus pater acrius torquebatur et eum per devia et silvosa loca flebiliter sequebatur; et tandem illi sibi que consulens, vinctum eum, non sine labore multorum, ad beati

* eras.

* eras.

virī basilicam perduxit. Quo priusquam venisset, fugato daemone mansuetudini usibusque restitutus est pristinis.

11 (24). Eodem quoque tempore innumerabilis hominum multitudo percussa est gravissimo podagrae una cum miserabili ustione manusque; et undique ad sanctissimi Martialis tumultum velut ad spem medicique concurrunt. Quorum multi sospitatem meruere, sed mirabilis quaedam curata est, nomine Ermenildis, cui talis morbus usque tertio terque per divinam misericordiam exigentibus beati viri meritis exluctabatur morbus perimere volens; succurrebat auxilium antistitis atque sanans. Huic autem mulieri visum est in nocte quatinus monacho sermonem in populo faciebat orarium suum cum candela deferret, et tunc. Cui visioni operam dans, obtulit quod praeceptum erat, et confessa vestigia infirmitatis disparuerunt; hocque deinceps aegritudinis generi liberatori suo gratias agens.

12 (25). Sequitur non minus in eodem sexu aliud miraculum. Puella audiens quaedam cuncta quae fiebant, solo Petragorico orta, filia cuiusdam Daberti nomine, a nativitate male caeca, petiit parentes ut eam ad illud perducerent quo omnes curari audiebat. Accessit ergo plena fides turque ei fides in luminis instauratione. Donumque luminis non caute ratione perpendens et ut debebat non custodiens, cum reverteretur: repente inter verba ludicra, ut reor, et puellaria amisit quod receperat caecitatis implicata nexibus, quaesivit qui ei manum daret, relege observata retro, spem habens recipere posse beati viri misericordiam perdidit culpa, exemplum scilicet futura et praesentibus et succiparvipendendum caelestis muneris donum, sed omni custodia diligenter servandum postquam semel fuerit impertitum. Veniens igitur ad portum multorum, orabat instanter tenebrarum suarum caliginem solvi, deinde se acturam promittens, si divina pietas id relaxaret sibi committens lumen redderet pristinum. Extorsit fides quod voluit: lucem recepit, et ad propria gaudens remeavit, laetificans parentes atque in laetitia excitans.

13 (26). In illis diebus saevitia circumquaque grassabatur Normannia omnia depopulans, captivans necique tradens. Et cum pene omne miserabili clade adfecisset nullusque locus expers tantae eorum deputaretur, compulsi regni proceres dextras eis securitatis dant et ad de suis finibus eos egredi compellunt. Quo facto Aquitanicam petunt furori satisfaciunt et absque alicujus contradictione jus suum per cuncta. Nec mirum si ita poterant, cum esset principibus terrae illius internecio et seditio peior hostibus; et revera *omne regnum divisum desolabitur non est consilium, populus corruet*. Relinquentes igitur castella minus firmas, ipsam quoque Lemovicam, tutiora requirunt et abdita loca animas suas nullius rei curam habentes. Non relinquitur autem sepul-

miraculorum claritudine. Erat enim vir quidam, Eliseus nomine, debilis . Adhuc ad eundem locum deportatur ut meritis sanaretur sanctissimi apostoli * ; quem non valebat peritia nec industria aliqua sanare medi- * Mart. ap. in rasura. jus languor, ut ipse referebat, taliter sibi acciderat. Cum quadam die meridie quiesceret somnumque caperet, evigilans pedibus manuque sensit contractum et omni hujusmodi officio destitutum. Eratque jam jus infirmitas quando ad auxilium sanctissimi confugiendum speravit Hujus siquidem, sicut diximus, recedentibus cunctis de civitate, nemo us miseretur fugaeque praesidium ferret qui sine alterius adjumento eo non poterat; et idcirco solus in ea remanserat ante basilicam Deo ubans confessoris *. Cumque nullo obstante aditus civitatis patesceret * eras. aganis in eam esset ingressus, circumeuntibus eis omnia, nemo hunc ivit, cum paene conculcaretur et inter pedes eorum immobilis ut trun- pis et sine voce jaceret. Ut vero illis recedentibus urbicolae repedare nimia omnium admiratio facta est quomodo viveret vel quare non in aniatu esset, cum nullum locum immunem hostilis perambulationis t. Super his igitur non minimas Deo sanctoque Martiali gratias et laudes ; digno arbitrato visum est eis ad sepulcrum ejus qui eum a morte t debere intromitti. Igitur omnis populus civitatis dominica die missas ns, inter agendum aeger convalescere coepit, et in se converti vultus et interrompere missarum sollemnia. Vix horae spatium completur, et prorsus debilitate postposita incolumis super pedes stetit, ambulavit prophetam, tunc salit sicut cervus claudus; et sicut, [ut] praefatum ominica infortunium illi tale accidit, ita in eadem die eum Deus per tialis apostoli * meritum pristinae reddidit sanitati. Multoque inibi * Mart. ap. in rasura. s tempore, testabatur Dei virtutem omnibus quaerentibus eam et mise- multimodam per sanctum Martialem obtineri posse, et quod experi- licerat fidei sermone cunctis percunctantibus et audire cupientibus . Nec minor admiratio erat in eo quod subsistere potuerat ante pedes n omnia diripientium ipsumque non videntium, quod ejusdem beati apostoli * Christi preces illi concesserant. Recte ergo considerantibus in hoc homine constat actum miraculum; multiplicesque illi gratias ; per quem hoc potuit, Jesu Christo Domino nostro, cui est cum Patre sancto honor, potestas omnisque virtus, nunc et ante saecula et in m saecula.

99). Praetermittamus plurima, et flosculos quasi quosdam de virtutum gniis posteritati nostrae mandemus. De quibus illud est evidens et le factum quod temporis Ludovici, Karoli filii, constat divina virtute Cum enim post mortem patris ipse regnum detinere vellet, accelerato e mora sibi dispendium aliquod gigneret et rebellibus contradicendi aeberet, cum manu valida diversarum gentium, Francorum videlicet, rum et Wasconum, Aquitanicos fines irrupit. Ad quorum impetum coe-

* item.

pit fieri omnium rerum rapina quae usibus humanis prodesse poterant. Locus ullus in tuto non erat; persona aliqua non excipiebatur; aequa lance domus divitum et potentum et procerum et capannae pauperum, orphanorum et viduarum suppellectiles scrutabantur. Ecclesiae insuper infringebantur, et sine ullo respectu vindictae quae volebant ubicunque locorum exercebantur. Verum hujusmodi temeritas non impune omnibus cessit. Unus enim quid incommodi pertulit memoratu dignum videtur. Qui genere Alamannus, moribus ferus, ceteris infestior et ad violanda sanctorum loca audacior, juxta asperitatem mentis Scrotulfus, quasi Scropulosus, idest lapideus, dicebatur. Hic dum necdum Deum veretur nec hominem, in operibus manuum suarum deprehenditur et divina ultione horribiliter corripitur. Toto quippe corpore enervatus jacebat quasi mortuus, manente tantummodo anhelitu. Et quia nobilis erat et inter suos clarissimus, circumstetit eum quicumque de exercitu regis advenire poterat, voce flebili illius defensus instantem interitum. Pervenitque de eo rumor ad aures regis Ludovici: qui valde quoque contristatus est super illum et quid facto opus esset sollicitè perquirebat. Responsum est medicaminis ope ulla juvari non posse, nisi divinitus collatum foret beneficium quo curaretur. Quid facerent? Convertuntur omnes ad sanctum domnumque nostrum Martialem, loquentes ad invicem et fiducialiter in spe sanitatis recipiendae se mutuo consolantes, ut ante ejus tumulum destitutum omni virtute hominem, jam pene cadaver, deferrent, et quousque sanitatem reciperet inibi praestolarentur. Deportatur igitur manibus suorum cum multitudine se sequentium, una etiam cum rege suo, ante sepulcrum beati antistitis; ibique, adstantibus fratribus ejusdem loci, quasi tumulandum terrae prosternunt sine motu et sensu, pulsante tantummodo anhelitu pectus. Sed cum viderent ingravescere morbum remediumque adfore nullum, paene jam de eo desperantes, relinquentes aliquos qui ejus curam haberent sive vitae sive mortis, ceteri cum suo rege ad alia demigrarunt. Quadraginta autem post dies, quasi paenitentiae satisfactione suscepta, in quibus omnino diebus nullum degustaverat cibum, solummodo aqua frigida fistula decurrens labris praegustabatur, velut in sopore resolutus, decantantibus fratribus et vota diurna persolventibus, simul et pro eo profunda gemituum suspiria dantibus, visus est ei reverentiae sacerdotalis senex adstare et manu sua ejus caput ad orationem curvare. Sedebat autem ille in gestatoria sella, qua cotidie ad oratorium deferebatur domumque revehebatur, quoniam tanta afficiebatur debilitate ut aliter de eo fieri non posset. Expergefactus vero ab illa levissima sed felicissima soporatione, conabatur se ad adorationem flectere et nutu quodam adjutorium flagitabat. Moxque cum gaudio qui aderant, ejus voluntatem accelerant eumque pavimento prosternunt; fratresque pro eo Deo letanias decantare coeperunt. Vix unius horae spatium fluxerat necdumque fratres finem coeptae orationis fecerant, et ille sensim se movere, collum extendere, vocem emittere et sanctum coepit Martialem lacrimabiliter inclamare: *Succurre, sancte, succurre, jamque finem impone labori.* Adstantes igitur ut videre eum ita motu et voce convalescere, hinc inde exilientes accurrere et

ides Deo extollere sanctumque Martialem pro eo deposcere coeperunt. Cele-
 er igitur integerrime in omnia officia corporis reparatus, gratiasque Deo et
 neto [confessori] * reddens spondensque emendationem ad propria remeavit.
 15. Quid ulterius de beati [confessoris] * Christi miraculis prosequar, cum tanta
 ut cotidie ut adsiduo egeant scriptore ? Proinde praetermittenda sunt plurima,
 eminentiora in memoria posterorum dicantur. Est autem unum non ex multo
 mpre actum, quod nonnulli qui adhuc supersunt et viderunt et relatu veraci
 iis narraverunt. Instante die pentecostes, dum secundum consuetudinem, qua
 m letaniis circumquaque commanentes et cum crucibus ad sepulcrum ejus
 venire consuescunt.... (*Reliqua desiderantur*).

* *eras.*
 * *item.*

CXXXVII. Codex signatus num. 2769.

Olim Petri Pithoei, deinde Colbertinus 3653, postea Regius C. 4^o33.3.
 Compactus ex plurimis codicibus, membraneis, praeter duos ultimos (fol. 107-
 108), qui chartacei sunt, omnibus formae minoris, non tamen aequalis, et diver-
 s valde temporibus descriptis, a saeculo VI ad XVII.

* *num.*
sequens
jam
discerni
nequit.

1^o Adventio [i. e. Inventio] sanctae crucis (fol. 15^v-
 21^v).

Id. ap. Mombrinium, tom. I, et nuperrime ex ipso hoc codice ab Alfredo Hol-
 (*Inventio Sanctae Crucis*, etc. Lipsiae, Teubner, 1889). Codex autem totus
 criptus est litteris uncialibus, saeculo, ut videtur, VI.

2^o De morte Pilati (fol. 24^r-26^r).

arat. saec. XIII. Hanc narrationem non videtur novisse Tischendorf (cfr.
 ng. apoc., ed. 1876, p. LXXX). Inc. *In diebus imperii Tyberii caesaris* *,
 archa Pontio Pilato Judeae, traditus fuit Dominus a Tyberio. In die-
 illis erat quidam Tytus subregulus Tyberii in regno Aquitannico in
 late quae dicitur Soradogal. Erat autem infirmus in nare sua quia
 cerem debaccantem intra habebat ut faciem teneret usque ad oculos...

* *cod.*
sesaris.

3^o Miracula sanctae Mariae virginis (fol. 55^r-84^v) (1).

arat. saec. XIII. Prima pars hujus opusculi (fol. 55^r-59^r) est tractatus Eadmeri
 uariensis *de quatuor virtutibus B. Mariae*, ed. P. L., tom. CLIX, p. 579-87.
 de (fol. 59^r-60^r) disserit scriptor de assumptione B. V. Denique (fol. 60^r sqq.)
 m miraculorum enarrat, quorum primum est historia Theophili paenitentis,
 ndo referuntur apparitiones beatissimae Virginis S. Basilio, etc.

Codicillus iste fuit olim coenobii Sancti Dionysii : qui autem eundem prae-
 (fol. 30-34), ecclesiae cathedralis *sci. Petri Belvacensis*.

CXXXVIII. Codex signatus num. 2791.

Olim Tutelensis (1), deinde Colbertinus 5266, postea Regius C. 4179.7.

Foliorum 120, min. (0^m,243×0,17), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

**1° Liber miraculorum Gregorii Florentii Fortunati
Georgii (fol. 1^r-34^r).**

Liber i *De gloria martyrum*, ed. P. L., tom. LXXI, p. 705-800, et a B. Krusch, *Mon. Germ., Script. rer. Merov.*, tom. I, p. 484-561. Sed in codice praetermissa sunt capp. (secundum editionem Ruinartii) 1-12, 28, 29, 32, 33-37, 39, 42, 44-46, 48, 51, 52, 64, 77-79, 86, 90, 92, 94, 96, 97, 99, 101, 104, 106^l pars ultima, 107.

**2° [Ejusdem] liber secundus de miraculis sanctorum
(fol. 34^r-72^v).**

Liber *De gloria confessorum*, ed. P. L., tom. cit., p. 827-910, et a B. Krusch, tom. cit., p. 744-820. Praetermissa sunt in codice capp. 13, 22, 23, 26-28, 41, 57, 61, 62, 69, 87, 106.

**3° [Ejusdem libri quatuor de] miraculis beati Martini
(fol. 73^r-120^v).**

Ed. P. L., tom. cit., p. 911-92, et a B. Krusch, tom. cit., p. 502 sqq. Codex desinit mutilus in fine praefationis libri IV, cujus index capitulorum praefationi praefixus est.

CXXXIX. Codex signatus num. 2795.

Olim « Liber Sancte Marie de Bono Portu », deinde Colbertinus 5207, postea Regius C. 4046.5.A.

Foliorum 177, med. (0^m,27×0,165), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

**Vita sanctae Christi ancillae Mariae de Oegnes, ad
Fulconem episcopum Tholosanum (fol. 124^r-176^v).**

Auctore Jacobo de Vitriaco, ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Jun., tom. IV, p. 636-66.

(1) Ut constat ex nota inscripta fol. 1^r: *Codex iste in bibliothecam Colbertinam delatus est ex urbe Tutelensi anno MDCLXXXVII. Steph. Balusius.*

CXL. Codex signatus num. 2809.

Olim Regius R. 2122, P. 2309, C. 4337.

Foliorum 152, min. (0^m,178×0,143), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

[*Excerpta ex libris de vitis patrum*] (fol. 53^r-150^r).

Inter haec Rufini *Historia monachorum* (ed. P. L., tom. XXI, p. 387-402) complet folia 122^r-137^r, hoc titulo inscripta : *Prologus Palladii viri doctissimi de vitis egyptiorum patrum*.

CXLI. Codex signatus num. 2825.

Olim Colbertinus 5199, deinde Regius C. 4051. 5.

Foliorum 137, compactus ex multis codicibus, omnibus quidem formae minoris, sed non aequalis, diversis temporibus conscriptis, a saeculo X ad saeculum XV. Unus codicum (fol. 82-83) chartaceus est, alii membranei.

1° [*Vita metrica S. Cuthberti episcopi Lindisfarnensis*] (fol. 57^r-78^r).

Auctore Beda, edita P. L., tom. XCIV, p. 575-96. In codice, primis foliis mutilo, incipit *Vita* versu quinto capituli xi (*Haec et ego...*). Codex saeculo X exaratus est ; notas ad verba difficiliora explicanda adjecit manus saeculi XII.

2° *De sancta Menalia* * [*seniori*] (fol. 82^r-83^v).

* sic.

Breve compendium Vitae S. Melaniae senioris ex his quae in *Vitis Patrum* de ea leguntur. Haec pars codicis descripta est saeculo XV.

3° *De sancta Menalia juniore* (fol. 83^r-85^r).

De qua *Vita* idem dicendum quod de superiori.

CXLII. Codex signatus num. 2827.

Olim « de Camera compotorum Blesensi » (fol. 212^v), deinde Regius R. 1007, P. 1101, C. 4341.

Foliorum 212, min. (0^m,24×0,16), lineis plenis, exaratus saec. XII et XIII.

1° [*Hincmari epistola ad Carolum imp. de SS. Sanctino et Antonino*] (fol. 112^r-114^v).

2° *Passio sanctissimi Dionysii...* (fol. 115^r-143^v).

3^o Revelatio quae ostensa est sancto papae Stephano... (fol. 143^v-145^v).

Ut supra, cod. 2445 A (p. 118), 1^o, 5^o, 6^o.

CXLIII. Codex signatus num. 2832.

Olim monasterii Jurensis Sancti Eugendi sive Sancti Claudii (1), deinde Petavianus (Q. 41), deinde Bigotianus 323, postea Regius C. 4345. 2.

Foliorum 137, min. (0^m,213×0,15), lineis plenis, exaratus saec. IX.

Qualiter sanctorum martyrum Cypriani, Sperati, Pantaleonis reliquiae Lugdunum advectae sint (fol. 63^r-65^r).

Agobardi carmen, ex editione Baluzii ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Julii, tom. IV, p. 211.

CXLIV. Codex signatus num. 2838.

Olim Moissiacensis, deinde Colbertinus 4300, postea Regius 4080. 5.5.

Foliorum 158, min. (0^m,25×0,15), lineis plenis, exaratus saec. XII.

Vita sancti Pauli Narbonensis episcopi (fol. 90^r-94^r).

Vita fabulosa, longe prolixior illa quae edita est a Franc. Bosqueto et inde *Act. SS.*, ad d. 22 Mart., tom. III, p. 273. Quam hic exhibere visum est.

Appendix ad cod. 2838.

Incipit vita sancti Pauli Narbonensis episcopi.

1. Post passionem Domini nostri Jesu Christi et ascensionem ejus ad caelos omnes apostolorum discipuli mittuntur indictione Spiritus sancti singuli per loca sua ad praedicandum evangelium. Ariopagita quidam summae sanctitatis vir Parisium, Paulus vero Sergius mittitur ad nobilissimam civitatem Narbonensem. Erat tunc Narbona omnium Galliarum civitatum nobilissima, opibus ditissima, arboribus nemorosa, aquis irrigua, prole fecunda, in propagatione generis humani opulentissima.

(1) Cfr. Delisle, *Cod. des mss.*, tom. II, p. 409 extr.

2. Post gloriosum itaque apostolorum triumphum demoranti Sergio Paulo in insula Papho suae civitatis loco, astitit ei apostolus Paulus, ei dicens per visionem : *Frater Paule, fratrem tuum apostolum Paulum audi, et praeccepto Domini nostri Jesu Christi quantocius ad partes occidentales vade, et praedica evangelium Domini nostri Jesu Christi in omnibus gentibus; idola falsa a falso diabolo inventa verissimis assertionibus destrue, fana quoque templorum ad nihilum redige, infirmos sana, pauperes Christi evangeliza, ecclesias construe; quia quaterdecimo anno glorioso confessorum triumpho eris consortio fratrum tuorum adscribendus in gaudio Domini tui. Doctrinam Elyma magi devitandam praedica, et annuntia qualiter sint devitandae omnes diabolicae falsitates.*

3. De nocte consurgens Sergius Paulus, duobus diaconibus accersitis Rufo et Stephano, Romanum iter expetens venit. Quo in loco summam magistri Pauli praedicans evangelizando doctrinam, Neronis falsam esse legem omnibus indicans, ac Simonis magi hostis callidi errorem nihil impendendum esse commemorat, qui dudum de aere projectus obierat. Ubi apostoli Pauli ecclesiam construens, ordinatis presbyteris ac diaconibus, iter cepit ad Gallias.

4. Factum est autem, dum in civitate Lunae deveniret praedicando et baptizando et infirmos sanando, mulier quaedam sibi obtulit filium caecum ac ut sibi [munus] sanitatis impenderet obnixè deposcit. Tum ille, ut erat mente jucundus, affabilis bonitate, nitidus locutione, luculento sermone eloquens, mulieri protinus respondit : *Dominus meus Jesus Christus, qui apparuit Paulo apostolo magistro meo, qui ecclesias persequabatur, eumque caecum splendore claritatis caelestis instituit et de persecutore fecit vas electionis, mi[ni]sterio Ananiae et baptismo illuminavit, ipse aperiat oculos filii tui, ut videat claritatem magnitudinis Dei. Domine Jesu Christe, audi me miserum peccatorem et in tua misericordiu confidentem, illumina oculos cordis et corporis hujus pueri, ut te solum videat et intellegat, quatinus cognoscant omnes te esse unum et verum Dominum Jesum Christum per infinita saecula saeculorum. Amen.* Et statim de oris ejus sputo tetigit oculos ejus, lumenque pristinae incolumitatis accepit. Astantes hoc miraculum videntes, ruerunt proni in terram, pectora percutientes ac dicentes : *Sit nomen tuum, Deus, benedictum, qui nos visitasti meritis sancti episcopi Pauli. Pereant simulacra daemoniorum, pereant qui non credunt Deum quem praedical servus Dei Paulus.*

5. Proconsul Sampricius ejusdem civitatis, missis apparitoribus jussit sanctum Dei ad se venire. Cui sic ait : *Cujus nominis es?* Cui ille : *Paulus vocitor.* Et ille : *Ex qua progenie es?* Respondit Paulus : *Ex partibus transmarinis legatione sancti Pauli apostoli huc veni pro vestrorum omnium salute.* Proconsul autem iratus jussit cathomo eum suspendi. Cui sic ait : *Paule, consule tuae pulchritudini, ut ne perdas lucem vitae praesentis.* Cui sanctus Paulus : *Tu consule senectuti tuae; quia si non feceris, cum tuis daemo-*

* cod. fide.

nibus damnaberis in sempiternalibus flammis. Ad haec iniquus iudex : *Per deos deasque juro, nisi sacrificaveris Deo Apollini, gravis tormentis te faciam interfici.* Et jussit eum in carcere custodiri. cere eo denique posito, veniebant undique infirmi et sanabantur ; caeci videntur, surdi auditum, claudi gressum.

6. Audiens Sampricius tyrannus, jussit eum vinculis ferreis ligari et in praecipitari. Quo projecto in mare cum duobus diaconibus, psallebat dicens : *Deduc me, Domine, in via tua, et ingrediar in veritate tua ; et in transitu per ignem et aquam, et induxisti nos in refrigerium pervenerunt usque ad litus super aquas ambulantes illaesi.* Hoc comperit consul ad se venire jubet, dicens eis : *Quibus magicis artibus etiam delusistis ?* Beatus Paulus respondit : *Virtute Domini, proconsul, hoc est, non figmento ullius praestigii.* Caesos sanctos Dei jussit iniquus proconsul in carcere recipi, dicens : *Per invictissimos deos Mercurium et Jovem [juro], quia in exemplo crucifixi Galilaei te cras diversis tentis faciam interfici cum his consimilibus, si non sacrificia reddideris Deo Apollini.* Eadem nocte morte repentina Sampricius occubuit. Tunc Dei cum summo gaudio ab omnibus trahuntur de carcere.

7. In qua sanctae Dei genitricis civitate ecclesiam beatus Paulus consuetudine catholica fide praedicata omnibus et confirmata recessit. Post paucos autem Ticinum veniens, ubi etiam quam plures ad fidem sanctae Trinitatis avertuntur. Interea Ebredunensem Galliarum civitatem adiens, ubi Neptuni idolum a quo *cod. quo.* dis paganis colebatur, quod in Trinitatis nomine exsufflavit, et mox ad redigit. Hoc homines civitatis audientes, unanimiter ad eum concurrerunt in grabatis ei male habentes offerunt. Quibus omnibus curam sanitatis impertit et ecclesias benedicens, Christum praedicans, civitatem Aurisium devotissime *cod. fama.* cum famam tanti viri cives loci illius audissent, ad eum devoto pectore postulantes ut apud eos maneret, viam ac legem Domini omnibus praedicavit. Quibus votis vir Domini annuit, ibique per spatium mensium trium mora In eadem quoque civitate fecit ecclesiam sanctae Dei genitricis et sancti fratris Domini, constituit episcopum ac presbyteros et diacones.

8. Tunc Narbonenses cives omnes, audita fama viri Dei, unanimiter conati ad eum, dicentes : *Vir virorum omnium optime, veni et utere servitio famulorum tuorum. Aufer jam futuros filios de captione inimiz nostram terram ad nihil redigentium ; doce famulos futuros legem Dei, doce mandatum, quo semper futuris generationibus laudetur in nobis nomen Domini.* Tunc claves civitatis portarumque omnium a quibus ejusdem civitatis traditae sunt sancto confessori Paulo, ut ipse *cod. sic.* successorum ea lege haberetur in civitate praedicta uti Petrus apostolus Omnibus Aurisiae civitatis valedicens, profectus est. Alio quoque die Aurisiam civitatem ingrediens, ubi civibus rogantibus ecclesiam sancti Petri apostoli dicitur, constituit presbyteros, ac clericos ordinans, recessit.

9. Intrans vadatione aequoris Rhodani, nauta ad nisum aequora tundens de navi in aquam ruit; quem fundus ipsius ita obsorbuit, ut penitus ab omnibus mortuus diceretur. Omnibus hac de re lugentibus, imperavit vir Dei silentium, dicens: *Domine Jesu Christe, qui pedibus super mare ambulasti et ne mergeretur dexteram porrexisti apostolo Petro, exaudi me famulum tuum ad te clamantem in hoc: nautam hominem reddat virtus potentiae tuae quem aqua Rhodani hujus obsorbuit.* Hoc super ripam fluminis dicto, cadaver exanime super aqua natans apparuit. Quem rastris homines ad litus trahunt, eumque in praesentia viri Dei deportaverunt. Quem vir Dei intuens, flexis genibus oravit, dicens: *Domine Jesu Christe, qui ad salutem hominum de sinu Patris ad terras descendisti et nobis in tua resurrectione spem donasti resurrectionis, aperi aures tuae pietatis, aperi thesaurum benignitatis tuae, ut videntes benedicant nomen tuum in saecula saeculorum.* Cumque respondissent omnes Amen, apprehendens manum nautae dixit: *Qui tertia die surrexit a mortuis, ipse te resuscitet in anima et corpore.* Statimque qui mortuus videbatur, repente surrexit seseque prostravit ad genua viri Dei, dicens: *Per illum quem inferni baratra tremescunt et metuent te, vir Dei, adjuro ut me non diutius differas baptizare, quia quoddam ineffabile vidi quod omnium mortalium visibus patet. Ecce omnis mea domus, ecce omnis familia, quam laetificasti miraculis sanctitatis tuae. Baptiza me una cum illis, per illum te adjuro quem praedicas.* Occurrunt omnes a minimo usque ad maximum ex civitate, mortuumque hominem resuscitatum inspiciunt, benedicentes et glorificantes nomen Domini. Baptizati sunt autem in illa die mille et eo amplius viri, exceptis parvulis et mulieribus.

10. Contractus quidam hinc adducitur, viroque Dei praesentatur. At ille manum contracti tenens et erigens, dixit: *In nomine Jesu Christi, sta super pedes tuos.* Et confestim languidus et claudus stetit super pedes suos sanus, benedicens et laudans Deum.

11. Hinc iter coeptum beatus confessor Paulus Narbonensem peragens, innumerable turba vicinarum civitatum eum adeunt, dicentes: *Ad nos, vir Dei, ad nos veni; visita plebem Domini, visita loca a diabolo constituta; aufer a nobis iniquitatem adversariorum, aufer versutiam daemonum, quatinus omnis creatura Deum suum creatorem agnoscat verum et universum Filium Dei.* Tunc confessor Domini beatus Paulus omnes adloquitur dicens: *Narbonae, fratres mei, Narbonae sum datus, et ad hoc missus ut ibi ineres mei corporis condantur, ubi ossa funebria diem mortalium reputationis expectent. Certe, fratres mei, Narbonae civitati me dominus meus sanctus Paulus apostolus, vas electionis Domini, dedit, ut per me civitas Narbonensis, filia Romae, in sanctis actibus sit filia Dei, et omnes filios ejus patri Domino reddam. Vos autem, fratres, credite in sum Dominum, patrem omnium creaturarum, qui in principio terram*

* sic.

fundavit et opera manuum ejus sunt caeli. Credite Filium ejus unigenitum Dominum nostrum ex virgine natum et pro salute hominum passum; credite eum resurrexisse a mortuis die tertia, credite eum super omnes caelos ascendisse et Spiritum sanctum paraclitum die pentecostae suis discipulis dedisse, qui eos docuit de omnibus generibus linguarum ad praedicandum in omnibus gentibus evangelium suum; credite etiam venturum in extremo iudicii die ad reddendum malis mala et bonis bona. Cumque omnes respondissent compuncti corde se reos, se peccasse idolorum culturis, in simulacris daemoniorum, baptizavit eos in nomine Patris Filii et Spiritus sancti; ecclesiamque sanctae resurrectionis paschae super Rhodum saxa benedicens, abiit.

* *cod. oves.* 12. Tunc cives * Narbonenses pariter conglobati audiunt adventum viri Iuliani episcopi Pauli; obviam sibi occurrunt cum lampadibus et coronis et cimbalis dicentes: *Visita, domine, visita, praesul sancte, familiam tuam, qua sibi attrahit hostis callidus in culturis daemonum et in manufactis illis. Nos filii, tu pater; nos servi, tu sis dominus; nos oves, tu pastor.* I duo itaque dierum spatia ad civitatem Narbonam veniunt, ubi a civitate ejusdem urbis est mirifice susceptus.

* *cod. speciosa.* 13. Quaedam illius civitatis principis conjux ex amisso conjugio habebat filiam nimiam pulchritudine speciosam, quam dudum antiquus invaserat hostis. Quam cum fuisset ad virum Dei deducta, exclamavit daemon per os puellae dicens: *Vir Dei, magne Paule episcopo, cur me persequeris? Ex insula Pauli tuis orationibus me expulisti, nunc vero cur persequeris? Desine jam desine persequi insontem, desine persequi innocentem. Quamobrem igne consumis, curque me igne exuris? Numquidnam unquam tibi congrua tuisque similibus peregi? Obsecro, parce, obsecro, ignosce. Non auferre vascula dudum a me recepta.* Hoc daemone dicente, eam vir in manibus apprehendens dixit: *Exi, immunde spiritus, exi de plasma Domini nostri Jesu Christi, qui tibi praecipit ire ubi non sit ullus accessus hominum.* Dans vero beatus Paulus orationem, dixit: *Domine Jesu Christe, cujus nutu universa dispersa congregantur, et congregata gratia tu potentiae semper conservas, adesto nobis clamantibus misericordiae tuae, et hunc nequissimum daemone dextera tuae virtutis allide, qui omnes agnoscat te verum Dominum Jesum Christum unicum Patrem de caelo descendisse pro peccatoribus.* Haec dicens, coepit daemon clamare: *O vir Dei Paule, quo ibo? Quo me vertam? Ubi fugiam? A facie tua furis mihi aptus aditus ubi erit?* Hoc daemone dicente, excreat puella teletum similitudine scarabeum, tantusque fetor intolerabilis omnibus apparuit illum tolerare nulla fragilitas hominum quivisset; et statim puella sana facta eamque matri reddidit sanam.

14. Tunc nobilissima illa matrona cum omnibus suis optimatibus et famulis sive civibus effecta est christiana. Omnes hereditates proprias sancto viro co-

luit in ecclesiis faciendis; et cum filia sanctissima sanctimonialis effecta, deposuit omnem ornatum in gemmis et auro, quas tradidit in ornatibus ecclesiarum Dei. Quae postea facta est perfectissima discipula Christi sancti Pauli episcopi ammonitione cum propria filia virgine Clenone, quam sibi in propriam sanctus Paulus adoptavit filiam. Infra palatium quoque illius matronae construxit beatus confessor Paulus ecclesiam sanctae Dei genitricis, ubi ipse sanctus postea requievit multis annis.

15. In perfectione autem hujus sanctae Dei genitricis ecclesiae tota civitas coronatur, clauduntur templa, aperiuntur ecclesiae, fana dissipantur, delubra daemoniorum ab omnibus eiciuntur. Quid plura? Novis rosarum floribus Narbonensis [civitas] coronatur. In qua civitate plurimas ecclesias construens, presbyteros ac diacones ordinans, Stephano proprio diacono, viro sanctissimo, omnes ecclesias [c]ommittens, Rufum vero Avenione praefecit, valedicens fratribus, Tolosam ut verbum Domini adiens praedicaret. Ubi plurimas Domino ecclesias benedixit titulo Christi; presbyteris et diaconibus inibi constitutis, Narbonam petiit. Hispaniarum inde partes circumiens, praedicans evangelium, confirmans ecclesias per annos multos, praecepto sancti Pauli apostoli navigio marino Narbonam repetit propriam civitatem.

16. Cumque per spatium parvi temporis perdurasset inibi et vitam caelestem in terris duceret, quadam die ei per visionem astitit Paulus apostolus, dicens: *Paule, bone serve, euge, intra in gaudium Domini tui.* Evigilans Paulus, quod somno viderat mente pertractat. Rursum sopori deditus Paulus obdormivit. Cui sanctus Paulus apostolus iterum apparuit, ei dicens: *Paule, bone serve, euge, et fidelis, intra in gaudium Domini tui.* Iterumque sanctus Paulus sopore evigilans, praeripitur somno. Ei quoque tertio sanctus Paulus per visionem dicit: *Paule Sergi, serve fidelis et bone, euge, intra in gaudium Domini tui.* Expergefactus sanctus Paulus, Stephano proprio diacono rem sibi patefactam manifestat. Scio, ait, frater, scio me dominum meum sanctum Paulum apostolum vocasse. Nunc vero tibi, frater Stephane, ecclesias Galliarum in Deo commendo. Et sicut civitas Narbona in perceptione evangelii Domini nostri Jesu Christi in partibus occidentalibus extitit gloriosior et prima, ita et in honoribus sacerdotum prae omnibus Galliarum civitatibus splendidior erit et ditior futuris generationibus.

17. Facto mane, corripitur sanctus vexatione febrium, et post matutinarum excubias omnes proceres Narbonenses ad eum undique gratia visitationis veniunt, eique verbum salutis exposcunt. Plorat omnis ecclesia, plorat vulgus omniumque aetas. Motus vir Dei pietate eos adloquitur: *O, inquit, filii carissimi, recordamini mei sermonis, rememoramini doctrinam sancti Pauli apostoli. Meminisse etiam vos volo illud Domini: « Cavete vos a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium sed intrinsecus sunt lupi rapaces. » Scitote Ecclesiam nulla adversa passuram in praesenti tempore, persecutionem futuri antichristi. Sed nunc, cari fratres, vos Deo com-*

* sic.

mendo. Credite unum Deum in trinitate et trinum in unitate. Scire vos volo quia pax a Domino dabitur sanctae Ecclesiae post tyrannorum persecutionem, et Narbonensis ecclesia praedicabitur in partibus occidentalibus omnium ecclesiarum excellentior. Haec dicens, Deo spiritum reddidit. Tantisque odor pariter omnes replevit ut omnis dolor patris miri odoris dulcedine auferretur.

18. Sepultus est autem in ecclesia sanctae Dei genitricis Mariae : in qua per quadriennium nullus dies extitit qui miraculis vacuus transiret. Scripsit autem discipulus ejus Stephanus in lapide porphyretico ad caput ejus titulum : *Hic requiescit sanctus Paulus, discipulus apostoli Pauli, episcopus Narbonensis ecclesiae.*

CXLV. Codex signatus num. 2843 B.

Olim Caroli de Montchal deinde Telleriano-Remensis 119, deinde Regius C. 4403. f.

Foliorum 124. min. (0^m, 258×0,15), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° [Vita sanctae Euphrosynae] (fol. 113^r-121^v).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 643-52.

2° [Vita sanctae Marinae] (fol. 122^r-124^v).

Ed. ibid., p. 691-94.

CXLVI. Codex signatus num. 2843 E.

Olim Regius R. 2236, P. 1175, C. 4319.

Foliorum 79. min. (0^m, 25×0,17), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

Vita S. Joannis apostoli (fol. 40^v-53^v).

Auctore Pseudo-Melitone. ed., multis lectionibus variantibus, P. G., tom. V, p. 1259-50. Addita est in fine pia exhortatio.

CXLVII. Codex signatus num. 2845.

Foliorum 170, min. (0^m,205×0,15), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

1° Liber gestorum Barlaam et Josaphat servorum Dei, editus a Joanne Damasceno viro sancto et erudito (fol. 1^r-115^r).

Ut supra, cod. 2153 (p. 103.).

2° [Vita sancti Brandani abbatis] (fol. 115^r-134^r).

Ed. ab A. Jubinal, *La légende latine de S. Brendaines* (Paris, 1836). Cfr. *ibid.*, p. iv.

CXLVIII. Codex signatus num. 2846.

Olim Puteanus, deinde Regius C. 4348.

Foliorum 181, min. (0^m,195×0,15), lineis plenis, exaratus saec. X.

1° Visio vel actus beatissimi Baruntii confessoris, quod est viii kal. aprilis (fol. 125^v-135^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Mart., tom. III, p. 570-74.

2° Vita sanctorum septem Dormientium (fol. 139^v-154^r).

Ed., multis lectionibus variantibus, *Bibl. Casin.*, tom. III, Florileg. p. 252-59.

3° Passio sanctae ac beatissimae Reginae martyris sive virginis (fol. 166^v-172^r).

Acta de quibus *Act. SS.*, ad d. 7 Sept., tom. III, p. 24, num. 2-7.

CXLIX. Codex signatus num. 2849 A.

Foliorum 76, min. (0^m,175×0,135), lineis plenis, exaratus saec. X.

De inventione sanctae Crucis (fol. 3^r-8^r).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II.

CL. Codex signatus num. 2850.

Olim *ecclesiae sancti Nazarii sedis Carcassonensis* (fol. 1^r), deinde Colbertinus 3522, postea Regius C. 4300.2.2. a.

Foliorum 113, min. (0^m,26×0,19), columnis binis, exaratus saec. XIV.

Transitus sancti Johannis apostoli (fol. 83^v-84^r).

Ultima pars operis Pseudo-Melitonis, videlicet a verbis *cum esset annorum* (P. G., tom. V. p. 1249 med.) usque ad finem.

CLI. Codex signatus num. 2854.

Olim Puteanus, deinde Regius C. 4536.

Foliorum 72, min. (0^m,23×0,165), lineis plenis, exaratus saec. IX.

1^o Epistola Severi Sulpicii ad socrum suam Basulam, qualiter sanctus Martinus de hoc mundo recesserit (fol. 62^r-64^r).

Ed. P. L., tom. XX, p. 181-84 (finis ut in cod. Veronensi).

2^o [Excerpta ex Gregorio Turonensi de obitu et translatione S. Martini] (fol. 64^r-66^v).

Hist. Franc., lib. I, cap. ult. et *De miraculis S. Martini*, lib. I, capp. 4, 5, 6.

3^o Scriptum Albini magistri de vita sancti Martini, in quo mirifice virtutes commentatus ipsius est breviter (fol. 66^v-69^r).

Ed. P. L., tom. CI, p. 657-62.

4^o Vita sancti Briccii episcopi edita a Gregorio Turonensi episcopo (fol. 69^r-70^v).

Gregorii Turonensis *Hist. Franc.*, lib. II, cap. 1.

CLII. Codex signatus num. 2860.

Olim J. B. Hautini, deinde Baluzianus 753, postea Regius C. 4337.2.

Foliorum 84, min. (0^m,185×0,14), columnis binis lineis plenis fol. 1-3, fol. 33^r-36^r, fol. 38^r-33^r), exaratus diversis manibus saec. XIII et XIV.

1° [Excerpta ex Paulo Diacono de S. Benedicto et monasterio Casinensi] (fol. 19^v-21^r).

Ex *Hist. Langob.* (ed. Bethmann et Waitz), lib. I cap. 23 init. et 26 fin. (Elogia S. Benedicti, Cassiodori, etc.), lib. IV cap. 17 (De destructione monasterii Casinensis), lib. VI cap. 2 (*circa haec tempora...* De translatione corporis S. Benedicti) et cap. 40 (usque ad med.... *paterna pietate concessit*. De reparatione ejusdem monasterii cura Petronacis abbatis).

2° Evangelium Nichodemi. Gesta Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, quae invenit Theodosius Magnus imperator in praetorio Pilati in codicibus publicis (fol. 38^r-53^r).

Ed. ap. Tischendorf, *Evang. apocr.*, p. 338-416. Deest prologus *Ego Aenias...*

CLIII. Codex signatus num. 2867.

Olim Regius R. 1936, P. 2187, C. 4380.

Foliorum 56, min. (0^m,175×0,125), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

1° [Vita sanctae Euphrosynae] (fol. 34^r-44^v).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 643-52.

2° Vita beatae Pelagiae (fol. 44^v-54^v).

Ed. *ibid.*, p. 663-72.

3° De Thaisi meretrice (fol. 54^v-56^v).

Ed. *ibid.*, p. 661-63.

CLIV. Codex signatus num. 2873.

Olim *de bibliotheca Carmelitarum Parisiensium* (fol. 1^r, fol. 6^r et fol. 50^r), deinde Regius C. 4334.

Foliorum 109, min. (0^m,22×0,14), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

1° [Miracula B. Mariae Virginis] (fol. 1^r-5^v).

Miracula quinque, quorum primum est de puero qui annulum digito statuae Deiparae inseruit, ultimum de monacho fure ope B. V. ab aeterna damnatione servato.

2° [Hermanni monachi liber de miraculis S. Mariae Laudunensis] (fol. 6^r-21^r).

Ed. P. L., tom. CLVI, p. 961-89 ante med. (...*Magna erit gloria... plus quam prioris*). Reliqua desunt.

3° [Alia miracula B. V. M.] (fol. 21^r-39^v).

Miracula circiter viginti, quorum primum est apparitio B. V. M. S. Ildephonsi Toletano, ultimum historia Theophili paenitentis.

4° Libellus de miraculis sanctae Dei genitricis Mariae editus a domno Hugone Farsito (fol. 39^r-48^r).

Ed. P. L., tom. CLXXIX, p. 1777-1800. Subiuncta sunt (fol. 48^r-58^r) Gregorii Turonensis libri I *de gloria martyrum* capp. 1, 9, 11, 19.

5° Sermo sancti Athanasii episcopi de mirabilibus quae facta sunt per imaginem Domini nostri Jesu Christi in Beryto civitate, quinto idus novembris (fol. 50^r-52^r).

Ed. P. G., tom. XXVIII, p. 819-24.

6° [Miracula B. V. M.] (fol. 55^v-65^v).

Miracula octo, quorum primum est *De quodam excommunicato*, ultimum *De sanctimoniali femina nomine Eulalia, cui Domina nostra vices dicendi suum angelicum ave brevaviit*.

CLV. Codex signatus num. 2873 A.

Olim Regius P. 2045, C. 4427.

Foliorum 121, min. (0^m,20×0,155), lineis plenis, exaratus saec. X.

1° Epistola Ludovici imp. ad Hilduinum abbatem... (fol. 1^r-3^r).

2° Rescriptum ejusdem [Hilduini]... (fol. 3^r-11^v).

3° Epistola Hilduini [ad omnes fideles]... (fol. 11^v-13^r).

4° Passio sanctissimi Dionysii... (fol. 13^r-41^r).

5° Revelatio quae ostensa est sancto papae Stephano... (fol. 41^v-43^v).

Haec omnia ut in cod. 2445 A (supra, p. 187), 2^o-6^o.

6° [De SS. Sanctino et Antonino] (fol. 44^r-46^v).

Ut ibid., 1^o.

7° Vita sancti Germani episcopi [Autissiodorensis] et confessoris (fol. 48^r-75^r).

Auctore Constantio presbytero, ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Jul., tom. VII, p. 200-20.
 Excisis nonnullis foliis, est lacuna a num. 10 med. (*in quibus ita vini sapor...*)
 usque ad finem num. 30, cujus tantummodo remanet ultima vox (*intrepidus*).
 Deest etiam pars posterior numeri ultimi (*Sedit autem...*)

**8° Sermo sancti Hieronymi presbyteri ad Paulam et
 Eustochium de assumptione sanctae Dei genitricis
 Mariae (fol. 75^r-95^v).**

Ed. *P. L.*, tom. XXX, p. 122-42. Iterum excisis foliis, desinit sermo seu epistola
 in his verbis num. 16 init... *de caelo venit sponsus* (p. 139, lin. 4 a fin.).

9° [Vita sanctae Mariae Aegyptiacae] (fol. 96^r-105^r).

Ed. *P. L.*, tom. LXXIII, p. 671-90. Initio et fine mutila est. Prima verba sunt
 cap. 9 extr. (*Ille autem in terra prostratus...*), ultima cap. 24 extr. et primum
 cap. 23 (... *indignus est mundus. Haec*).

10° Exaltatio sanctae crucis (fol. 106^r).

Excisis superioribus foliis, legitur hic tantummodo finis documenti (*O crux
 splendidior astris...*).

**11° [Apparitio sancti Michaelis in monte Gargano]
 (fol. 106^v-109^v).**

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Sept., tom. VIII, p. 61-62. Sequitur (fol. 109^v-110^r) narra-
 tiuncula de immani dracone illas regiones infestante, quem S. Michael *in forma
 avis* apparens *cum gladio ignito in XII partes scidit...*

**12° [Apparitio sancti Michaelis] in monte qui dicitur
 Tumba in occiduis partibus sub Childeberto rege
 Francorum et Autberto episcopo (fol. 110^v-114^r).**

Ed. *ibid.*, p. 76-77, num. 1-7.

13° Passio sancti Benigni martyris (fol. 114^r-116^v).

Ed. *Ope* hujus codicis *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 160-62. Foliis excisis,
 desinit Vita mutila initio num. 6 (...*auxiliumque Domini sui postulans, ait :
 Jesu Christe*).

**14° Revelatio corporis protomartyris Stephani (fol.
 117^r-121^v).**

Epistola Luciani ad omnem Ecclesiam, ed. *P. L.*, tom. XLI, p. 807-13 (col. 1,
 ex *Ulim.* et *Lov.*)

CLVI. Codex signatus num. 2873 B.

Olim, ut videtur, collegii Soc. Jesu Claromontani, deinde Petri Pithoei, deinde Thuaneus, deinde Antonii Faure 173, postea Regius C. 4427. 1.

Chartaceus, foliorum 230, min. (0^m,21×0,15), lineis plenis, exaratus saec. XV.

In eo codice leguntur de S. Dionysio et monasterio ejus nomine dicato eadem omnino documenta, eaque eodem ordine disposita et iisdem inscriptionibus et clausulis insignita, quae leguntur in codice 2447 (cfr. supra, p. 120) : unde iudicandus est ex illo codice vel ex hujus exemplari fuisse descriptus.

CLVII. Codex signatus num. 2883.

Olim coenobii « Montis Dei ord. Cartus. Remensis dioc. », deinde Thuaneus, deinde Colbertinus 4013, postea Regius C. 4372. 3.3.A.

Foliorum 118, min. (0^m,23×0,16), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

Vita sancti Hugonis [Gratianopolitani] episcopi et confessoris (fol. 105^r-114^v).

Auctore Guigone, ed. *Act. SS.*, ad d. 1 April., tom. I, p. 37-46.

CLVIII. Codex signatus num. 2887.

Olim Antonii Faure 103, deinde Regius C. 4483. D.

Foliorum 172, min. (0^m,213×0,14), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

Folio insiticio in capite codicis inscripta est haec dedicatio : *Anno Domini MDCXXXVI.... Illustrissimo Pictaviensi episcopo Henrico Lodoico Chasteignier de la Rochepos D'Abein Patrono suo beneficentissimo Ivo Carn. Marbodus Rhed. episcopi.* Et sequuntur versus, aureis, sicut et ipsa inscriptio, litteris exarati.

Passio sancti Victoris edita ab Hugone Lingonensi episcopo (fol. 170^v-172^v).

Ed. sub nomine Marbodi P. L., tom. CLXXI, p. 1613-26. Desinit mutila in hoc versu *Mortem sponte pati sub conditione Pilati* (tom. cit., p. 1618. lin. 20 a fine).

CLIX. Codex signatus num. 2929.

in coenobii « Beatae Mariae Mortui Maris », deinde Colbertinus 4773, postea
us C. 4370. S. A.

liorum 88, min. (0^m,215×0,15), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

1° [Epitaphium B. Eugenii III papae] (fol. 30^r).

l. *Cat. Brux.*, tom. II, p. 232.

2° [Alterum epitaphium ejusdem] (ibid.).

l. P. L., tom. CLXXX, p. 1009. In codice leguntur in capite hi duo versus qui
cit. desiderantur :

*Gemma sacerdotum, caput urbis et orbis honesti
Culmen apostolici gloria summa gradus.*

3° [Epitaphium S. Bernardi] (ibid.).

d. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 286 (Tria scilicet priora disticha *Clarae sunt
Ves....*).

CLX. Codex signatus num. 2941.

olim Sancti Martialis Lemovicensis 146 (olim 109), deinde Regius C. 4473. 2.

oliorum 137, min. (0^m,205×0,14), lineis plenis (praeter pauca folia), exaratus
ersis manibus saec. XIII.

1° [Breves notitiae de S. Silvestro, de S. Mauro et de
S. Pardulpho] (fol. 10^r-12^v).

larum nulla saneti vitam usque ad ejus exitum deducit.

2° [Excerpta ex vitis Patrum] (fol. 66^v-83^r).

x iis libris scilicet qui vulgo *Verba Seniorum* inscripti sunt.

3° *Miracula beatae Mariae* (fol. 85^r-91^r).

iracula octodecim, quorum primum inscriptum est *De clerico qui ab eu
nis continentiam et gradum apostolicum obtinere meruit*, secundum
Theophilo...., ultimum *De Eulalia cui apparuit et ut angelicum ave
osius psalleret ammonuit*.

CLXI. Codex signatus num. 2968.

Olim Colbertinus 6210, deinde Regius C. 4313. 6. 6.

Foliorum 99, min. (0^m.195×0,115), lineis plenis, exaratus anno 1439, quod colligitur ex nota apposita fol. 32 (in fine primi documenti) eadem manu quae totum codicem descripsit : « M^o.CCC^o.XXXVIII^o.VI^o. mensis julii : quo die orientalis ecclesia cum occidentali Florentiae juncta atque unita est. » Praeterea fol. 61^r (in fine secundi documenti) adscripta repetitur eadem manu haec altera nota : « Jacob scripsit Florentiae » (1).

1^o Vita Pauli primi eremitaе : sanctus Hieronymus edidit (fol. 61^v-68^r).

Ed. P. L., tom. XXIII, p. 17-28.

2^o S. Hieronymus de monacho captivo (fol. 68^r-73^r).

Ed. ibid., p. 53-60.

3^o Vita beati Hilarionis : sanctus Hieronymus edidit (fol. 73^v-91^v).

Ed. ibid., p. 29-33.

CLXII. Codex signatus num. 2969.

Olim Antonii Faure 181, deinde Regius C. 4585. 2.

Foliorum 29, min. (0^m.153×0,10), lineis plenis, exaratus saec. XV.

1^o Libellus de nativitate sanctae Mariae virginis, quem beatus Hieronymus transtulit in latinum (fol. 1^r-14^v).

Ed. ap. Tischendorf, *Evang. apocr.*, p. 113-21, praemissis duabus epistolis editis ibidem, p. 51-53 et ea quae legitur p. 53 (in nota), quae ultima inscripta est in codice ad Paulam et Eustochium.

2^o [Libellus] sancti Melitonis Sardiensis episcopi de obitu sanctae Dei genitricis Mariae (fol. 14^v-28^r).

Ed. P. G., tom. V, p. 1231-40.

(1) Librarius quidam, nomine « Jacobus de Camançarinis de Florentia », descripsit anno 1403 Mutinae codicem lat. 5741, quo continentur Titi Livii historiae (L. Delisle, *Cab. des mss.*, tom. I, p. 317 med.). An forte idem cum scriba hujus codicis?

CLXIII. Codex signatus num. 2990 A.

Olim Collegii Soc. Jesu Claromontani, deinde Thuaneus, deinde Colbertinus
6482, postea Regius C. 4344. 5. 5. A.

Foliorum 156, min. (0^m,155×0,11), lineis plenis, exaratus saec. X.

**Vita vel passio sancti Haimrammi [seu Emmerammi,
episcopi Ratisponensis] (fol. 46^r-78^v).**

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Sept., tom. VI, p. 474-84. Folio exciso, initio mutila est
et incipit num. 3 ante med. (*contristatus valde et intrinsecus dolore tactus...*).

CLXIV. Codex signatus num. 2993 A.

Olim capituli Podiensis, deinde Colbertinus 6471, postea Regius C. 4337. 8.

Foliorum 194, min. (0^m,15×0,12), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° Vita sancti Gregorii papae (fol. 155^r-174^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Mart., tom. II, p. 150-57. Desunt numm. 19 (praeter pri-
mam sententiam)-27. Sequuntur (fol. 174^v-180^v) quaedam particularia facta de
S. Gregorio memorata ad modum eorum quae leguntur inter *Verba Seniorum*
in Vitis Patrum.

2° Visio sancti Fursei abbatis (fol. 181^v-194^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p. 36 sqq.; sed multa aliis verbis con-
cepta sunt. In fine Vita mutila est, deficientibus ultimis foliis.

CLXV. Codex signatus num. 2994 A.

Olim Colbertinus 6501, deinde Regius C. 4416.1.

Foliorum 194, min. (0^m,143×0,12), lineis plenis, exaratus partim saec. VIII,
(fol. 73-194), partim saec. X (reliqua).

1° Vita sanctae Euphrosynae virginis (fol. 45^r-62^r).

Ed. P. L., tom. LXXXIII, p. 643-52.

2° Vita sanctae Pelagiae (fol. 62^r-72^v).

Ed. *ibid.*, p. 665-72. Desinit mutila in fine num. 12 (... *Noli flere filia, sed
lactare*).

CLXVI. Codex signatus num. 2999.

Olim *bibliothecae Sancti Amandi in Pabula* (Elnonensis) P 188, *deinde* Telleriano-Remensis 267, postea Regius C. 4399.3.

Foliorum 40. min. (0^m.18×0,13), lineis plenis, exaratus saec. XI.

[Vita S^{ae} Brigidae] (fol. 36^r-40^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Febr., tom. 1, p. 133 sqq. Post prologum sequitur index capitulorum, cujus ultima inscripta sunt *De flumine mutato de suo ad allerum locum.* — *De lapide molari.* — *De valva ecclesiae* (cfr. loc. cit., n. 33-38); sed ipse Vitae textus mutilus desinit in his verbis ...*largitate divini muneris, sicut est adjutor* (num. 4 circa fin.).

CLXVII. Codex signatus num. 3088.

Olim Colbertinus 3019, *deinde* Regius C. 4379.1.1.

Compactus ex multis laciniis et codicellis, sive membraneis sive chartaceis, (olim P. Danielis Aurelianensis, Petri Pithoei, Jac. Aug. Thuani et Collegii Soc. Jesu Claromontani), quorum maximus 0^m.27×0.19, minimus vero 0^m.23×0,18 patet, foliorum nunc 126.

1^o Contra Hyberias naenias et aniles fabulas quae de beato Jacobo apostolo proferuntur, incipit epistola beati Leonis papae de translatione Jacobi apostoli, quae celebratur III^o kal. januarii (fol. 7^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. 1, p. 21-32 (*e codice Calixtino*). Textui epistolae (post conclusionem ...*cui honor est et gloria*) haec addita sunt : *Haec sunt nomina discipulorum beati Jacobi apostoli. Torquatus. Secundus. Endalecius. Sisefons. Eufrasius. Cecilius. atque Isicius. Richardus habet grande martyrium. et fuit in Japha ubi sanctus Jacobus fuit natus. Exscripta sunt haec saeculo XIII.*

2^o [Miracula sancti Thomae Cantuariensis] (fol. 126^v).

Miracula septem, admodum breviter narrata. Horum primum contigit sacerdoti cuidam Londinensi qui in festivitate S. Stephani, *quarta die ante* (S. Thomae) *martyrium... obmutuerat*; ultimum his paucis verbis enuntiatur : *Alia mulier, duobus se vix portans baculis, venit ad sanctum Thomam; quae pedibus suis melius reportata ad suos sana regreditur.* — Sequuntur duo hymni ed. ap. Edelstanum du Méril, *Poésies latines populaires du moyen âge antérieures au XII^e siècle* (Paris, 1843), p. 415-20 et p. 423-26. — Haec pars codicis exarata est saec. XIV.

CLXVIII. Codices signati numm. 3112 et 3113.

Olim Colbertini 1323 et 1524, deinde Regii C. 3007.12 et 3007.13.A.

Chartacei, foliorum 67 et 30, med. (0^m,51×0,225), lineis plenis, exarati saec. XV.

Processus inquisitionis factae super vita et conversatione ac miraculis recolendae memoriae fratris Thomae de Aquino.

Hic processus ambos codices complet. Prior tantummodo hujus pars, quae continetur codice 3112, edita est *Act. SS.*, ad d. 7. Mart., tom. I, p. 686-715, praetermissis etiam quae leguntur in codice a fol. 47^r post verba *quem dixerat ipse Dei electus* (tom. cit., p. 715, num. 84 ante med.) usque ad fol. 65^r extr. Altera vero pars seu codex 3113 complectitur actus processus a die martis 10 mensis novembris anni 1321, ad diem jovis 27 novembris (id est 26 : nam statim praecedunt dies mercurii xxv et dies martis xxiiii) ejusdem anni.

CLXIX. Codex signatus num. 3175.

Olim coenobii *Sanctae Mariae de Bono Portu*, deinde Colbertinus 2848, postea Regius C. 3853.1.1.

Foliorum 154, med. (0^m,33×0,235), columnis binis, exaratus saec. XIV.

[Miracula quaedam (et virtutum exempla vel documenta) circa Claraevallenses praesertim et aliorum coenobiorum Cisterciensium monachos, inter quae pauca B. V. Mariae protectione impetrata] (fol. 137^r-154^v).

Capitulis fere centum, quorum primum est de fratre Claraevallensi mansuetudine insigni, qui a latronibus spoliatus, eos sua oratione convertit.

CLXX. Codex signatus num. 3237.

Olim Sancti Martialis Lemovicensis 200 (olim 37), deinde Regius C. 4335.3.

Ex multis codicibus diversae formae compactus vel codicum laciniis, quorum unus est hagiographicus, videlicet fol. 116-121, min. (0^m,225×0,16), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

Vita sancti Johannis Baptistae ex **iiii^{or}** evangelistis
(fol. 116^r-121^v).

Congestum est scilicet in eo documento quicquid de S. Joanne Baptista tradiderunt evangelistae; et subjunctae (fol. 121^v) traditiones quae de eodem consignatae sunt apud Eusebium Caesaraensem, Flavius Josephum, etc. In fine prioris partis (fol. 121^r extr.) legitur haec nota conscripta manu diversa ab ea quae reliqua exaravit: *Explicit. Haec scripsit B. Armarius anno m^o. cc. xiiij^o.*

CLXXI. Codex signatus num. 3330.

Olim Fiscannensis, deinde Bigotianus 72, postea Regius C. 4198. 2.
Foliorum 179, med. (0^m, 273 × 0, 213), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1^o De vita sanctorum patrum eremitarum (fol. 61^r-119^r).

Libris tribus, quorum primus (fol. 61^r-83^r) est *Historia monachorum* a Rufino conscripta, ed. P. L., tom. XXI, p. 387 sqq.; sed in codice non leguntur omnia capitula, neque eodem ordine disposita quo in editione Rosweyiana. Reliquae partes referunt dieta et actus eremitarum quae in reliquis libris *Vitarum Patrum* fere reperiuntur, non tamen eodem ordine. Tertius liber absolutus non est.

2^o Vita sanctae Pelagiae (fol. 173^r-175^v).

Incipit sicut Vita edita secundum Rosweydam P. L., tom. LXXIII, p. 663 sqq. sed longe prolixior est, praesertim in narrando certamina sanctae contra daemone[m] ipsi apparentem post baptismum illius. Desinit mutila in his verbis: ... *et jam a peccatis hujus saeculi se per veram exuere libertatem. Sanctus vero Nonnus episcopus convocans equonumum* (cap. 11 med.).

CLXXII. Codex signatus num. 3338.

Olim Nicolai Cardinalis Rudolphi, deinde *de Camera compotorum Blesensi*, deinde Regius R. 424 (Catal. II, 392), P. 451, C. 3855.

Foliorum 194, med. (0^m, 35 × 0, 23), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1^o De vita patrum (fol. 3^r-27^r et 127^r-133^v).

Excerpta ex libris de vitis Patrum. Sequuntur (fol. 27^r-69^v) *pie narratiunculae* undequaque collectae.

2° Historia de Josaphat et Barlaam (fol. 70^r-124^r).

Edita, sed secundum aliam versionem, P. L., tom. LXXIII, p. 443-604. Deest prologus. Inc. *Cum coepissent monasteria construi ac monachorum multitudines...*

3° [Miracula B. V. Mariae] (fol. 124^r-125^v).

Miracula duo, quorum prius inscriptum est *De milite qui dicebat [cotidie] c. Ave Maria*; alterum, *De burgensi qui obtinuit per beatam Mariam quae non potuit per pecuniam neque per daemonem.*

4° De miraculis beatae Mariae (fol. 134^v-155^r).

Miracula septuaginta septem, quorum primum inscriptum est *De muliere quam suscitavit*, ultimum *De templatō [monacho] quem liberavit.*

5° Evangelium Nazaraeorum (fol. 155^v-162^v).

Immo Evangelium Nicodemi, ed. ap. Tischendorf, *Evang. apocr.*, p. 338-416, sed secundum aliam versionem.

CLXXIII. Codex signatus num. 3350.

Olim (saec. XVI) *De libris R^{at}i magistri Ludovici de Ast, utriusque juris doctoris...*, deinde Colbertinus 3164, postea Regius C. 4023. 3.

Chartaceus, foliorum 89, med. (0^m,283×0,20), partim lineis plenis (fol. 2-49), partim columnis binis (fol. 58-89: cetera vacua relicta sunt), exaratus saec. XV.

Vita sancti patris nostri Willelmi confessoris (fol. 58^r-89^v).

Vita S. Gulielmi eremitae, ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Febr., tom. II, p. 450-72. Deest genealogia indici capitulorum praemissa (ibid. n. 3).

CLXXIV. Codex signatus num. 3414.

Olim Philiberti de la Mare 450, deinde Regius C. 4314. 3.

Foliorum 68, min. (0^m,213×0,14), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

Passio [S. Thomae] Cantuariensis archiepiscopi (fol. 66^v-68^r).

Brevis admodum narratio necis sancti praesulis et nonnullorum miraculorum quae illam subsecuta sunt.

Inc. *Cum de reformanda pace inter regem Angliae et dominum tuariensem diutius ageretur...*

Des.... *verissime asserens unum de occisoribus archiepiscopi in niam versum proprium filium interfecisse.*

CLXXV. Codex signatus num. 3426.

Olim Philiberti de la Mare 480, deinde Regius C. 4387. 8.

Foliorum 93, min. (0^m,185×0,14), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

Epistola beati Dionysii ad Timotheum de m
beati Pauli (90^v-93^v).

Ed. ap. Mombritionum, tom. II, et *Cat. Brux.*, tom. I, p. 309-13.

CLXXVI. Codex signatus num. 3454.

Olim Sancti Martialis Lemovicensis 168 (olim 142), deinde Regius C. 4387. 1.

Compactus ex multis codicibus et codicum laciniis, qui saec. XIII et XIV e
sunt; foliorum 198, med. (fere 0^m,23×0,16).

1° [Ex vita S. Maurilii Andegavensis episcopi]
25^r-26^r).

Vitae scilicet passim Fortunato et Gregorio Turonensi attributae (ed. P. L.
LXXXVIII, p. 563 sqq.) capp. 3 et 12-18. Praefixa est haec inscriptio : *Haec :
cula scripsit beatus Gregorius Turonicae metropolis archiepis
jussu atque rogatu agii Germani sanctae matris Parisiorum pra
in vita beati Maurilii Andegavensis archimandritae.*

2° [Ex vita S. Fursei] (fol. 26^r-27^r).

Excerpta ex vita S. Fursei ed. inter *Acta SS. Hiberniae ex cod.* 8
p. 77 sqq.

3° [Vita S. Mariae meretricis, neptis S. Abrahae
mitae] (fol. 27^r-28^v).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 681-60.

CLXXVII. Codex signatus num. 3464.

Olim Hospitalis Belnensis (1), deinde Colbertinus 5354, postea Regius C. 4525. 8. 8.
Chartaceus, foliorum 210, min. (0^m,215×0,15), lineis plenis, exaratus saec. XV.

Qualiter corpus sancti Stephani protomartyris sit
Byzantium translatum (fol. 203^v-206^r).

Ed. P. L., tom. XLI, p. 817-22.

CLXXVIII. Codex signatus num. 3522 A.

Olim, ut videtur, Thuaneus, deinde Colbertinus 4035, postea Regius C. 4406. 5. 5. c.
Foliorum 91, min. (0^m,22×0,145), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

1° [Liber de ortu beatae Mariae et infantia Salvatoris]
(fol. 53^r-65^v).

Pseudo-Matthaei evangelii cum duplici praefixa epistola pars prior, ed. ap.
Tischendorf, *Evang. apocr.*, p. 51-92.

2° Assumptio sanctae Mariae (fol. 65^v-71^v).

Pseudo-Melitonis epistola de transitu Virginis Mariae, ed. P. G., tom. V, p. 1231-40.

CLXXIX. Codex signatus num. 3549.

Olim Sancti Martialis Lemovicensis 174, deinde Regius C. 4411.4.

Compactus ex multis codicibus et codicum laciniis, qui descripti sunt saec. XIII
et XIV.

Foliorum 169, min. (fere 0^m,20×0,14).

Miraculum beatae Mariae de Theophilo [paenitente]
(fol. 83^r-91^v).

Ed. Act. SS., ad d. 4 Febr., tom. I, p. 485-87.

(1) Ut constat ex hac nota inscripta fol. 1^r : *mayi a° 1491. Istud volumen pertinet magno hospitali Belne...*

CLXXX. Codex signatus num. 3550.

Olim Regius R. 1665, P. 1815, C. 4434.

Foliorum 163, min. (0^m,20×0,14), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

1^o Translatio sancti Jacobi apostoli fratris sancti
Johannis evangelistae, quae III^o kal. jan. celebra-
tur. et ab Hierosolymis translatus est in Galeciam
(fol. 15^v-21^v).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 66-69. Decet duplex sententia (*Haec sunt no-
mina... ab his in occiduis...*) post clausulam.

2^o Epistola beati Leonis papae de translatione beati
Jacobi apostoli, quae III^o kal. januarii celebratur
(fol. 21^v-23^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 21-22 (*e codice Calixtino*).

3^o [Liber] beati Calixti papae de miraculis sancti
Jacobi apostoli (fol. 28^r-64^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 23 Jul., tom. VI, p. 47-53.

4^o Passio beati Eutropii episcopi [Santonensis] et
martyris (fol. 64^v-71^v).

Ed. ap. Audiat, *Saint Eutrope et son prieuré* (Saintes, 1877), p. 5 sqq. Sequi-
tur (fol. 71^v-72^v) Gregorii Turonensis lib. I *De gloria martyrum*, cap. 56, quod
est de S. Eutropio.

5^o [Libellus Turpini de] historia famosissimi Karoli
Magni, quomodo tellurem Hispanicam et Galecia-
nam a potestate Saracenorum liberavit (fol. 71^r-
143^r).

Ed. Reiffenberg inter appendices ad *Chronique rimée de Philippe de Mous-
kes*, tom. I (Brux. 1836), p. 489-518 et p. 629-92.

6^o Epistola domni papae Innocentii II (fol. 145^r-146^r).

Epistola indicata ap. Jaffé, *Regesta Pontificum Romanorum*, ed. II, tom. I,
p. 906, n. 8286.

7^o Vita Amicii et Amelii (fol. 146^r-163^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. I.

CLXXXI. Codex signatus num. 3587.

Olim Mazarinaeus, deinde Regius C. 4336.

Chartaceus, foliorum 173, min. (0^m,21×0,15), partim lineis plenis, partim (fol. 127 sqq.) columnis binis, exaratus saec. XV.

1° [Vita Christi, auctore Ludolpho de Saxonia] (fol. 1^r-124^r).

Ed. Parisiis (ap. V. Palmé).

2° Vita dulcissimae ac beatissimae et semper laudandae Virginis Mariae matris Jesu Filii Dei (fol. 127^r-173^r).

Vita metrica. Inc. *Sanctus Epiphanius doctor veritatis,
Salaminae pontifex Cypri civitatis,
Sanctus et Ignatius verus martyr Dei,
Johannis discipulus filii Zebedei....*

CLXXXII. Codex signatus num. 3588.

Olim Joannis Garciae (?), O. P. (1), deinde Mabillonii, postea Regius C. 4418. 2.

Foliorum 224, min. (0^m,183×0,123), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

Liber Paschasii diaconi qui dicitur Paradisus de vitis sanctorum patrum (fol. 113^r-222^v).

Palladii *Historia Lausiaca*, edita a Rosweydo lib. viii de vitis Patrum et inde P. L., tom. LXXIII, p. 1085-1218. Desunt duae epistolae ad Lausum (tom. cit., p. 1087-92). Versio latina satis diversa est a Rosweydiana, et in fine (fol. 218^v) additum est caput *De laude socii Paschasii auctoris hujus libri*.

CLXXXIII. Codex signatus num. 3629.

Olim ecclesiae Salciacensis (2), deinde Philiberti de la Mare 467, postea Regius C. 4542. 7.

(1) Fol. 224^v: *Iste liber est fratris Johannis Garciae (?) conventus Tholose, quem emit anno Domini M^oCCCXCVI.* — (2) Folio insiticio in capite codicis inscripta est haec nota manu saeculi XVI: *Ce present livre est a moy lesglise de Saulcey...*

Chartaceus (intermixtis foliis membraneis), foliorum 113, min. (0^m,22×0.13), lineis plenīs, exaratus saec. XV.

Epistola beati Eusebii discipuli Hieronymi, quam scripsit Damaso episcopo et Theodosio senatori Romanorum de morte ejusdem beati Hieronymi (fol. 87^r-113^r).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 239 sqq. Desinit mutila in fine capitis 37.

CLXXXIV. Codex signatus num. 3631.

Olim *domus Fontis Beatae Mariae* (fol. 120^r), deinde Collegii Claromontani, deinde Thuaneus, deinde Colbertinus 3926, postea Regius C. 4406. 5.

Foliorum 120, min. (0^m,21×0.13), lineis plenīs, exaratus saec. XV.

1° [Vita B. Mariae Oigniacensis] (fol. 76^r-83^r).

Compendium Vitae conscriptae a Jacobo de Vitriaco, ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Jun., tom. IV, p. 636-66.

2° Epistola venerabilis doctoris Augustini episcopi ad beatum Cyrillum secundum Hierosolymitanum pontificem de magnificentissimis eximii doctoris Hieronymi presbyteri (fol. 84^v-89^v).

Ed. P. L., tom. XXXIII, p. 1120-26.

3° Epistola sancti Cyrilli secundi Hierosolymitani pontificis ad beatum Augustinum Hipponensem episcopum doctorem eximium de miraculis beati Hieronymi doctoris gloriosissimi (fol. 89^v-111^r).

Ed. *ibid.*, p. 1126-32.

4° Vita beatissimi Medardi confessoris et primi episcopi Noviomensis, quam dominus Radbodus Noviomensis ac Tornacensis episcopus sic dictavit (fol. 111^r-120^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Jun., tom. II, p. 87-94.

CLXXXV. Codex signatus num. 3632.

olim coenobii *Sanctae Crucis Parisius in vico dicto la Bretonnerie* (fol. 1), deinde Regius C. 4540. 3.

chartaceus, foliorum 193, min. (0^m,21×0,143), lineis plenis, exaratus saec. 1).

1° [Libellus Turpini de] historia famosissimi Karoli quomodo tellurem Hispanicam et Galecianam a potestate Saracenorum liberavit (fol. 118^r-156^r).

supra in cod. 3530, 5° (p. 234); sed hic desunt capp. 27 et 28.

2° Vita sanctorum Amici et Amelii (fol. 156^v-168^v).

l. ap. Mombritium, tom. I, multis lectionibus variantibus.

3° [Miracula B. V. Mariae] (fol. 173^r-175^v).

Miracula sex, quorum primum incipit: *Dives quidam habebat uxorem Ctam, quae in tantum dilexit beatam Virginem quod pulcherrimam s imaginem depingi fecit....*

lineae sequuntur Vitae compendiatæ S. Evurtii Aurelianensis episcopi (fol. 175^v-3^r), S. Euphrosynæ virginis Alexandrinae (fol. 178^v-180^v) ac S. Genovefae risiensis (fol. 180^v-181^v, ubi mutila desinit); deinde (fol. 182^r-194^r) excerpta ex *ris de vitis Patrum*.

4° Insigne miraculum de corde sancti et egregii doctoris Augustini episcopi (fol. 194^v-195^r).

l. *Anal. Boll.*, tom. V, p. 352.

CLXXXVI. Codex signatus num. 3711.

olim Caroli de Montchal cod. LXIX, deinde Telleriano-Remensis 182, postea us C. 4638. 3.

foliorum 244, min. (0^m,133×0,115), columnis binis, exaratus saec. XIV.

Epistola Dionysii Areopagitæ de morte Petri et Pauli (fol. 154^r-157^v).

l. ap. Mombritium, tom. II, et *Cat. Brux.*, tom. I, p. 309-13.

Fol. 170^v: *Explicit anno Domini M.CCCC.LIII^o mense martii XIII^o dem.*

CLXXXVII. Codex signatus num. 3777.

Olim Colbertinus 2207, deinde Regius C. 3590. 6.

Foliorum 152, maj. (0^m,303×0,283), columnis binis, exaratus saec. X.

1° Sermo sancti Augustini episcopi de miraculis beati martyris Stephani (fol. 44^r-46^r).

Excerptus ex lib. xxii *De Civ. Dei*, cap. 8, n. 10-22, praetermissis num. 20 et posteriori parte num. 21 (post *rem quaerentes latere non sinit*), et in fine additis primis verbis capitis 9 (... *hujus fidei testes fuerunt*).

2° Transitus sancti Johannis apostoli (fol. 46^r-46^v).

Finis libri Pseudo-Melitonis de actibus sancti Joannis apostoli, P. G., tom. V. p. 1249 med. (*Cum esset annorum...*)-1250 fin.

3° Sermo beati Maximi episcopi [Taurinensis] in natali sancti Johannis evangelistae (fol. 46^v-47^r).

Idem qui in aliis codicibus attributus est S. Isidoro Hispalensi. Cfr. supra, p. 58 (cod. 1646, 7°).

4° Ex historia ecclesiastica relatio de eodem beato Johanne (fol. 47^r-48^r).

Historia juvenis quae ex Clementis Alexandrini libro *Quis dives salvetur* recitatur ap. Eusebium, *Hist. Eccl.*, lib. III, cap. 23.

CLXXXVIII. Codex signatus num. 3778.

Olim *Sancti Petri* (seu Sancti Mauri) *Fossatensis* (fol. 188^v), deinde Colbertinus 3294, postea Regius C. 4042. 3.

Foliorum 188, med. (0^m,303×0,22), lineis plenis, exaratus saec. XI et (fol. 180-188) saec. XIII (1).

1° Passio sancti Petri apostoli (fol. 18^v-32^v).

Apostolicae historiae (ap. Fabricium, *Cod. apocr. N. T.*, tom. I, p. 402 sqq.) lib. I, a cap. 6, praemissa praefatione Julii Africani (ibid., p. 390) usque ad verba.. *et ero illorum Deus* (p. 391), et addita in fine brevi narratiuncula de S. Petro apparente Marcello.

(1) Codicem descriptum non esse saeculo X, quod indicat *Catalogus editus an. 1744*, hinc liquet quod et Vitam continet S. Mauri abbatis conscriptam a Fulcoio Bellovaecensi, qui floruit saeculo XI, et quod in altero documento memorantur nonnulla quae contigerunt annis 1030 et 1031 (cfr. infra, p. 264, not.).

2° Passio sancti Pauli apostoli (fol. 32^v-41^v).

ore Pseudo-Lino, ed. *Bibl. PP. Lugd.*, tom. II, p. 70-73.

3° [Vita S. Mauri metricè descripta] (fol. 54^r-67^v).

em scilicet quae legitur inter opera Fulcoii in codice Bellovacensi saeculi idcirco jam edita est, *Anal. Bolland.*, tom. VII, p. 143 sqq., Vita S. Blandini, quae repperimus etiam in codice Parisino signato num. 5344, saeculi item infra describendo. Presse institit Fulcoius in hac Vita metris illiganda vestigiis, eujus lucubratio statim sequitur in codice. Itaque nihil subsidii affert strandam S. Mauri historiam. Nihilominus eam, adhuc ineditam, ex tribus huius modo citatis inter se collatis hic in appendice exhibere visum est, non inter variantes lectiones notare singula menda, quae plurima et manifesta sunt passim in codicibus Bellovacensi et Parisino 5344, quos hic signamus his 2 et 3.

4° [Vita S. Mauri] (fol. 68^v-113^r).

ino sicut in cod. 3, 1^o-4^o (supra, p. 1-2), praemissis scilicet epistolis Odonis isti (cum iisdem earum inscriptionibus) et indice capitulorum et vix ullis huius variantibus.

5° [Ejusdem translatio et miracula, auctore Odone] (fol. 115^r-144^r).

ino sicut in eodem codice, 5^o.

5° Sermo de mirabilibus gestis sive translatione corporis sanctissimi Mauri abbatis : quo etiam ordine vel tempore in Fossatensi coenobio delatum ac reconditum est (fol. 165^r-173^v).

mentum istud, adhuc, ut videtur, ineditum, vid. infra in Appendice. Cfr. ibidem initio subjunctam.

7° [Officium] in sollemnitate sancti Mauri abbatis (fol. 174^r-179^r).

um totum notis musicis insignitum. Initio in margine juxta inscriptionem est haec nota manu saeculi XII : *Gregorii papae canit haec tibi, Maure.*

8° Vita domni Burchardi venerabilis comitis, quam III^o kal. martias merito recitare debent Fossatenses monachi : nam sunt ab illo ditati muneribus magnis (fol. 180^r-188^r).

re Odone Fossatensi, ed. *Rec. des Hist. de Fr.*, tom. X, p. 340-60. Burchardus inter praetermissos obiter memorarunt majores nostri ad d. 26 Febr., p. 623 f. Ceterum neque in hac Vita memorantur ulla miracula ad ejus iam impetrata aut ulla indicia cultus ecclesiastici ipsi attributi.

Appendix ad cod. 3778.

VITA S. MAURI, AUCTORE FULCOIO (Cfr. supra, p. 239, 3°).

[Prologus.]

1. Ut reor, extremos si ferret spina racemos,
 Si tribuli ficus, opobalsama si caprificus,
 Thura vel urticae vel sudent mella myricae, 5
 Noxque dies fieret, post haec sperare liceret
 Laudes justorum proferret lingua reorum ;
 Ut * reputo mecum, si quo medicamine graecum
 Sit fas atletam vatam revocare poetam,
 Orpheus atque Linus, magis ille poeta latinus, 11
 Sint prius ut vivi vel nunc fierent redivivi,
 Vix, Guillelme * (1) pater, sed Odo (2) carissime frater,
 Tu quoque, Gunteri (3), fratris gens unica veri,
 Esset credendum quod onus sit ab ore gerendum
 Quod vultis menti minimo sub fasce gementi 14
 Posthabitis multis imponere carmine cultis.
 Me, rogo, credatis minus esse quod esse putatis ;
 Et bene si scirem, tot jurgia ferre nequirem.

* hunc
 versum
 cum octo
 sequentibus
 om. 2.

* Wale-
 ranne 3.

(1) Nullum hujus nominis abbatem Sancti Mauri Fossatensis memoratum reperimus saeculo XI, quo floruit Fulcoius ; sed advertendum est seriem abbatum Fossatensium illius temporis non satis integram compertam esse, et forte Gulielmo locum assignare fas esset inter Odonem II et Gunterium vel post Landricum (cfr. *Gall. Christ.*, tom. VII, p. 291). Forte etiam aliquis conjecerit hic indicari Gulielmum illum qui titulo Prioris praefuisse legitur antiquo coenobio Glannafoliensi (op. cit., tom. XIV, p. 688 D), eamque conjecturam inde maxime confirmari putarit quod in codice Par. 3344, hoc loco et in fine totius documenti (sicut et hoc posteriori loco in codice Bellovacensi), pro nomine Gulielmi substitutum reperitur *Waleranne* ; porro Waleranus coenobium Glannafoliense abbatibus jam titulo regebat extremo saeculo XI (ibid., p. 689 D) ; unde credibile sit carmen Fulcoii primitus dicatum fuisse Gulielmo priori Glannafoliensi, cujus nomen retinuit cod. 3778, saeculo XI exaratus, sed qui alios duos codices ineunte saeculo XII describere librariorum substituisse nomen Walerani abbatibus. Sed et Fossatensi monasterio abbatibus praefuisse Waleranum quendam aiunt Breulius et Sammarthani (op. cit., tom. VII, p. 291 E), fontibus quidem ignotis. Praeterea in eodem monasterio Fossatensi degebant ante medium saeculum XI Odo et Gunterius, quorum nomina mox sequuntur. — (2) Praeter Odonem II, abbatem S. Mauri Fossatensis anno 1029, notus est alius Odo, ejusdem coenobii monachus, qui circa medium saeculum XI conscripsit Vitam Burchardi comitis Corboliensis paulo inferius in hoc codice descriptam. — (3) Gunterius quidam abbas Fossatensis erat anno 1043 (*Gall. Christ.*, tom. VII, p. 291 c). Quid autem sibi velint verba quae sequuntur, *fratris gens unica veri*, fatemur nobis non esse perspectum.

Nunc opus est libris ; hoc musae tempore fibris
 Frenis laxatis Heliconae petunt vacuatis.
 Somnia Parnasus non est : intendite casus.
 Inter nos recitat, plebeia compita vitat
 Hirsutus : porco nil refert pallidus Orco.
 Nullus Maecenas audit : compesce camenas.
 Dictis majorum detraxit lingua minorum,
 Et nova corrodit dens, aemulus et vetus odit.

* quod ro-
dit 3.

2. Haec, pater, objeci mihi nec tamen otia feci.
 Sic excusatus, non hoc sum fasce levatus.
 Cum mihi multa satis sint ostia multiplicatis
 Me quasi detentum factura repagula centum
 Inretita plagis ; sic est fera dedita plagis.
 Dicitis hoc certum : quem vult, facit esse disertum
 Et Dominus lapidem liquefecit, si velit, idem.
 Inveniundo fidem, dabit haec quae sunt data pridem.
 Turrim certantes male consummare gigantes
 Omne genus verbi possunt proferre superbi.
 Quod tulit elatis, potis est conferre beatis.
 Inculcasse moras, nugae culpasse canoras,
 Me non esse satis fuit excusatio gratis ;
 Me non posse pati non restitit improbitati.
 Ast ubi percepi, mecum perpendere coepi :
 Mente tulit munda Placidum qui Maurus ab unda.
 Imperium patris quasi navem fluctibus atris
 Impulit : ascendit, velumque fidem quasi tendit.
 Remigat, educit puerum patrique reducit.
 Exulat ecce metus : Mauri feror auspice fretus.
 Assis, Maure pater, quem fluctus sustinet ater.
 Aggrediar certe sine remige currere per te.

Finit praefatio. Incipit vita sancti Mauri .

(Finit-Mauri)
om. 2.

3. Heroum laudes seu regum carmine fraudes
 Sive triumphales arcus vixere, sodales.
 Oppida capta quidem, sed moenia tradita pridem,
 Musis aptantur, per carmina notificantur.
 Athletae fortes devitant carmine mortes.
 Pugnam virtutum quae mittit ad aethera tutum
 Sanctum victorem pugnis aliis meliorem,
 Qualia sint dona victorum quaeve corona,
 Qualiter aethereis congaudet tiro trophaeis,
 Urbsque subalterna qua sit vi capta superna.
 Carmine dicamus, quia non decet ut sileamus :

- * fuit 3.
- * *numeri unctis inctus referuntur ad Vitam S. Mauri a Fausto conscriptam, ed. Act. SS., loc. cit.*
* *hunc versum om. 2.*
* *Pompeo Gneo 2.*
* *nece 3.*
- * Ptolemeum 3.
- Nam regni spes est condignaue carmine res est.
Mauri conflictus sit' primum carmine dictus.
Credite de Mauro quod sit pretiosior auro.
Urbe quod elata montem super aedificata
Celsior, interna quae splendet in arce lucerna
Clarius, o cuncti vivi vel lumine functi.
His fecere fidem miracula, quae facit idem.
- 4 (8) *. Luminis ille sator tuus, inclita Roma, senator
Exstitit Euicium ; fuit uxor nobilis hujus
Julia sublimis natalibus edita primis,
Postea Romanis, primum profugis Trojanis.
Nominis et generis fons hujus, Jule, videris.
Julius a titulo dimissum nomen Julo *.
Julia illa data fuit, a quo Julia nata.
Pompeioneo * pro quo scit fama trophaeo :
Qui gener a soceri dum fugit caede * severi,
Incidit in laqueum fraudis regem Tholomeum *.
Hi primi proceres, hinc Julia nominis heres.
Hic fons est, rivus hinc nascitur imperativus ;
Euiciumque pater fuit huic et Julia mater.
Haec peperit Maurum, prope nomen quod sonat aurum.
Apposita lima si desit littera prima.
5. Omnibus invictus vitiis sanctus Benedictus,
Ordine divino degens in monte Casino,
Orbem terrarum lustrabat odore suarum
Grato virtutum, Dominique per omnia nutum
Complens, emeritae pollebat stemmate vitae.
Virtutum donis ac ordine religionis
Plures permoti *, rebus cum nomine noti,
Mittunt praedicto caram sobolem Benedicto,
Ut discat morum sancti documenta bonorum,
Quid complectendum vel quid sit ei fugiendum.
Laude sub extenta doctoris ad haec elementa
Maurus dirigitur. Onus ilico leve subitur ;
Virtutum pennis vestitur vix duodennis ;
A sene vix differt, sic passus passibus infert
Vernula doctoris, quem lex instigat amoris
Christi, non laudis, nec si qua notatio fraudis.
Optima nutricis ceu gratia semper amicis
Invigilat curis, studiis quoque sedula duris,
Commissi partus teneros studiosa per artus
Jam nihil enormat, digitis * sic omnia format,
- * dignis 3.

Balnea septena nec desunt ubera plena :
 Maurum doctrinae Benedictus munere binae
 Sic puerum fovit, nec eum quandoque removit,
 Donec instruxit fortemque per ardua * duxit.
 Militiam Christi postquam sic intulit isti,
 Mos ut magnorum tirones saepe virorum
 Armis et faleris et equis ornare severis,
 Postquam dimittunt et eos ad praelia mittunt :
 De merito dictus sic Maurum vir Benedictus
 Signis ornavit, virtutibus et decoravit.

* omnia 3.

6. Ut novus armatus proludit ad arma paratus,
 Sic novus hic tiro tamquam certamine diro,
 Primitus, ad morem doctoris, in exteriorem
 Bella movendo virum, jam dimicat, ut quoque mirum
 Posset qui sistro decoraverat esse magistro.
 Quippe quaterno fruitur sic tempore pleno.
 Apposita nulla tunica nullaque cuculla,
 Pilis caprarum carnem tribulans olidarum.
 Nec tamen absistit, sed semper nostra resistit
 Gleba, tumens, fragilis, nisi compta foret quasi vilis.
 Qualiter indulget ventri, qui veste refulget
 Tali, dicamus, qui tam vehementer amamus
 Carnales escas, nisi fallor, ad ultima vescas,
 Fercula qui cenae septem captamus amoenae,
 Qui magis immensas et toto tempore mensas
 Tantum diligimus monitique libenter adimus.
 Sobrius at venter Mauri, nec sufficienter
 Nec confidenter nec vult prandere frequenter.
 Nobile jam stratum super omnia fulcra beatum
 Mauri dicatur, quod ametur, quod teneatur.
 Non thorus auleis renidet seu conopeis,
 Non dapibus laetum fert corpus molle tapetum.
 Pluma quidem mollis, non candida lintea tollis :
 Sed sabulum plumas et calcem lintea sumas,
 Cilicio supra nil mollius assit et infra,
 Et sic non vile Mauri compone cubile.
 Durum certamen Mauri venerabile flamen
 Indiderat primum membris et vicit ad imum ;
 Accepitque crucem sequiturque per omnia lucem
 Discipulus gratus, per subdita signa probatus.

7 (10). Extiterat frater tunica, quem parvulus ater,
 Cetera psallebat dum plebs, ad vana trahebat.

- * *codd.*
festis.
- sequuntur³.
- * *om. 3,*
spatio
vucuo
relicto.
- Hunc contemplator, Benedicte, salutis amator.
 Actibus et gestis * fac Maurus sit tibi testis.
 Insistunt psalmis fratres et ritibus almis,
 Institit insanis et rebus apostata vanis ;
 Hique ducem clarum comitantur *, et hic tenebrarum.
 Dum trahit ad solitum fratrem manus horrida ritum,
 Fratrum nutricius * damnum non pertulit hujus.
 Discipulum Maurum vocat hic et Pompeianum,
 Ut demonstretur quis sit dux, quem comitetur.
 Sed meritis vere diversis, credo, fuere :
 Nam Maurus quivit, sociusque videre nequivit.
 Dum testis fieret Maurus Maurumque videret,
 Percutit errantem virga pater atque vagantem :
 Dux fugit abstractus, simili quasi verbere tactus ;
 Et sic curatus frater, sic est reparatus
 Amborum meritis et palmitis et prece vitis,
 Hoc credant quique, doctoris discipulique,
 Mauri praedicti sanctique viri Benedicti.
- § (11).** Idem qui patres omnes, advertite, fratres :
 Quattuor hic grate de solo signa notate.
 Dum contemplatur caelestia dumque moratur
 In cella morum faber et speculum monachorum,
 Patricii Placidus Tertulli nobile pignus,
 Et puer atque viri sancti monachus Benedicti,
 Dum, quod hauriret latices, properanter adiret,
 Labitur in fluvium, dum vas dimittit in illum,
 Quamvis incaute, tamen ad miracula laute.
 Jam lacus hunc tantum rapiensolvebat in altum.
 Quantum dimissae cursus solet esse sagittae.
 Est pater in cella, cum noscitur ista novella * :
 Spiritus, haud alius, fit facti nuntius hujus.
 Discipulum carum vocat ad miracula clarum :
*Curre, jubens, Maure ; Placidum nam * rivus et aurae*
Quem subtraxerunt, jam longius ecce tulerunt.
 Mira fides Mauri, mirandaque jussa magistri,
 Mauri parentis, Benedicti praecipientis.
 Ingreditur temere fluvium nescitque timere.
 In liquido solidum duo condita condidit unum ;
 Nescit divisos latices in origine visos ;
 Per liquidum fontem solidat fiducia pontem.
 Ergo fides undas terit indubitata profundas.
 Extrahitur Placidus ; gerit illum navita fidus,
- * *hunc*
versum
om. 2.
- * jam 2.

Non oneris lati Maurus timet aut onerati.
 Incessum sudum peragit dum planta per udum.
 Non habet hic mundus liquidum, docet hoc grave pondus.
 Undas, Maure, premis sine lembo vel sine remis.
 Isque tumente salo sine velis et sine malo.
 Undaque calcatur, sed ei pondus duplicatur.
 Et duo portavit, quae solum prima voravit.
 Quattuor in sola specie sunt prodita signa.
 Hic non audivit nec visa pericula scivit :
 Jussit, nec nutat ; facit hic, nec jussa refutat.
 Naufragus eripitur, super undas fluminis itur.
 Quod non ingressus timuit, timet ille regressus.
 Sancto cuncta viro narrat de tramite miro.

• primum 5.

9 (12). Ascribit Mauro pater hoc, Maurusque magistro.

Componit mitem Placidus pro iudice litem :
Vidi melotam, dicens, super aequora notam,
Quae me salvabat, dum velox unda necabat.
 Amborum meritis fuit : hoc sit clausula litis.
 Sic Petrus in pelago, cui non fuit ulla vorago,
 Undas calcavit, donec mergens dubitavit.

10 (13). Extitit et Gothus, satis illo tempore notus :

Ferrum, dum caedit sentes, a fuste recedit,
 Inque lacum cecidit. Quod damnum vernula vidit
 Mente prior Maurus, sed restituit Benedictus.
 Perdit et hic unda proprium jus sorte secunda.
 Pondera quis ferri, quis sic a fonte referri
 Audiit ? Hoc nutu natat, aes liquidum solidatur.
 Hic et discipuli virtus patet atque magistri,
 Et praenoscentis signum, simul et facientis.

11 (15). Exierat medicus mentis longe Benedictus

Pellere serpentem, partum simul et parientem
 Dure vexantem, sed eis jam fata parantem.
 Ut venit medicus, fugit hinc serpens inimicus.
 Sunt, prius insani, puer atque puerpera sani.
 Discipulus consors operans operante magistro
 Interea signum facit unum carmine dignum.
 Ad componendas jam fruges atque legendas
 Exierat Maurus, super haec a patre secundus.
 Dum redit ad sextam reliquis cum fratribus horam.
 Ante monasterium gradiens puerum videt unum :
 Gressus et ablatus fuit huic, et sermo negatus.
 Adveniunt flentes pueri miserique parentes

Et pedibus Mauri sunt cum clamore voluti,
 Ac obtestantur quod perdita restituantur
 Infirmo nato, tanto languore fugato.
 Sic exoratur ; refugit, nec posse profatur,
 Se peccatorem, se tanto fasce minorem ;
 Juris apostolici docet haec miracula dici.
 Fratres, noscentes meritum vitamque videntes,
 Junguntur demum precibus pietate parentum.
 Hac prece permotus, pius hoc medicamine notus,
 Fletu perfusus, terrae solitos petit usus.
 Plorat et exorat, veniam dum fletibus orat.
 Deponendo stolam, quam toto tempore caram
 Anni portabat, quam sic vehementer amabat,
 Quod sublimatus, quod erat levita creatus,
 Mox super infantem mittit, signum crucis addens.
 Sic prece plorantis Mauri lacrimisque rogantis
 Muto sermo datur, claudo gressus reparatur.
 Perfectae justus vitae remeat Benedictus.
 Per Maurum factis auditis ordine signis
 Quae non parva duo puero patrarat in uno.
 Hunc, quasi par esset, sic coepit habere deinceps
 Non quasi discipulum, factum per signa probatum.

- 12 (16). Protinus audito praesul Cinomannicus illo
 Nomine praeclari sanctique patris Benedicti,
 Mittit legatos electos et sibi gratos.
 Ut veniunt coram, veniant ad quid manifestant ;
 Pontificis votum faciunt hoc ordine notum.
 Praeteritis annis non esse ferunt Cinomannis
 Qui tam perfectam nossent deducere sectam.
 Ergo modum cellae dominum componere velle,
 Unde vir ille bonus fieret pater atque patronus.
 Dirigat athletas, quorum dictamine metas
 Poneret ecclesiae, componeret atria rite.
 Arbitrio quorum jaciatur linea morum
 Ordine sanctorum patris ad speciem monachorum.
Haec mandata dedit, simul haec exenia misit.
 Sic missi fantur, prolataque munera dantur.
 Paucaque respondet pro tempore votaue spondet,
 Magnaque non vitat pater, ut majora remittat.
 Non erat at major, quem posset mittere, Mauro.
 Quattuor elegit, Maurum super esse coegit.

- 13 (17). Re sic expleta, quis rhetor quisve poeta

Diceret huic miserae suspiria quanta fuere
 Turbae pro fratris Mauri patrisque futuri
 Discessu, cura patris ad praesens caritura
 Quae praestolatur quae Mauro patre regatur ?
 Hunc quia dimittit, nec sanctus flere quiescit,
 Solaturque suos pater hoc affamine natos,
 Et quasi sit laetus : *O fratres, compescite fletus.*
 Dicit debere magis, hoc abeunte, dolere
 Nullum quam sese ; sed nec mentis quasi laesae
 Testatur : debet, quoniam dilectio praebet,
 Quod magis est carum, quod et utile, quod pretiosum ;
 Non sua, sed Christi quae sunt, quaerenda fideli ;
 Quamvis solamen fieret senis atque levamen,
 Se debere tamen Christi gregibus dare gramen.

14 (18). Sic loquitur lacrimans, fratri bis oscula jungens,
 Verbaque dat vitae ; manibus quae fecerat ipse,
 Dat libram panis, sed et addit pondera vini.
 Tunc sic dimisit Benedictus et hos benedixit.

15 (19-20). Protinus hospitium fuit his Euchelia primum.
 Ecce memor Mauri doctor venerabilis almi,
 Nolens ad partes alias immunis abiret,
 Mittit cum charta caro sibi munera cara :
 Tres partes ligni, quo vivit homo, pretiosi ;
 Reliquias sanctae genitricis et intemeratae,
 Partem pallioli, sicut legitur, Michaelis ,
 Martyris et Stephani, Martini denique sancti.
 Munera tam magna servabat eburnea capsula.
 Haec secum ferret, doctoris quod memor esset,
 Scribens de vita, de facto, cuncta futura.

16 (21). Hospita Vercellis fuit his suffusio fellis.
 Vir quidam turrem conscendens nobilis altam,
 Qui comes in reditu, dux causa venerat hujus.
 Corruit ex alto, colliso corpore toto ;
 Nec potuit tolli nisi cum juvamine panni.
 Spes erat in morte, quia desperatio vitae.
 Omnes tristantur, per tempora longa morantur.
 Semper pejor est nec quicquam convalet aeger.
 Accitit medicus, per quem tumor ille secetur.

17 (22). Dux et legatus fuit archidiaconus unus,
 Plus aliis tristis, plus maestus casibus istis.
 Qui non leve ferens infirmi vulnus et ignem.
 Accurrit propere, Maurum quo noverat esse

versum
 om. 2.

In contemplando lacrimis auctore superno.
 Procidit inlacrimans, cum fletibus oscula figens.
 Arreptis pedibus sic per suspiria fatur :
Maure, precor, comitis nostri miserere jacentis.
Hac agitur cura medici de morte futura.
Si dolor augetur, quid erit nisi quod morietur ?
Nec miser audiret, sed ferrum ferre nequiret.
Fer miseratus opem, quae ferrum nescit et ignem.

Fletibus his Mauri sunt viscera mota beati.
 Cum precibus lacrimis prius ad caelestia missis.
 A medico puram meruit sine vulnere curam
 Omnia qui solo restaurat perdita verbo.
 Protinus erexit sese, capsamque relexit

Maurus, et hinc partem ligni quod contudit artem
 Profert serpentis, corpus fovet unde jacentis :
Christe, crucis signo prius hoc qui perdita ligno,
Dicens, salvasti confractaque consolidasti,
Cruce tua languoris sit potio, cura doloris ;
Ligno damnatus, lignoque crucis reparatus,
Hic miser inflatus sit et hoc ligno relevatus.
Curet item plagam reditiva salus reditivam.

Ut lignum junxit Maurus corpusque perunxit,
 Ligni virtutem dicas remanere salutem,
 Vertere languorem dorsum miserumque tumorem ;
 Nox fugit ut solem, videas decrescere molem
 Corporis inflati : sic morbus membra beati
 Ad tactum * ligni, quae jam sic lucida linquit,
 Expulsis tenebris sicut fit lucidus orbis.

* Adtactu 2.

- 18 (23). Exultant comites, haec Mauri signa videntes.
 Exultat villae plus archidiaconus ille,
 Plebs simul, ad sanctum quae confluit ecce videndum.
- 19 (24). Quidam servus eques dum scandit Sergius Alpes,
 Forte sinistrorsum saxum super occidit unum,
 Dum citus ascendit ; surgens pedis ossa retorsit,
 Deformisque globus fit pes teres ut lapis unus.
 Sic turpi specie quod nec pes dicitur esse.
 Accedit Maurus haec ad portenta beatus,
 Perque crucis signum jubet hunc incedere sanum.
- 20 (25). Nec sunt immunes Mauri virtutibus Alpes.
 Orandi causa, legio quo conditur ausa,
 Quo locus est gratus, venit levita beatus.
 Templi claustra secus poscendo cibaria caecus,

Qui veniendi foras sine lumine luminis horas
 Clausus adhuc visit, qui nec discrimina scivit
 Nec formas rerum, non ornatus specierum,
 Qui mundum numquam nec stellas viderat umquam,
 Inmediata quidem contraria nesciit idem,
 Noctes atque dies cui non successerat alter.
 Nomine discipuli scito sancti Benedicti,
 Quod jam per terras vulgarat nuntia fama,
 Sustinet orantem, sed sustinet egredientem.
 Jam prece finita sanctus veniaque petita,
 Exierat Maurus, cum caecus vociferatur :
Maure, per hanc sanctam, quam visisti, legionem,
Perque tuum carum rogo doctorem Benedictum,
Da mihi, vir sancte, quod nescio, scire videre ;
Factorem monstra rerum per facta notata.
 Substitit ecce pater gressum figendo parumper.
 Quaerens enarret jam quantum temporis esset
 Ex quo sanctorum petiisset templa virorum.
Ut reor, undecimus, pater, en elabitur annus,
 Dat caecus Mauro. Dat Maurus talia caeco :
Numquid, si vellent, tibi lumen reddere possent
Qui per martyrium succurrere promeruerunt,
Qui pro spe vitae vitam dare non timuere ?
Hos magis implora, sed et hos attentius ora.
Hoc opus est horum, non est, ut rere, reorum,
Quos exoramus, quibus et nos semper egemus.
 Intonat hic dire, quia Maurus coepit abire,
 Ut miser, horrenda quaedam nimiumque pavenda.
 Donec vir celebris, sociis compulsus ab ipsis,
 Impressit digitos oculis lacrimis madefactos.
 Edens virtutis signum nostraeque salutis,
 Intendit caelo caelesti mens pia zelo,
 Extorsitque viro mox lumine lumen ab ipso
 Fletibus et precibus, dicens : *Te, Christe, precamur,*
Tu lux, quam tenebrae possunt comprehendere nullae,
Quaeque vices nescit, radiat, semperque calescit,
Per meritum sanctae sancto pro nomine passae,
Quae bene promeruit nece Thebaeae legionis,
Atque patris nostri sanctique viri Benedicti,
Lucem digneris dare, qui lux vera videris,
Huic misero caeco, quo sit per tempora praeco
Artificis summi per necdum cognita visi.

- 21 (21).** Cum sic orasset, fletus quoque continuasset,
 Sanguineas undas fletus trahit unda profundas.
 Haecenus auditor videt : est mirabilis actor
 Qui tam diversas tot fecit habentia formas.
 Gaudens ille trium laudes cantat puerorum. 5
 Mortis vicino nomen fuerat cui Lino.
 Sicut dicebat, nocturna diurna sciebat
 Omnia psalmorum ; nec factus visor eorum,
 Noverat ille notas, cui non est littera nota.
 Concurrunt gentes, miracula tanta videntes, 10
 Deposcuntque viri dextra sancti benedici.
 Vir pius, illustris, postquam benedixerat illis,
 Praebet mandatum caeco placabile, gratum :
 Sanus ab ecclesia numquam discederet ipsa,
 Martyribus sanctis sed semper serviat illis. 15
 Quod vir devotus complet, non inde remotus.
 Post mortem Mauri, quae fit tunc vita beati,
 Clericus est idem senior compertus ibidem.
- 22 (27).** Mox iter aggressus coeptum, pater inde regressus,
 Hospitium penetrat vir sancto cum grege juxta 20
 Ecclesiam sanctae genitricis et intemeratae.
 Sancto contiguum tenuit muliercula tectum,
 Quae tristis miseris plorans iterando querelas,
 Nec respirabat, suspiria tanta novabat,
 Desolata super defuncto conjugis nuper, 25
 Exanimem gratum prope jam solatia natum
 Dum tenet, et viduam se vivere maeret et orbam.
 Exequiae duplices faciunt duplicare dolores.
 Si fiunt cineres conjunx et conjugis heres.
 Ecce moventur ab his lacrimis pia viscera Mauri. 30
 Evigilat sanctus, dum dormitat comitatus;
 Ingressur templum, solitum sibi reddere votum.
 Cum matutinas jam nox properaret ad horas,
 Nec mulier gemitum quicquam dimitteret illum. 35
 Maurus cum lacrimis Domino se cum prece stravit,
 Ut miserae matri dignaretur misereri,
 Incolumen dono pietatis restituendo
 Infirmum juvenem, defuncto patre levamen.
 Expletis precibus, cellae vestigia sanctus
 Infert prudenter, mox innuit ipse latenter, 40
 Frater Simplicius quod surgat eumque sequatur.
 Surgit, ut exspectet vir sanctus quid sibi vellet.

Vir pius accedit, manifestat quid velit illi :
Mens mea compatitur viduae singultibus hujus ;
Quapropter puerum simul accedamus ad aegrum
Plena, quaeso, fide; poterit fortasse redire.

- 23 (28).** Jam puer extremis moribundus fungitur horis,
 Cum Maurus venit, vel sic cum fletibus inquit :
Spes desperatis, qui consolatio cunctis
Es desolatis, viduae qui restituisti
Elatum juvenem pius extra munere portam,
Supplicio, fac eadem, pietate misertus eadem,
Tu cum sis idem, viduam miseratus eandem.
 Qui geminante die sine sensu vel sine voce
 Exanimis jacuit, matrem solatur et inquit :
Jam, rogo, compesce ; jam, mater, flere quiesce :
Est Domini servus quidam cujus prece sanus
Faucibus interni jam sum praereptus Averni.
 Cui cum dixisset mater quod sanctus adesset
 Hic vir in ecclesia, quasi nil discriminis intrat
 Perpressus juvenis ; qui quem non indice novit,
 Agnovit Maurum, his verbis orsus ad illum :
Excierat tristis sententia : deditus imis
Jam fueram poenis, cum tu me, vir, revocasti
Fletibus et meritis, et matri condoluisti.
 Fama volat totam facti mox per regionem,
 Praecipitesque ruunt simul omnes cernere Maurum,
 Vir, mulier, vidua, senior, puer atque puella.
 Hic laudes Domini jam sexus concrepat omnis,
 Athletas fortes qui sic facit esse potentes.
 Ut reor, Eligius juvenis nomen fuit ejus,
 Qui post haec vixit factus monachus Lirinensis.
 Vir Domini Maurus laudabilis inde profectus,
 Nec gressum tardat, nec curam reddere cessat.

- 24 (29).** Clarus et egregius locus Autisiodorus unus
 Praebuit hospitium Mauro, quo tempore festum
 Praeclarum cenae Domini celebratur amoene.
 Famam Romani patris hic pater optimus audit,
 Qui fuit adjutor Domini caro Benedicto .
 Tramitis ecce duces rogat, ut divertat ibidem.
 Hic et pascha coli vult et sermonibus uti
 Romani, sancti comitis patris Benedicti.

- 25 (30).** Mauri ductores complent sua jussa libenter.
 Adveniunt citius, devote suscipiuntur.

* *versum*
om. 2.

Accelerant alii quae sunt adjuncta diei.
 Patres ecce duo quae sunt accommoda regno :
 Invigilant socii propere carnalibus escis.
 Illi carnales properant, hi spirituales.
 Haec dum complentur, dum sic diversa geruntur. 5
 Praedicit gemitum Maurus cras esse futurum.
 Corporeum quod onus cras esset depositurus
 Dux, pater egregius, re nomine vir, Benedictus
 Et Domini dextra donabitur ille corona.
 Ut justus justus funus. comitis comes audit, 10
 Insolabiliter solatia perdita maeret.
 Ut consoletur, cui coepit dicere Maurus :
Nunc est gaudendum, non est de morte dolendum.
Non mors dicenda, sed vero nomine vita
Est, obit ut justus, cujus fit transitus ortus. 15
Vita donatur, qui mundo mortificatur.
 Hunc adiutorem promittit eum potiore :
 Hunc contemplatur, qui pro peccante rogatur.
 Sanctus Romanus, miles Christi veteranus,
 Non cohibet fletus, cum debeat hinc fore laetus. 20

26 (51). Postulat interea Maurus, ne transeat hora
 Finis doctoris, quae non appareat illi.
 Quod justus poscit, Dominus non abnegat illi.
 Dum prope sit tempus quo doctor ad astra vocetur
 Verna potens, hominem translatus in interiorem, 25
 Conspexit Maurus cum fratribus ecce duobus
 Quod patris a cella quasi sit via pallia * strata.
 Lampade cum multa quae protendatur ad astra.
 Vox audita rogat cujus via sit decorata.
 Respondent fratres, sese nescire fatentes. 30
 Quae vox quaesivit, sicut bene cognita solvit :
Haec est electi justique viri Benedicti
Haec via, qua graditur pia mens et vir pretiosus.
 Ut redit ad sese, Romano retulit ille
 Omnia quae vidit, sed quae vox protulit illi. 35

27 (52). His ita completis, festis paschalibus actis,
 Si juste posset, quod secum pergere vellet.
 Romanus dixit, cum jam coepit proficisci.

28 (53). His aliis missis, proficiscitur Aurelianis.
 Mortuus hic vere praesul Cinomannicus esse
 Dicitur : unde nimis socii sunt undique maestri.
 Maurus confestim quos verbis roborat istis : 40

* palliis l.

*Ne desperetis, fratres : quaecumque videtis,
 Praedixit sanctus, cum nos misit, Benedictus.
 Semper in adversis Deus astat ; et inde reversis
 Post tenebras lucem praebet, post damna laxamen.
 Jussus natales Abraham mutare novalis,
 In gentes multas post pullulat hic patriarcha.
 Sola contentus nutrice pater Benedictus,
 Pro spe caelestis dimittens omnia regni,
 Plurima fundavit coenobia, plura novavit.
 Est consolator, qui noster et ipse creator,
 Et confortator, nostri generis reparator.*

- 29 (34).** Respirant Mauri comites sermonibus istis.
 Nobilis Ardradus quod dignum noverat actu
 Expediit ; enarrat quod sit manifesta voluntas
 Actibus in nostris antistitis esse creati
 Hoc scitum. Dictis istis tendit Cinomannis :
 Maurus cum sociis hunc sustinet Aurelianus. * ecce 1.
- 30 (35).** It miles propere ; quem digno praesul honore
 Suscipit ; acta refert. Cui praesul protinus infert :
*Sic fundamentum, frater, dicens, alienum
 Quod super aedificem, vel non mea pascua plantem,
 Non est consilium, quoniam mea multa supersunt.*
- 31 (36).** Strenuus Ardradus, miles per cuncta probatus.
 His nihil exactis, quo copia detur eundi
 Postulat ; illa datur, carusque nepos vocitatur.
 Mittitur ad Maurum, ferat omnia, nec fore maestum
 Nuntiet ; est melius, quod protinus exhibeatur.
 Andegavensem citius peteret regionem ;
 Illic confestim referens occurreret illi.
- 32 (37).** His ita digestis, coeunt, locus est ubi Restis,
 Maurus et Ardradus, soboles simul uxor et ejus.
 Quid sint acturi, manifestat ; quod nihil egit ;
 Pontificem de re nihil hac componere velle ;
 Esse virum Florum, cum nomine rebus honorum.
 In primis primum, dicens, a rege secundum :
 Illum devote viventem velle dicare
 Rem simul et sese Domino, natumque locumque.
 Hac vita si quos contingat habere probatos ;
 Quem per legatum mox spondet adesse futurum.
- 33 (38).** Rex erat eximius Francorum Theodebertus,
 Cui fertur Florus sic esse per omnia carus
 Velle quod aut nolle sit idem non esse vel esse.

Postquam rem gestam Florus sanctique repulsam
 Accipit Ardradi missis quos miserat illi,
 Regi praeclaro sed prae cunctis venerando
 Quid velit extemplo declarat Theodeberto.
 Regius assensus nec deficit ipsius actus.

34 (39). Accelerat Florus, Maurum nec adire moratur.
 O qui complexus, in Christo qui quoque nexus !
 Hic, hic Platonem succumbere vel Ciceronem,
 Scribere Nasonem nec gaudia posse Maronem,
 Hi quo versificent, hi quo sermone perorent.

35 (40-41). Egregius Florus, meriti jam flore decorus,
 Nominis ut testis, vir floridus in bene gestis.
 Sese praesentem dicit complere volentem
 Sicut respondit legatis atque spondit.
 Ecclesiae sedes, quo condi debeat aedes
 Et fratrum requies, exponitur et locus et res
 Sub testamento ; sed filius, incitamento
 Quo coepti fieret, exponitur unicus heres.
 Se quoque venturum dicit cumulumque futurum.

36 (42). Jam loca mundantur, jam fundamenta locantur :
 Jam res aptatur, Domini domus aedificatur.
 Martini propere sub confessoris honore
 Maurus basilicam construxit primitus unam,
 In qua vir sanctus, doctoris more sepultus
 Post fuit, expulsa quod fecit Apollinis ara.

37 (43). Contigit, ut fieret, cum Mauro cum resideret
 Prudens, artifices opus incoeptum properantes
 Inspiciens, Florus, quod clericus occidit unus
 De summis gradibus, lapidum quo magnus acervus ;
 Qui custos fuerat regis deductus ab aula.
 Sanguinis egreditur per cunctos unda meatus
 Corporis elisi ; vitae nil, omnia mortis.
 Advenit hic Maurus, Floro comitante, beatus.
 Ante fores templi tunc primitus aedificati
 Imperat infirmus quantocius ille feratur.
 Cum discessissent omnes ac deseruissent
 Vitam cum fato, curam cum dilapidato,
 Membra solo sternit, quia solum se fore cernit.
 Vir de corde litat datque suspiria, mittat
 Quosque Deo fletus, quae verba precantia, fretus
 Munere divino, collato lumine Lino,
 Nodet ad integrum contractis artubus aegrum.

Jam lacrimis fuis terrae caeloque locatis.
 Accedit propere Maurus, comitante salute.
 Ad sic languentem, summis de rebus agentem :
Omnipotens, primo vitae spiracula limo
Inspirando prius qui glebam corporis hujus
Sic erexisti, similem quod constituisti,
Hunc ad devotam, dicens, pius erige vitam,
Ut tibi laus detur sanusque tibi famuletur.
 Ut pater oravit, totum corpus renovavit.
 Venit cura comes, fuit haec oratio fomes
 Corporis elisi, quasi solo vulnere fisi,
Surge, jubens, frater Langise, tuum properanter
Sanus ad officium, vivens opus arripe coeptum.
 Vivit Langisus, moriens nuperrime visus.
 Ceu dormitasset prius et tunc evigilasset.
 Qualiter allatus fuit hic, quaerit stupefactus.
 Cui Maurus dicit, medicans sermone potenti.
 Qui precibus curat, cujus sunt potio iussa :
Non huc venisti per te, per te remeabis.
 Allatus manibus, pedibus jubet ut gradiatur.
 Qui cum Simplicio pius hunc in parte latendo
 Conspexit Florus, festinans praepete gressu,
 Se pedibus sancti prosternens, talibus inquit :
Discipulus vere Benedicti crederis esse,
De quo narrantur, de te quae signa videntur.
 Hunc ammirari plus ex hoc et venerari
 Coepit, nec propius fuit huic accedere fisus.

38 (44). Haec dimittamus, magnis majora canamus.

- Fac aliud, Maure, signum signo comitante.
 Dum custodit opus commissum vir redivivus,
 Artificum justo pars detrahit impia Mauro.
 Utque canes verbis nituntur rodere pravis.
 Quaerere majorem sanctum mentitur honorem :
 Dicere non causa vitae laudabilis ausa
 Deservisse suas, petiisse tribus alienas ;
 Non ope divina fieri, sed carmine signa.
 Sed non impune patitur te, Maure, notare,
 Qui tuus adjutor, qui testis, qui quoque tutor.
 Protinus antiquus, sceleris vindex, inimicus,
 Nec concessa tamen dabit haec vindicta levamen,
 Arripit injustis ex detractoribus istis
 Tres Mauri justis, mordaci dente perusti ;

qui 2.

Quos sic castigat tantoque furore fatigat,
 Uni quod meritam fieri sine corpore vitam
 Mox extorqueret, reliquos vexando teneret.
 Causa comperta pia mens et vindice poena,
 Continuo tenere coepit pro crimine flere.
 Ingrediens iterum praefatum carmine templum,
 Detractus plorat, pro detractoribus orat ;
 Et tamen ignorant qui pro sermone laborant,
 Pro quo vexantur per eundem quod reparantur.
 Redditur hoc dicto benedictum pro maledicto.
 Hac vice diversa pro vulnere cura reversa
 Pro nece vita datur, pro derisu lacrimatur.
 Sic age, sic, **Maure**, quia non diffugit ab aure,
 Compensare malis bona lex est spiritualis.
 Per tres continuas orat cum fletibus horas.
 Sese scindentes post haec redit ad patientes.
 Juste, quod injuste factum tibi scindere, juste,
 Contigit injustis se dentibus elacerari,
 Ne sibimet dentes parcant **Maurum** comedentes.
 Sanctus vexillum sanctae crucis erigit illum
 Adversus hostem, tibi, **Maure**, tuos quatientem :
 Est tamen ingratus tuus hostis in hoste reatus.
 Post crucis oblatum fuit haec oratio signum :
*Sternere serpentes, summi Patris unicus heres,
 Necnon virtutes inimici qui dedit omnes
 Christus discipulis, tenebris vos solvat ab istis.*
 Cum velut audacter, postquam fuit ille character
 Appositus, frendent et adhuc sub crimine pendent.
 Non dubitat propius sollers accedere **Maurus** :
 It confidenter, quo vexantur vehementer.
 Quid morer ? absque mora, digitos ut misit in ora
 Nec metuit praesens, corrosus dentibus absens.
 Immundis porcis immundus spiritus exit,
 Foedatus fugiens, vestigia fetida linquens.
39 (45). Functus in introitu templi jubet inde feratur.
 Fertur, et absque cibo noctem pius et sine somno
 Totam continuis precibus cum fletibus egit.
 Orans in corpus defuncti vita locetur.
 Sacra jubet mane pro defuncto celebrare :
 Simplicius velox complet mandata sacerdos.
 Cum quo post missam venit pater ad libitinam :
Porrige, Christe, manum, qui verbo quadriduanum

*Surgere fecisti, viduae qui restituisti
Prolem, Christe pie, precibus placatus Heliae ;
Porrige, Christe, manum, da corpus surgere sanum.*

Surgit defunctus, prece justus fit redivivus.

Sic curat Maurus, inimicis factus amicus.

Vir qui surrexit sancti mandata recepit

Ne dum vita, locum, comes est, intraret in illum ;

Hoc ideo faceret, ne plausum sanctus haberet.

40 (46). Octo sunt anni postquam vir venerat illic.

Hoc spatium templum factum fuit atque dicatum.

Praesul cum reliquis Eutropius Andegavensis

Quadrifida sectum benedixit parte locorum.

Prima patrociniis est Petri fulta beati ;

Fertque secunda tuos cultus, Martine sacerdos ;

Tertia condigno contingit pars Severino ;

Quarta velut turris locus est sancti Michaelis.

41 (47). Nunc *, Euterpe, fidem moderare, quod audeat idem

Qui lecturus idem sperare moratus ibidem.

Dulcis sit Flori conversio mel velut ori

Atque per hunc florem sapor introducat odorem.

Est sapor, est et odor, cum Flori, musa, recordor.

Ergo quod optetur, quod vivat *, vel quod ametur,

Quod transmittatur, quod duret, quod relegatur,

Quod lapides scindat, quod ligna virentia findat,

Prosit, delectet, sed quod manus aemula vectet,

Euterpe, canta, tu dignior indole tanta.

Sit speculum morum, sit Florus forma virorum *.

Praedictus Florus, vita florente decorus,

Culmine contempto rerum cumuloque retento,

Rebus collatis et in aetheris arce locatis,

Partim* sublatis, se scilicet, atque paratis,

Regi sic fatur, bene secum quod videatur

Jam promissorum non inmemor esse suorum :

Rex, tibi servivi, dum salvo tempore quivi ;

Rex, tibi persolvi tibi quae solvenda revolve.

Altera mandati pars est solvenda relati.

Debita Caesarei sunt reddita jura trophaei ;

Sunt reddenda Dei jam vota fidelia spei.

Rex, tibi praeteritam devovi tempore vitam ;

Da, rogo, praesentem Domino voveamque sequentem.

Vix rex concedit, quem justa petitio laedit ;

Nec tamen infestus, quamvis discrimine maestus.

* ante hunc
versum
Prologus
Vitae Flori 3.

* juvat. 2.

* sequitur
Incipit vita 3.

* sed nunc 2.

Strenuus in rebus quod paucis ille diebus
 Secum mansisset cum jam rex obtinisset,
 De doctore pius rex, de virtutibus ejus,
 Et fratrum numerum, didicit quoque nomina rerum.
 Dicit eum, sciret si velle, libenter adiret,
 Cuique plura daret, regalia dona pararet.
Primum quaeratur, post velle patris referatur,
 Respondit Florus; quod rex concedit honorus.

42 (48-50). Cum dimisisset, sed et oscula cara dedisset,
 Si fieret certus, rex addit Theodebertus,
 Cum tonderetur capitis coma, scire daretur :
 Si pater annueret, devota mente videret.
 Florus ad exemplum * vitae petit ilico templum.
 Regis velle patri manifestat. Cui pater inquit
 Quod vult se velle. Se velle renuntiat ille.
 Venit et excipitur, fratrum conventus aditur ;
 Se rex sublimis Mauri pedibus dedit imis,
 Ac obtestatur quod ab illis suscipiatur,
 Et quod scribatur cum fratribus inde precatur.
 Fit. Sociis visis Mauri cum germine Flori,
 Et perlustratis domibus multumque probatis,
 Rex redit ad templum Petri sub honore dicatum
 Et proprium fiscum tribuit sat nomine notum ;
 Cum cruce gemmata dat pallia rex pretiosa.

43 (51). Accedit Florus, cum fructu flore decorus,
 Munera non parva villas qui liquit et arva,
 Argentum, vestem dat et aurum, se quoque testem
 Lege complexse Domino nil carius esse ;
 Plures ex servis cum multo munere solvit.
 Vir pugnaturus sub pondere non ruiturus,
 Tamquam securus victor post bella futurus.
 Nudus cum nudo luctabitur hoste feudo *.
 Cingula Caesarei deponit et arma trophaei,
 Arma tenebrarum quoniam sunt Caesaris harum ;
 Induit arma Dei, quoniam sunt arma diei :
 Haec armatura non est hostem veritura.
 Cumque comam capitis daret hic agnus quasi mitis,
 Cum primus juste rex, Mauro praecipiente
 Sumeret, hinc Maurus, hinc quilibet, atque beatus
 Indueret pannos, quibus est pax summa per annos
 Omnes allata quibus est data vita beata,
 O quantos fletus dedit hic per gaudia laetus !

* ample-
 xum 2.

* ita 1, 5,
 scudo 2.

Haec cum vidisset, lacrimas quis continisset ?
 Nutritum tenere Florum solitumque tenere
 Post regem sedem, disponere nutibus aedem
 Quondam regalem, vitam perpendere talem,
 Qua caro tristatur sed spiritus exhilaratur,
 Qua caro maectatur sed mens pia vivificatur !
 Haec ego, Flore, legens et adhuc sub pondere degens
 Labentis mundi, procul a regione secundi,
 Scribere vix totum valeo, quamvis bene notum.
 Cum tibi floreret mundus, tibi, Flore, vireret,
 Omnia cum ferret, tua me conversio terret.
 Est nihil aut rarus, tamen est, sine pondere, carus.
 Flore, prius Saule, cum regis deditus aulae,
 Floride, post Paule, modo Mauri subdite caulae,
 Tunc leo nunc agnus, tunc parvus sed modo magnus,
 Cum sceptrum gestas, nunc est magis aucta potestas.
 Cum te, Flore, regis, praestas in culmine regis
 Celso Francorum, Persarum, pone Medorum.
 Sed pereunt lacrimae recidivo crimine primae,
 Spinaque fundatur nisi radix prima secatur.
 Legimus et scimus : quae volumus *, illa nequimus.

* nolimus 2.

Sed reor et vereor, veniet cum tempore maeror,
 Cum, quod tardamus, converti ne valeamus.
 Quid sit * legitimis tot tantas jungere primis ?
 Quid, post indultas refugit cum velle facultas ?

* fit 2.

44 (52-53). Expletis * dapibus, quas sumpserat ille coactus,
 Rex dicendo bonum meliorem vivere Florum,
 Deposcit Mauri patris dextra benedici.
 Ocius hinc urbem devertit ad Andegavensem.

* Expletus 1, 3.

45 (54). Diluculo villam Maurus dum viseret illam,
 Quam, cum suscepit regem locus ille, recepit,
 Paene quidem funus fertur paralyticus unus,
 Corporis in damnis qui quattuor et tribus annis
 Debilis haerebat lecto vitamque timebat,
 Maerebatque mori nec finem ferre dolori,
 Ingratusque morae flatum gestabat in ore.
 Cum desperaret, nec quid plus morte rogaret,
Surge, pater dixit, *sanus*. Simul hunc benedixit.
 Sermo potens curat ; fluitantem robore durat.
 Debilis incedit, se vix incedere credit ;
 Vivere jam gaudet, melius sperare quid audet :
 Votaque dat voto diversa, dolore remoto.

* factum 3.

Quippe cui fatum * fuit in discrimine gratum.
 Excuit in cura carissima vita futura.
 His signis Maurus par est tibi, Petre, duobus :
 Gratia curarum, par est incessus aquarum.

46 (35). Jam fratres centum sunt quadraginta proventum

Dat pater ecclesiae, quos matris condicione
 Parturit exemplo vitae cum simplice verbo.
 Arguit, hortatur quosdam, justosque precatur,
 Hos ne deficiant, hos ne delusio fiant.
 Vitae monstrator circumdat ovilia pastor ;
 Fit verbo saepes, ne currat bestia praepes,
 Oraque praedonis profert exerta leonis.

47 (36). Annis his senis sacro sub tegmine plenis

Mensibus atque tribus Florus totidemque diebus
 Cursum complevit, sancto cum fine quievit.
 Si tibi scriptores titulum fecere priores,
 Rem tamen implebo, nec de te, Flore, silebo.
 Cum bene gessisti, carmen tibi promeruisti.

* om. 2.

Trenus Flori.

Hic, hic putrescit vir nobilis ; hic requiescit
 Florus, fitque cinis, rebus cum pondere binis
 Usus et hoc mundo felix ususque secundo,
 Regi Francorum placuit regique polorum.
 Felix in regis, felicior in vice legis,
 Milibus in mille nunc felicissimus ille
 In caelis plaudit, ter *Sanctus* cantat et audit.

48 (37-38). Post patrem natus successit Theodebaldus,

Vir pius et clarus, Mauro quoque pro patre carus ;
 Cui plus donavit patre, nec quid degeneravit.
 Tunc successores patribus fuerant meliores ;
 Sed nostri mores meruerunt deteriores :
 Heres accedit pejor, malus unde recedit.
 Funere praeventus sed rex, gemebunda juventus,
 Regi non segni dimisit culmina regni
 Clothario ; Maurum sibi qui quoque fecit amicum.

49 (39). Rerum sollicitus lustrabat praedia Maurus.

Cum divertisset, quo se fessus recreasset
 Psalmos cantando, nec tunc a laude vacando,
 Dicitur : *Est foris archidiaconus Andegavensis.*
 Ingreditur, loquitur, residet, prandere jubetur.
 Esse parum vini, dicit Simplicius illi,

Sellae suspensum minimum vas quod capit unum.
Affer, ait. Fertur, benedicitur, amplificatur.
Qui pluvias panes solidando pavit inanes,
Hic et duravit rorem lapidemque liquavit.
Qui facit esse nihil, potis est augere quod egit.
 Dixerat, et dictum sequitur mirabile factum.
 Sexaginta viri, quid plus hoc tempore miri ?
 Crede, tribus vere vicibus de vase bibere ;
 Et velut hoc certum, vas plenum crede repertum.
 Artifices escis, nec pauco tempore, paucis
 Pavit Heliseus ; cibus hic, hic potus adauctus.
 Dispare materia satis est mirabile compar ;
 Parque fides fidei, par res incognita rei.

50 (60). Ecce revertenti quidam fuit obvius illi,
 Os laesum patuit cui turpiter ulcere cancri.
 Cui crucis in cura cutis est mox reddita pura.

51 (61). Praefatus sanctum venit rex visere Maurum,
 Ut jus compleret, par decessoribus esset.
 Blazon * iter longum dedit huic in munere campum.
 Quod sanctus justa petit est electio cessa.
 Rex redit hinc laetus, dextra Mauri benedictus.

* Blanzon 3.

52 (62-63). Sanctus didicerat * Maurus doctore propheta,
 Expletis annis a rege vocatio binis
 Quod fieret, plenis sex tunc aetate decenis.
 Praepositis tota commissa de grege cura,
 Quae superest vitam vult consummare remotam.
 Bertulfus frater, Flori clarissima proles,
 Abbas efficitur. Detentis inde duobus
 Fratibus, hic, Primo proprium fuit ac Aniano,
 Soli devote Domino vult mente vacare.
 Ecclesiam propter fuit huic parvissima sedes,
 Quam tibi vir primam fecit, Martine, dicatam.

* cognorat 2.

53 (64). Adveniente die quo migrans transeat ille,
 Solvere vota precum dum pergeret ac lacrimarum,
 Antiquus magna serpens stipante caterva,
 Obstruit ingressum, prohibens hunc figere gressum :
Eia, Maure, tonans, nostris qui sedibus aptans
Istos venisti, nos deturbare putasti :
Strages istorum diversaque fata tuorum,
Vix remanent aliqui, me debacchante, videbis.
 Vir Domini propeere cui reddidit : *Increpet in te.*
Dacmon, et in verbis Dominus fallacibus istis.

Amplius antiquo non est locus hic inimico.

Visa domus ruere, cum sic evanuit ille.

Quo sonitu fratres de stratis exilientes

Signa citi pulsant et noctis cantica cantant.

54 (65). Haec in corde gerens, pro fratrum funere maerens, 5

Unde quod ignorat quod norit certius orat

Maurus, cum citius fertur conspectibus ejus

Angelus indutus nitido velamine, nutus

Dicens esse Dei, non daemonis esse trophaei,

Tot mortes fratrum, nec in his quid habere baratrum ; 10

Viscera sermonem dans contra mitia mitem,

Dicens : Cur, anima Domino carissima, turbas

Ipsum te super his, quae sic disponere sentis

Factorem rerum, finem sic esse dierum ?

Sicut natura praenoscit nulla futura, 15

Quamvis sit mendax, veracia nuntiat ista.

Cum sit in hoc falsus, non huic erit inde triumphus.

Quos confortatos verbis caeloque locatos

Felices tuleris, felicior ipse sequeris.

Angelus evehitur, sic adstans sicque locutus. 20

55 (66). Luce pater facta, sub terris nocte redacta,

Fratribus haec visa quae sunt auditaque narrat,

Sic exponendo : Fratres, diversa ferendo

Missi diversi sunt ad diversa reversi.

Nuntiat immitis immitia, mitia mitis. 25

Alter ad infernum patrem redit, ille supernum.

Hic contristavit, magis alter laetificavit.

Nuntiat hic mortem, hic vitae reddere sortem.

Si quis consistat qui morti mente resistat,

Vult indefesse Domino contrarius esse. 30

Mors venit in gentes per primos missa parentes ;

Indiscreta viros humiles rapit atque superbos.

Haec via sit caeli, nulli metuenda fideli.

Post hanc vita venit meritis, haec aspera lenit.

Non est praesentem, fas est vitare sequentem. 35

Nos qui speramus, jam, fratres, praeveniamus.

Tempus, quod superat, breve cum sit, longius extat,

Inveniat gratos finis nos atque paratos ;

Mors faciat laetos quos est factura quietos ;

Exuat hos cura quibus est mors vita futura, 40

Inferat horrorem quibus est paritura dolorem.

Vos, speculum spei, soboles praeclara diei,

* Inde 2,
versum
om. 3.

Vos laetum laeti fatum contemnite freti.

56 (67). His est ablati dictis timor, his reparatus
 Justus mortis amor, neque luctus in his neque clamor.
 Mense quidem quino centumque quaterque quaternos
 Ductor ab his castris coram se dirigit astris.
 Occidit Antonius comes et Constantinianus.
 Nec longum tempus sequitur sua pignora Maurus.
 Dum jacet ex more, lateris vexante dolore,
 Cilicium supra vir sanctus gleba beata,
 Sumptis vivificis sacro libamine donis,
 Illic residuis paucis adstantibus illis,
 Spiritus externas linquens, scandendo supernas,
 Quo jam tirones praemisit, adit regiones.
 Mente prius visi Deus ad portam paradisi
 Maurum condonat, meritis auroque coronat,
 Perque vias rectas justum deducit et artas,
 Ostenditque Dei regnum, quod lumine spei
 Viderat, atque fide spe majus iudicat esse.

57. Sed quid peccator fieri praesumo relator
 Mauri gestorum, scelerum memor ipse meorum?
 Mente nimis prona feror ad caelestia dona :
 Quam prope sum lingua, quam longe simplice vita.
 Hanc non credo fore, quia peccatoris in ore
 Laus est, acceptam nec, Maure, tibi speciosam.
 Suscipe, quaeso, tamen, quo sit laudasse levamen
 Te peccatorum, te dilexisse, meorum.
 Nec me compescam tamen aut a laude quiescam,
 Si non per grates, vincendo per improbitates.
 Nec desit Mauro titulus descriptus in auro :
 Carmina nam festa meruit sibi per bene gesta ;
 Et nos utcumque scribemus qualiacumque.

Hic situs est Maurus, semperque viret quasi laurus,
 Floret uti palma domus haec virtutibus alma.
 Hic est plantatus quasi cedrus multiplicatus ;
 Hic et fructiferae germen pinguescit olivae.
 Hic caecus visum capit, et quod debile, nisum.
 Sermonem mutus, redit hinc a daemone tutus.
 Quis rex, quis princeps fuit aut queat esse deinceps,
 Quorum pyramidem titulus comitabitur idem ?
 Tollere quiverunt quod reddere non potuerunt.
 Octavo decimo nudatus carcere * limo
 Astra februariis fertur petiisse kalendis.

Valeranne
2.

58. Jam, Guillelme *, satis, pater, est vobisque beatis,
Fratres, pulsanti totiens totiensque roganti.
Sint satis ista modo, vir care medullitus, Odo,
Necnon Guntero, quem diligo pectore vero.
Hic Jam figatur ratis, anchora jam jaciatur.
Eripitur pravis mea fluctibus integra navis.
Hoc fratrum votum, hoc est vestra prece totum.

TRANSLATIO S. MAURI (Cfr. supra, p. 239, 6°) (1).

1. Licet, fratres carissimi, jugiter in laudibus Christi nos oporteat esse devotos atque mundo corde et casto corpore ejus sancto servitio praeeparatos, praecipue tamen in sollemnitatibus ipsius nomini consecratis sive in sanctorum festivitibus convenit perspicaciori mente erga cultum divinae religionis esse devotiores. Duplici enim gaudio fideles Christi in hac domo consistentes spirituali hodie exultare tripudio compelluntur. Nam quia hodierna die haec sancta ecclesia Deo noscitur consecrata, studendum nobis est ut eorum numero mereamur conjungi de quibus psalmographus cecinit dicens: *Beati qui habitant in domo tua, Domine; in saecula saeculorum laudabunt te*. Quia vero hodie praesens locus sive haec ipsa aula Dei suscipere meruit venerandum corpus dilecti confessoris Christi Mauri, nobis summopere gaudendum atque omni mentis praeconio exultandum est, quia pro certo novimus esse mirabilem Deum in sanctis suis, ideoque ipsum in laude hujus sancti sui laudare, benedicere atque mente devota excelsaque voce cum summa laetitia illi servire debemus; sicut nos David admonendo hortatur ut in excelsis et in sanctis suis laudare Deum studeamus. Sed quia multis incognitum haberi seimus qua occasione sive quo tempore hoc beati viri corpus huc delatum ac susceptum fuerit, praesentibus hoc ignorantibus posterorumque memoriae praesentis stili narratione dignum duximus breviter commendare.

2. Postquam elementis ordinatione Dei, qui cuncta praenoseit antequam fiant, beatissimus pater Benedictus beatum Maurum, levitali stola Christo insignitum.

(1) Hujus documenti si finem tantum (num. 14) inspicias, constat hanc saltem partem conscriptam fuisse post annum 1030. Qui vero consideraverit sermonem jam ante terminari conclusione sua (num. 15), is forte haud aegre adducetur ut quae sequuntur (num. 14) additamentum aliquod esse existimet illi sermone posteriori subjunctum, hunc vero pronuntiatum fuisse post mortem quidem Caroli Calvi imperatoris, nam *gloriosae memoriae* dicitur (num. 2 extr.), sed non diu post illius mortem, quippe qui multiplici reverentiae significatione *gloriosus rex* (num. 7 init. et num. 11 med.), *serenissimus Francorum rex* (num. 11 init.), *reverendus princeps* (ibid., circa med.), *clementissimus rex* (num. 12 init.) appelletur. Eadem utique refert sermonis scriptor quae fusius Odo abbas in historia Translationis S. Mauri, non tamen ita ut ex hac suam narrationem haurisse judicandus videatur, sed vel ex relatione coeva vel ex satis recente rerum memoria.

oboedientiae gratia in Gallias misit, ut testatur Faustus in libro vitae ejus, quo institutionem regularis ordinis, quam sancto Spiritu docente didicerat, uti perfectus discipulus ab eo perfecte edoctus, fidelibus Christi ostenderet, Andegavensem expetiit pagum; ibique in loco qui Glannafolium dicitur, Deo sibi auxiliante construxit coenobium, collegiumque multorum monachorum Domino famulantium in sancta religione sibi sociavit, ita ut centum quadraginta fratrum adimpleretur numerus. Cum ergo valida carnis afflictione jam mortuus mundo, vivus autem Deo, cotidie virtutum gradibus ad caelestia migraret, regente tunc temporis Francorum monarchiam glorioso rege Chlotario, peractis bis vicenis annis inibi in Christi tirocinio, transiit ad caelestem gloriam, socius effectus sanctorum angelorum et archangelorum omniumque caelestium civium agminibus. Sepulto autem corpore ejus in basilica beati Martini, sicut ipse adhuc vivens praeceperat, a sibi dilectis fratribus, maxima cum reverentia ibidem conservatum fuit, quousque Francorum regnum Karolus, gloriosae memoriae, filius Hludovici Pii, suscepit regendum.

3. In jam dicto autem coenobio post obitum beati viri per multa annorum curricula observantia monasticae religionis optime conservabatur; honor et dignitas, affluentia etiam omnium rerum copiose exuberabat; numerus quoque fidelium monachorum ut statutus a beato Mauro fuerat habebatur, usque ad tempora Pipini Francorum principis, qui eundem locum cum integritate omnium possessionum ibidem pertinentium, cuidam inimico Dei, nomine Gaidulfo, dedit. Qui super omne quod extat sanctuario Dei contrarius, monachos Christi servitio mancipatos odio execrabili persequens, omnes ibidem commanentes a loco expulit, praediaque sanctae ecclesiae suo dominatui subdidit. Post haec, a diabolo suo domino instigatus, omne monasterium cum fundamentis solotenus evertit, deinde cuncta aedificia monachorum ad nihilum redegit. Testamenta autem praediorum sollicitè perquirens et inveniens, partim igne cremavit, partim in Ligerim mersit, partim vero quo animo libuit custodienda commisit. Sed cum his nefandis actibus occurreret et imminentem sibi pessimam mortem nequaquam pertimesceret, cum sibi dilectis amicis et affinibus plurimis pransurus advenit; delectabilibus cibis satiatum atque vini meri potatione perfusus, gloriabatur superbe servis Dei tanta mala se intulisse et insuper gloriosum sancti Mauri coenobium funditus destruxisse. Sed ultrix Dei dextera non diutius potuit haec ferre. Nam subito beato Mauro ibidem apparente, cujus facies velut ignis resplendebat, canities autem super nivem candebat, torvis oculis miserum aspiciens, eum virtute valida calce in ventre ferula vero, quam manu gerebat, in capite percussit. Qui mox in amentiam versus, miserum caput saepius super scapulas jaectans, bis clamore valido dicere coepit a Mauro monacho se interemptum esse. Cumque haec frequenter repeteret, cunctis qui aderant videntibus atque audientibus, percussione valida oculis perditis, velut Arrius damnatus intestinis effusis indignam vitam digna morte finivit.

4. Tempore igitur augusti piissimi Hludovici, cum locus ille desolatus esset

atque in solitudinem eremi redactus cerneretur, Rorigo venerabilis comes ab eodem imperatore suscipere meruit. Qui inspiratione Dei praemonitus, eundem locum perlustrans et perspicuus in pristinam religionem posse reformari, dum quadam die amnem Ligerim transmearet atque in medio fluminis alveo videretur esse, sphaera ignea super caput illi de caelo affuit, atque oraculum caelestis vocis percipere meruit, quae eum trina vice admonuit ut ibidem locum aedificare minime differret. Ipse autem solus haec videns et audiens, cuncta se impleturum Deo protinus promisit. Convocatis itaque plurimis operariis, monasterium in pristinum reformavit statum cum cunctis domibus quae monasticae religioni opportuna esse videbantur. Quibus peractis, anxietate nimia pressus, sollicite cogitabat cui coenobio sive cui abbati institutionem sanctae regulae digne servanti illum committere locum valeret: vix enim reperiebantur coenobia in omni Francorum regno quo praecepta regulae sancti Benedicti optime conservarentur. Cum ergo in talibus ejus fluctuaret animus, repente Turonis mittit, religiosae vitae virum, Lanbertum nomine, de monasterio Sancti Martini evocat Ebbonemque strenuum virum affinitate carnis sibi propinquum. Quibus cum secretum suae mentis aperuisset, salubre ab eis percepit consilium. Nam fama boni odoris totam pene Galliam repleverat quod in coenobio Fossatensi honor et dignitas atque ineffabilis caritas, observantia quoque sanctae religionis, prae cunctis monasteriis Franciae superemineret. Protinus ergo, tali animatus exemplo, ad Fossatensem coenobium legatos mittit; Ingelbertum abbatem, sanctissimae vitae virum, qui venerabili religiosoque patri Benedicto successerat, humili prece deposcit ut sibi sanctae caritatis gratia adjutor fieri et loco desolato opem suae consolationis velut pater piissimus impendere atque in suae potestatis dominationem perpetuo suscipere dignaretur. Quod audiens pater reverendus, talis nuntii auditu perterritus vehementer expavit; responditque hoc minime fieri posse, nec curam loci sibi commissi animarumque fratrum sub se degentium postponere, cum ignotae ei forent illorum hominum mentes et facies et tam longe positas cogeretur adire regiones. Legati vero, ne tam longa terrarum spatia in vanum se peregrissem niterent, iterum atque iterum votis suorum precatum illum devincentes, quae posebant obtinere meruerunt.

5. Sumptis ergo jam dictus abbas perfectioribus suae congregationis fratribus et cunctis quae in divinis cultibus videbantur eis fore necessaria et quibus se in alia regione indigere timebant, Andegavorum expetiit patriam. Veniens igitur venerabilis pater ad jam dictum Glannafolii locum, precibus Deo dilecti comitis eundem suscepit regendum. Qui cum multis diebus ibidem moraretur, honorifice satis et religiose cuncta quae religioni monasticae conveniunt secundum timorem Dei et secundum institutionem sanctae regulae stabilita atque ordinata sunt. Imperator vero Hludovicus, poscente religioso comite Rorigo, sacrum jussit fieri edictum, quo rectores Fossatensis coenobii semper providentiam illius loci haberent et sollicite loco et congregationi custodiam cautissimam in cunctis opportunitatibus habere studerent, talesque ibidem magistros et praepositos

linarent, qui cuncta perficienda intus et exterius secundum Domini voluntatem peragerent. Religiosus ergo pater Ingelbertus cum ita cuncta ordinavisset, mittens ibi copiosum numerum monachorum, qui jugiter Deo devota mente ritium exhiberent, cohortans eos in Christi religione et mandatis caelestibus reverare, ad sibi dilectum prae ceteris quantocius reversus est locum.

8. Anno autem incarnati verbi ~~dccc^{mo}xl^{mo}v^{to}~~, indictione viii^{va}, in diebus sanctae ~~ae~~, hebdomada v^{ta}, feria quoque v^{ta}, iii^{to} idus martii, translatum est venerabile corpus Christi levitae Mauri a loco ubi sepultus fuerat multisque annis reverenter aërat, atque in arca ferrea cum honore reconditum. Reliquiae quoque quas ~~retus~~ pater Benedictus eidem dilecto discipulo suo Mauro, postquam ab eo ~~cessit~~, transmiserat, ibidem intactae et absque macula in buxtula eburnea sunt ~~entae~~, quae usque hodie in hoc Fossatensi coenobio cum magna reverentia ~~servantur~~.

7. Gubernante igitur Francorum regno * Karolo glorioso rege post patris sui gusti Hludovici obitum, barbara natio iniquorum Nortmannorum totam paene ~~llam~~, a suis terminis egressa, rabie ferali per xxx^{ta} annorum spatia depopulus, incendio concremans, vastavit atque praedavit. Andegavensem ergo ~~invas~~ regionem, cunctos atrocitate barbarica a propria pepulit tellure cunctosque ~~lem~~ commorantes pristinis miserabiliter privavit sedibus. Cum autem ~~erabilis~~ Odo abbas coenobio sancti Mauri praeesset et tam validae persecutio-
procella pertonante nullus * ei neque suis fratribus uspiam refugii superesset ~~us~~, consilio accepto, ut vitam cum suis servare posset, accepto corpore sancti ~~ari~~, locum sibi dilectum cum gravi dolore barbaris eos persequentibus relin-
unt atque regnum Burgundiae expetere decernunt.

* sic.

. cod. ullus.

3. In quo itinere licet gravi afficerentur maerore, eo quod a solo proprio fugati ~~eras~~ atque ignotas cogentur expetere regiones, maxima tamen replebantur ~~liti~~, quia meritis sancti viri miraculorum frequentia relevabatur eorum ~~mae~~ia. Nam cum in villa quadam, quae Scameracus dicitur, non paucis diebus ~~rarentur~~, quaedam mulier, quae per quinquennium frequenti vomitu sanguinis ~~rotabat~~, cogente infirmitate, sanctum deprecatura cum ceteris ad locum quo ~~odiebatur~~ advenit. Servi autem Domini, ejus compatientes miseriae, sancta ~~ea~~ celebraverunt mysteria super altare quo sancti viri custodiebatur corpus, solventes postmodum preces psalmorum et letaniarum cum magna devotione. ~~lia~~ autem nocte, omnibus quiescentibus, subito cuncta luminaria ecclesiae ~~arata~~ accensa sunt, ecclesia vero sanctorum virorum albatorum repletur mul-
dine. Mulier autem ibidem quiescens, eorum sonitu excitata, maximo pavore ~~territa~~, putabat se subitanea morte extremum spiritum exhalare. Paulatim ~~o~~ formidine ab ejus mente recedente, quidam ex illis, honorabilior ceteris, ~~ius~~ aliis in candido habitu refulgens, ad illam accessit, atque ut gratias Deo ~~et~~ admonuit, quia meritis et orationibus beati Mauri sanitati erat reddita. ~~e~~ protinus surgens, custodem sancti corporis frequenti voce excitat. Ille vero ~~itus~~ surgit, ardentia luminaria conspicit, odoremque maximum sentit, ac

ceteros hortatur exsurgere. Qui stratis citius exsiliences, ecclesiam intrant, orem suavissimum sentiunt, mirantes gratias Christo reddunt, videntes etiam in mam meritis sancti viri sanitati restitutam. Sequenti etiam nocte, qua sabbat videbatur esse et dies dominica in crastinum praestolabatur, sanctorum angelorum voces Deum laudantium ante sancti Mauri corpus auditae sunt. His et iudiciis omni dubietate fugata credimus a sanctis angelis custodiri et honor corpus beati viri, quocumque loco delatum fuerit.

9. Cum igitur ab eodem loco custodes sancti corporis persecutione saevie fugarentur, in pagum Sagensem sacrum deportantes thesaurum perveniunt, cu urbi sanctus Hildebrannus tunc praeerat episcopus. Et quia cum Karolo rege expeditione adversus Nortmannos erat occupatus, hoc sancti viri corpus susceptus praesens adesse non potuit, sed archidiaconem suae sedis partemque et etiam sancti cleri ad villam quae Merula dicitur misit, quam praedictus rex, s gerente Ebroino Pietavorum episcopo, ipsi beato Mauro olim contulerat. Ibi e cum omni honore et decore ecclesiasticorum ministeriorum in ecclesia Sar Juliani susceptum est corpus beati Mauri religiosoque obsequio custoditum spa unius anni et dimidii. Ubi etiam plura miraculorum opera per sanctum vir Christus operari dignatus est : nam multi infirmi, caeci, surdi, claudi quoque diversis oppressi languoribus, sanitatem recipere meruerunt.

10. Cum autem ibidem crebris et improvisis deterrentur paganorum adversitatibus, deportatum est atque collocatum cum digno honore in fundo Audo comitis citra fluvium Ararim anno incarnati verbi ~~deccc~~^{xxxiii} indictione ~~x~~ⁱⁱⁱⁱ ubi per tres semiannos omni diligentia custoditum fuit. Quod dum ibidem multum tempus conservaretur, assidua frequentatione circumquaque degenti coepit venerari et excoli. Primo enim anno adventus sui ad eundem locum multum claruit virtutibus : inter quas sedecim viri, quorum plurimi caeci, aliquanti claudi, quidam surdi, alii vero muti fuerunt, qui omnes ad laudem nominis Christi sanitati sunt redditi.

11. Postquam ergo multis diebus illuc decenter conservatum fuit, et jam di pestifera natio igne ferroque cuncta terrarum loca persequendo devastaret, p venit ad aures serenissimi Francorum regis Karoli corpus gloriosi confesso Christi Mauri a proprio coenobio tali persecutione urgente expulsum fore atque per exterarum regionum patrias fugiendo discurrere. His denique auditis re reudus princeps, et quod multa miraculorum sublimitate Christo annuente s etus vir praedicaretur resplendere, praecepit eum cum magna honoris gloria coenobio Fossatensi deferri, ut ibi perpetuo fidelium Christi monachorum as dnis veneraretur servitiis. Jussit quoque episcopum Parisiae urbis ibidem ad nire eum sibi subjecto clericorum agmine et cum multa populi numerosita Quod venerandus praesul audiens, grates innumeras Christo cum universo popo refert quod tale tantumque thesaurum suis diebus Dominus ad illuminatione totius Galliae mittere dignabatur. Monitis ergo gloriosi regis studens non segn videri executor, collectis religiosis canonicis et nobilibus plebeiorum utriusq

sexus et aetatis non minimam multitudinem, catervam quoque venerabilium monachorum, ad suscipiendum venerabilem thesaurum in loco jam dicto advenit. Cumque venerabilis Odo abbas ceterique bajuli sancti corporis ad desideratum diutius pervenissent locum, in ecclesiam sanctae Dei genitricis semperque virginis Mariae, quae cunctis ad monasterium venire cupientibus habetur pervia, humiliter introeunt et sanctum corpus ibidem orationis gratia deponunt. Sanctus autem pontifex Aeneas suscipiens illud propriis imposuit humeris, et cum multitudine venerabilium monachorum et numerositate plurimorum suae sedis canonicorum atque magna multitudine plebis, quae cum magna alacritate magnoque gaudio undequaque convenerat, in majori ecclesia sanctae genitricis Christi Mariae sanctique Petri apostolorum principis, ubi venerabiles coenobitae nocte dieque Domino devote famulabantur, reverenter deportavit, cunctis qui aderant voce excelsa Deum laudantibus, benedicientibus atque glorificantibus, anno incarnati Verbi dccc^{mo}lxx^{mo}viii^o, indictione prima, tertia decima die mensis novembris, atque festivo satis obsequio sollemni sanctae devotionis studio in arca ferrea ad hoc ipsum praeparata recondidit officio.

13. Sequenti autem anno clementissimus rex Karolus, dum a partibus Burgundiae reverteretur, dignatus est ad hoc Fossatense coenobium, quod valde diligebat et quod multis donis ac sigillis auctoritate regalis edicti clementer exaltaverat, gratia Dei cor ejus inspirante accedere et sancti viri intercessionem summa mentis devotione deprecari anno regni sui xx^{mo}viii^{mo}, quinta die mensis februarii. Peractis autem his pro quibus advenerat, petita benedictione ante sancti Mauri corpus, cunctis valedicens fratribus, cum eorum licentia ad propria reversus est, laudans et benedicens Deum. Qui ut non in vanum videretur praesentiam corporis sancti viri adisse, non multis evolutis diebus transmisit dilecto domino suo Mauro duo pretiosa pallia, ut sanctum ejus corpus in diebus processionum et festivitatum decenter honoraretur atque ut ejus intercessione remunerationem perennis vitae aeternaliter a Domino percipere mereretur.

13. Exultet ergo hodie fidelium caterva Fossatensium monachorum, suscipiens ejus sacros cineres cujus spiritum Christus fecit participem sanctorum angelorum. Gratuletur et gaudeat praesens locus, hodie tam glorioso ditatus munere. Laetetur itaque omnes unanimi mentis puritate, quia venerandus Christi levita Maurus hodie hunc locum suo adventu sive praesentia sui corporis decoravit. Exoretur a nobis pura cordis contritione, ut quos gratulantes facit sui corporis susceptione, jucundos faciat in fine sua defensione, sociosque nos sibi adsciscat sua sancta intercessione.

14. Dies autem susceptionis corporis venerandi confessoris Christi Mauri annuatim cum magna honoris gloria sollemniter celebratus est a die adventus sui in eodem loco usque ad tempus quo haec ipsa ecclesia in honore nominis Domini consecrata est. Anno autem incarnati Verbi millesimo xxx^{mo}, indictione iii, dedicata atque benedicta est eadem ecclesia in honore Domini nostri Jesu Christi sive in veneratione gloriosae ejus genitricis et semper virginis Mariae

* sic.

sanctorumque principum apostolorum Petri et Pauli, regente Francorum monarchiam glorioso rege Rotberto anno xxx^{mo} iiii^o, anno vero filii ejus Heinrici iiii^o, ab Imberto venerabili Parisiorum praesule, praesidente in hoc coenobio religioso *sic. leg. jam?* Odone abbate anno xi, a quo tam a praecessore ipsius eodem nomine vocitato (1) a fundamentis coepta atque honestissima aedificatione et decore ad finem usque perducta est. Hunc ergo diem duplici veneratione sollemnem summa cordis devotione celebremus, talesque nos in ea exhibere studeamus ut regi superno placere valeamus et ut ipse in hoc venerabili templo, hoc est in nobis ipsis, quia templum Domini, ut testatur apostolus, sanctum est, quod nos esse oportet, venire et inhabitare in perpetuum et in eo visitationem sanctorum angelorum frequenter mittere dignetur, ut nostrum servitium ipsi semper gratum efficiatur et ab illis ei digne representetur ipsosque mereamur in finem vitae habere consolatores et defensores quos in caelis desideramus habere intercessores atque consortes. *sic.* auxiliante ipso Domino nostro Jesu Christo viventi et regnanti cum Deo Patre sanctoque Flamine in unitate et trinitate perenni per cuncta saeculorum saecula. Amen.

CLXXXIX. Codex signatus num. 3779.

Olim Cluniacensis (?), deinde Thuaneus, deinde Colbertinus 612, postea Regius C. 3759. 6.

Foliorum 220, med. (0^m.30×0.25), columnis binis, exaratus saec. X.

1^o Passio sanctae Eugeni[ae] virginis et martyris. quod est octavo kal. januarii (fol. 11^v-22^v).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 605-20.

2^o Passio sanctae Anastasiae et sancti Grisogoni, Agapae, Chioniae, et Irenes, Theodotae cum tribus filiis et Eutyciani viri, cum mulieribus cclxx. absque infantibus (fol. 22^v-33^r).

Prima pars hujus Passionis edita est apud Mombrinium, tom. I; altera *Bibl. Casin.*, tom. III, Florileg. p. 179-84.

3^o Actus sancti Johannis apostoli et evangelistae (fol. 35^r-47^v).

(1) Hinc jam constat duos abbates Odonis nomine appellatos coenobio Fossatensi ex ordine praefuisse saeculo XI, ut recte indicarunt Sammarthani in sua *Gallia Christiana*, tom. IV (Paris., 1656), p. 628, non admiserunt vero recentiores *Galliae Christianae* compilatores (tom. VII, p. 290 B).

Liber v *Hist. Apost.*, ed. apud Fabricium. Om. num. 1 et pro initio num. 2 ita cod. : *Tempore illo sancti apostoli Domini et Salvatoris nostri ceterique discipuli ad praedicandum verbum Dei per singulas quasque orbis terrae provincias diriguntur. Jacobus vero et Johannes frater ejus cum in Judaea circumeuntes praedicarent verbum Dei, Jacobus ab Herode comprehensus capite plexus est. Johannes vero frater ejus sub Domitiano imperatore apud urbem Ephesum a proconsule comprehensus ammonebatur ut juxta edictum imperatoris....*

4° Actus sancti Silvestri episcopi urbis Romae, II kal. januarii (fol. 48^v-66^r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II. Pars prior additamenta habet quae notata sunt in cod. Bruxellensi 64 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 5-7).

5° Amphiloerii episcopi Iconii in vita et miraculis sancti patris nostri Basilii archiepiscopi Cappadociae (fol. 66^r-82^r).

Versio stilo diversa Vitae ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Jun., tom. II, p. 938-87.

6° Passio beati Felicis presbyteri Nolani mense januarii (1), XVIII [kal.] februarii (fol. 84^v-86^r).

Passio S. Felicis presbyteri Romani, ed. *ibid.*, ad d. 14 Jan., tom. I, p. 980-81.

7° Passio sancti Marcelli papae et martyris, XVII kal. februarii (fol. 86^r-90^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p. 5-9.

8° Passio sanctorum geminorum Speusippi, Eleusippi, et Meleusippi, Leonillae et Ionillae et Neonis sub Aureliano (fol. 90^v-96^v).

Auctore Warnahario, ed. *ibid.*, ad d. 17 Jan., p. 78-80.

9° Passio sancti ac beatissimi Sebastiani martyris et comitum ejus, XVIII kal. februarii (fol. 96^v-116^r).

Auctore S. Ambrosio, ed. *ibid.*, ad d. 20 Jan., p. 265-78.

10° Passio sanctae Agnetis virginis (fol. 116^r-120^v).

Auctore S. Ambrosio, ed. *ibid.*, ad d. 21 Jan., p. 331-34.

11° Passio beati Vincentii levitae et martyris, quae est XI kal. februarii (fol. 121^v-127^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 21 Jan., p. 394-98.

(1) Voces mense jan. deletae sunt, et manu recenti superscriptum quae est nono kal.

12° Passio septem fratrum (fol. 130^v-131^r).Ed. *ibid.*, ad d. 10 Jul., tom. III, p. 12-13.**13° Relatio vitae et miraculorum domni ac beatissimi Lupi Cabilonensis episcopi, cujus transitus gloriosus celebratur sexto kalendas februarii (fol. 131^v-135^v).**Ed. *ibid.*, ad d. 27 Jan., tom. II, p. 777-79.**14° Vita sanctae Paulae edita a sancto Hieronymo presbytero, quod est septimo kalendas februarii (fol. 135^v-149^v).**

S. Hieronymi Epist. 108, ed. P. L., tom. XXII, p. 878-906.

15° Passio beatæ Agathæ virginis et martyris (fol. 150^v-153^v).Ed. *Act. SS.*, ad d. 5 Febr., tom. I, p. 615-18.**16° Vita sancti Ambrosii episcopi : quod est pridie nonas aprilis (fol. 153^v-165^r).**

Auctore Paulino, ed. P. L., tom. XIV, p. 27-46.

17° Passio sancti Marci evangelistæ, quod est VII kal. maii (fol. 165^r-167^v).Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 April., tom. III, p. 347-49, sub titulo *Apostolatus Alexandrinus*. Praemissus est hic prologus :

Marcus, evangelista Dei et Petri in baptisate filius atque in divino sermone discipulus, sacerdotium in Israel agens secundum carnem levita, conversus ad fidem Christi, evangelium in Italia scripsit, ostendens in eo quid et generi suo deberet et Christo. Nam initium principii in voce propheticae exclamationis instituens, ordinem leviticae electionis ostendit, ut praedicans praedestinatum Johannem filium Zachariae in voce angeli adnuntiantis emissum, non solum [quod] Verbum caro factum est, sed corpus Domini in omnia per verbum divinum vocis animatum, in initio evangelicae praedicationis ostenderet; ut qui haec legens sciret cui initium carnis in Domino et Jesu advenientis habitaculum caro deberet agnoscere atque in se verbum vocis quod consonantibus perdiderat inveniret. Denique et [cum] perfecti evangelii opus intrasset a baptisma Domini, Deum praedicare incohans, non laboravit natiuitatem carnis, quam in prioribus viderat, dicere, sed totius exprimens expositionem, deserti jejuniium numeri, tentationem diaboli, congregationem bestiarum et ministerium protulit angelorum : ut instituens nos ad intellegendum, singula in brevi compingens, nec auctoritatem factae

* *cod. degeneri.*

* *cod. singuli.*

*rei demeret * et perficiendi operis ** plenitudinem non negaret. Denique * (r. d.) cod amputasse sibi post fidem pollicem dicitur, ut sacerdotio reprobis habe- redemeret. retur. Sed tantum consentiens fidei praedestinata potuit electio ut nec ** cod. operi sic in opere verbi perderet quod prius meruerat in genere. Nam Alexandriae episcopus fuit. Cujus per singula opus scire et evangelii in se dicta disponere et disciplinam in se legis agnoscere et divinam in carne Domini intellegere naturam, quae in nos primum requiri, dehinc inquisita volumus agnoscere, habentes mercedem exhortationis, quoniam qui plantat et qui rigat unum sunt, qui autem incrementum praestat Deus est. Hic autem evangelista et Petri apostolorum principis discipulus et, ut superius dictum est, in baptismo filius, totam Istriam evangelii sui rivulis irrigavit et omnes ad Christum convertit, atque in Aquileia, quae illius provinciae caput est, sanctum Ermagorem summum constituit patriarcham. Quibus rite peractis, ut Domini sui commendatum duplicaret talentum, revelante sibi superna gratia, reversus est ad Aegyptum. Qua ex re nostra narratio ut parvo terminetur eloquio, ad ejus narrandam passionem nostrae parvitatibus vertamus stilum.*

18° De sancto Jacobo apostolo (fol. 167^v-169^v).

Pars libri vi *Hist. Apost.* (ap. Fabricium), scilicet num. 2-6.

19° De sancto Philippo apostolo (fol. 169^v-170^v).

Libri x *Hist. Apost.*, num. 2-4.

20° Inventio sanctae crucis (fol. 170^v-175^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Maii, tom. I, p. 443-48.

21° Passio sancti Alexandri papae, et Eventii et Theoduli presbyterorum, et sancti Hermetis, v nonas maii (fol. 175^v-180^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 3 Maii, p. 371-73.

22° Conversio et passio sancti Gordiani, vi idus mai (fol. 180^v-182^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 10 Maii, tom. II, p. 532-53.

23° Actus vel passio sanctorum fratrum Nerei et Achillei cum aliis multis, iii idus mai (fol. 182^r-187^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 12 Maii, tom. III, p. 6 sqq., scilicet num. 1-14 ac prima phrasis num. 13.

24° Obitus Petronillae et passio Feliculae, quae est pridie kal. junii (fol. 187^r-190^r).

Reliqua pars ejusdem Passionis.

25° Eodem die passio sancti Pancratii martyris (fol. 190^r-191^r).

Haec Passio magnam affinitatem habet cum Passione edita *Act. SS.*, ad d. 12 Maii, tom. III, p. 21. Sed pro num. 1 ita paulo fusius et magis perspicue cod. :

*Temporibus Diocletiani et Maximiani nequissimorum principum, cum esset persecutio et omnes christiani apprehensi et variis suppliciis afflicti, atque contradicentibus gloriosa passionis inferretur mors, in illo tempore in civitate Phrygia erat vir ex resistantibus * nobilissimus, nomine Clemonius, cum uxore Quiriaca, et ipsa nobilissimis orta natalibus, et erat illis filius nomine Pancratius. Quem cum illi liberaliter edocuisset, pro eo quod esset unicus, dulcissimum sibi heredem adoptabant; et quia erant christiani, etiam Christi heredem fieri cupiebant. Et dum his diebus in operibus Domini delectarentur, et secundum praeceptum ejus ex bonis quae illis erant pauperibus erogarent, praedicta Quiriaca defuncta est. Tunc Clemonius vehementius coepit insistere elemosynis et illuc transferre possessiones terrenas ubi nullus calumniator insidians inrumpere posset. Nec post multum temporis Clemonius aegrotare coepit. Vocavit ad se fratrem suum, nomine Dionysium et commendavit ei filium suum cum omni possessione sua. Quem juramentis ineffabilibus constrinxit ut omne patrimonium, sive ibi sive in urbe Roma quicquid possidere videbantur, nullum detestabili cupiditate invadi permitteret et ut dignus frater fratris filium tueretur.*

Deinde, praetermisso num. 2, sequuntur ea quae leguntur in Vita edita numm. 3 et 4.

26° Passio Donatiani et Rogatiani martyrum, quae est viii kal. junii (fol. 191^r-193^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Maii, tom. V, p. 280-81.

27° Passio sanctorum martyrum Petri et Marcelliani, quae est iii nonas junii (fol. 193^r-196^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 2 Jun., tom. I, p. 171-73. Om. ultima phrasis numeri 14 (*Quorum...*)

28° Vita sancti Medardi, sexto idus junii (fol. 196^r-198^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 8 Jun., tom. II, p. 79-81. In fine subjuncta est haec nota: *Fortunatus presbyter composuit haec, vitam vel actus Medardi episcopi.*

29° Item (fol. 198^v-200^r).

Vita metrica, auctore Venantio Fortunato, ed. *ibid.*, p. 78-79.

* *cod.*
Felian.

30° Passio sanctorum Primi et Feliciani *, Viti et Mo-

desti, Luciae et Geminiani, et aliorum (fol. 200^r-202^v).

Sub hac rubrica paucis contracta fuerunt quae relata sunt in Passionibus *a*) sanctorum Luciae et Geminiani; *b*) Viti pueri Lucani; *c*) sanctorum Primi et Feliciani.

31° Tractatus beati Ambrosii de sanctis Protasio et Gervasio (fol. 202^v-205^v).

S. Ambrosii Epist. 22, ed. P. L., tom. XVI, p. 1010-26.

32° Passio sanctorum martyrum Gervasii et Protasii, sub die XIII kal. julii (fol. 205^v-207^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Jun., tom. III, p. 821 sqq., num. 17-23.

33° Passio sanctorum Johannis et Pauli, quod est VI kal. julii (fol. 209^v-212^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. I, in Actis S. Gallicani.

34° De sancto Petro apostolo, secundum Linum (fol. 212^v-220^r).

Ed. *ibid.* Terminatur in codice sicut *Act. SS.*, tom. V Jun., p. 428.

35° De sancto Paulo (fol. 220^r-222^v).

Liber II *Hist. Apost.*, ap. Fabricium, tom. I, p. 441-56.

36° Passio Processi et Martiniani, sub die VI nonarum julii (fol. 222^v-224^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Jul., tom. I, p. 303-4.

37° Passio sancti Gervasii martyris, quae est pridie nonas julii (fol. 225^v-228^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 6 Jul., tom. II, p. 314-16.

38° Passio sanctorum apostolorum Petri et Pauli, qui passi sunt in urbe Roma sub Nerone imperatore (fol. 228^r-229^v).

Initium epistolae Marcelli, scilicet ea quae edita sunt ap. Fabricium, tom. II, p. 632-637 med.

CXC. Codex signatus num. 3783, tom. I.

Olim Colbertinus 192, deinde Regius C. 3596. 10.

Foliorum 173, maj. (0^m,48×0,34), columnis binis, exaratus saec. X.

1° Sermo Augustini episcopi de mirabilibus beati
martyris Stephani (fol. 50^r-52^r).

Ut supra cod. 3777, 1° (p. 238).

2° In [natali] sancti Johannis evangelistae sermo beati
Isidori (fol. 54^v).

Ut ibid., 3°.

* sic. 3° Item historia ecclesiastica relatio de eodem die
sermo beati Johannis episcopi * (fol. 54^v-55^v).

Ut ibid., 4°

4° Item adsumptio beati Johannis apostoli et evange-
listae (fol. 55^v-59^r).

Pseudo-Melitonis liber de actibus Joannis, ed. P. G., tom. V, p. 1239-50.

CXCI. Codex signatus num. 3783, tom. II.

Olim Colbertinus 193, deinde Regius C. 3596. 11.

Foliorum 169 (quae signata sunt numeris 176-344), cetera prorsus similis praecedenti.

1° [Sermo] in inventione sanctae crucis (fol. 201^v-204^v).

Ed. Act. SS., ad d. 4 Maii, tom. I, p. 445-48.

2° Exaltatio ejusdem sanctae crucis (fol. 204^v-206^r).

Ed. ap. Mombritium, tom. I.

3° Vita beati Geraldi [comitis] (fol. 341^r-344^v).

Multo brevior quam Vita edita in Act. SS., ad d. 13 Oct., tom. VI, p. 300 sqq., et ni fallimur, ex eadem in compendium redacta. Abrumpitur med. num. 84 (tom. cit., p. 323) in verbis *omni dolore liberatus incolumis*, post quae sequitur *Explicit vita beati Geraldi*.

CXCII. Codex signatus num. 3784.

Olim Lemovicensis 106, deinde Regius C. 3884. 2.

Foliorum 152, med. (0^m, 53×0,24), partim lineis plenis (fol. 14-42 et fol. 103-130), partim columnis binis (reliqua), exaratus diversis manibus saec. X et XI.

1° [Excerpta ex vitis sanctorum patrum] (fol. 43^r-45^v).

2° [Historia monachorum] (fol. 45^v-46^r).

Initium hujus historiae a Rufino Aquileiensi conscriptae (ed. P. L., tom. XXI, p. 388 sqq.), scilicet prologus et cap. 1 usque ad verba *sed non simili exitu tentationis effuso* (tom. cit., p. 400, lin. 11), quibus subicitur breve compendium narrationis in Rufini libro subsequentis.

3° [Vita S. Hilarionis] (fol. 46^r-54^v).

Ex Hieronymi scriptione (ed. P. L., tom. XXIII, p. 29-34), sed stilo passim mutato.

4° Vita confessoris Amantii Engolismensis, ex antiquitatum grammis decentius sublata (fol. 86^r-86^v et rursus fol. 87^r-92^v) (1).

Ed. *Anal. Bolland.*, tom. VIII.

5° Vita sancti patris nostri Basilii (fol. 92^v-99^v).

Vita S. Amphilochio adscripta, ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Jun., tom. II, p. 338-36, sed secundum aliam versionem.

6° Duodecima lectio in natali S. Eparchii (fol. 99^v-100^r).

Ex Gregorii Turonensis (ut indicatur in prooemio) lib. *De gloria confessorum*, cap. 101. Sequitur (fol. 100^r-101^r) carmen de S. Eparchio et (fol. 101^v-102^r) hymni officii ejus.

7° Vita sancti Brendani abbatis (fol. 103^r-108^v).

Ed. ap Ach. Jubinal, *La légende latine de S. Brendaines*.

8° Gesta Jesu Christi Domini nostri, quae imperator Magnus Theodosius repperit (fol. 108^v-113^r).

Evangelium Nicodemi (pars I et II), ed. ap. Tischendorf, *Evang. apocr.*, p. 333-416, dempto scilicet prooemio *Ego Aenias*... Sequitur iter Volusiani (fol. 113^v-114^r), ed. *ibid.*

9° Sermo sanctae memoriae patris nostri Athanasii patriarchae de imagine Domini nostri Jesu Christi veri Dei aeterni (fol. 114^r-114^v).

Versio latina narrationis editae inter opera dubia S. Athanasii, P. G., tom. XXVIII, p. 803.

10° Vita cujusdam monachi captivi nomine Malchi (fol. 116^r-117^v).

Auctore Hieronymo, ed. P. L., tom. XXIII, p. 53-60.

11° [Excerpta ex vitis Patrum] (fol. 117^v-122^r).

(1) Scilicet fol. 86 admodum minuto caractere descripta est pars Vitae S. Amantii (usque ad num. 6 extr.), quae deinde integra exhibetur fol. 87-92.

CXCIII. Codex signatus num. 3786.

Olim Sancti Mauri Fossatensis, deinde Colbertinus 1015, postea Regius C. 3780. 2.

Foliorum 239, med. (0^m,365×0,255), columnis binis, exaratus maximè ex parte (fol. 1-251) saec. X, reliqua vero adjecta saec. XI (1).

1° Sermo sancti Augustini de miraculis sancti Stephani (fol. 72^r-74^r).

Ut supra, cod. 3777, 1° (p. 238).

2° Ex historia ecclesiastica relatio de beato Johanne (fol. 83^r-84^r).

Ut ibid., 4°.

CXCIV. Codex signatus num. 3788.

Olim Colbertinus 801, deinde Regius C. 3803. 10.

Foliorum 329 (2), maj. (0^m,39×0,27), columnis binis, exaratus saec. XII, praeter folia 40-47, quae ex alio codice huic inserta sunt, descripta saec. XIII. Nonnulla passim folia e codice avulsa sunt.

1° Vita beati et gloriosi confessoris Marculfi abbatis, cujus veneranda festivitas celebratur kalendas maii (fol. 3^v-7^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Maii, tom. I, p. 75-79, multis lectionibus variantibus.

2° Vita sancti Columbani abbatis (fol. 8^r-15^v).

Auctore Jona, ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 5-29. Om. prologus ac passim nonnullae sententiae, et foliis nonnullis avulsis e codice post fol. 15, desiderantur numm. 60, 61.

3° [Ex vita sancti Odonis abbatis Cluniacensis] (fol. 16^r-19^v).

Auctore Joanne ejus discipulo, ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. V, p. 150 sqq. Initio mutila, incipit lib. II, cap. 11 (tom. cit., p. 170) verbis *sub silentio esse studuerit*. Sequuntur deinde ex ordine ejusdem libri capp. 12, 13, 21, 16, 17, 20, 22, 23 (praeter duas primas sententias), lib. III, capp. 1, 6, 11 et 12.

(1) Cfr. L. Delisle, *Cab. des mss.*, tom. II, p. 73 et tom. III, p. 283. — (2) Sen potius 230: nam duo folia eodem numero 77 notata sunt.

Quod mutilum, excisis foliis sequentibus, desinit paulo post med. *dum et Martini celebritas renovatur et Odonis* (tom. cit., p. 186, lin. 1).

4° [De sancta Anastasia] (fol. 20^r-20^v).

Finis Passionis editae *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 179 sqq., scilicet a *Verbis Judaei signa petunt et Graeci sapientiam quaerunt* (tom. cit., p. 183, col. 2, lin. 11).

5° Tractatus de depositione sancti Johannis evangelistae (fol. 20^v-23^r).

Ed. *Bibl. Casin.*, tom. II, Florilegii p. 67 (col. 2)-72. Praetermissa sunt quae in *ed.* leguntur p. 67, col. 2, lin. 3-p. 68, col. 1, lin. 16 a fin., et p. 71, col. 2, p. m. *Constat autem...*- p. 72, col. 1, lin. 3; et contra quaedam addita in fine sermonis apostoli (p. 69, col. 2, lin. 13).

6° Vita beati Silvestri papae (fol. 23^r-39^v).

Ed. ap. Mombritium, tom. II. In fine legitur additamentum ed. *Cat. Brux.*, I, p. 119-20.

7° [De sancta Lucia] (fol. 40^r-40^v).

Fragmentum Passionis editae ap. Surium, ad d. 13 Dec.

8° Passio sanctae Agnetis virginis (fol. 40^v-41^v).

Fragmentum Passionis editae *Act. SS.*, ad d. 21 Jan., tom. II, p. 381 sqq.

9° Passio sanctae Agathae virginis (fol. 41^v-42^v).

Fragmentum Passionis editae *ibid.*, ad d. 5 Febr., tom. I, p. 613 sqq.

10° Sancti Senerici confessoris vita (fol. 42^v-43^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 7 Maii, tom. II, p. 162-63. Abrumpitur paulo post med. *num. 5* in verbis *minime desererent viam*.

11° Passio sanctorum martyrum Johannis et Pauli (fol. 43^r-44^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 26 Jun., tom. V, p. 150-60. Abrumpitur in med. *num. 4 (... inuentum est super terram)*, et desunt quae in Vita edita uncinis inclusa sunt.

12° Passio sancti Laurentii martyris (fol. 44^r-44^v).

Fragmentum Passionis editae ap. Mombritium, tom. II.

13° [De sancto Fulgentio] (fol. 48^r-51^r).

Fragmentum Vitae editae *Act. SS.*, ad d. 1 Jan., tom. I, p. 32-45, scilicet *num. 16 extr.-39* et *num. 70-72*, reliquis omissis.

14° Vita sanctae Genovefae virginis (fol. 51^r-53^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Jan., tom. I, p. 138-43. Cfr. de hoc textu Kohler, *Étude critique sur le texte de la vie latine de Ste Geneviève*, p. xxxix.

15° Vita sancti Simeonis monachi (fol. 53^v-55^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 5 Jan., p. 269-74, stilo paululum diverso.

16° Passio sancti Luciani Belvacensis (fol. 55^v-57^r).

Ed. ibid., ad d. 8 Jan., p. 466-68. Num. 16 contractus est.

17° Passio sanctorum martyrum Juliani et Basilissae virginis (fol. 57^r-64^v).

Ed. ibid., ad d. 9 Jan., p. 573-87.

18° Vita beati Hilarii episcopi (fol. 64^v-67^r).

Liber i Vitae auctore Fortunato, ed. ibid., ad d. 14 Jan., p. 790-93. Inter num. 19 ac 20 inserta est narratio ed. ex cod. Carnotensi 204, *Anal. Boll.*, tom. VIII. p. 187, n. VIII, hujusmodi exordio: *Est tamen dignum juvatque hoc unum tantum referre, quomodo hujus sancti viri anima luminis fulgore migravit excepta. Tantum namque lumen ecclesiae dum infirmando obscurari coepisset, venerabilem virum Leonium ejusdem civitatis presbyterum quadam die...*

19° Gregorius Turonensis de Felice presbytero Nolano (fol. 68^r-68^v).

Ed. ibid., p. 941-42, num. 1-4.

20° Vita sancti Mauri abbatis et levitae (fol. 68^v-77^r).

Auctore Fausto, ed. ibid., ad d. 13 Jan., p. 1039-50.

21° Passio sancti Marcelli papae cum aliis multis (fol. 77^v-78^v).

Ed. ibid., ad d. 16 Jan., tom. II, p. 3-9. Omm. numm. 23, 24.

22° Vita S. Fursei abbatis (fol. 78^v-82^r).

Ed. ibid., p. 36-41. Nonnullae passim sententiae omissae sunt, praesertim sub finem.

23° Passio sanctorum geminorum Speusippi, Eleusippi et Meleusippi (fol. 82^r-85^r).

Auctore Warnahario, ed. ibid., ad d. 17 Jan., p. 76-80. Om. prol.

24° Vita sancti Leobardi reclusi (fol. 85^r-86^r).

Auctore Gregorio Turonensi, ed. ibid., ad d. 18 Jan., p. 198-99.

25° Vita sancti Launomari abbatis (fol. 86^r-90^r).

Ed. ibid., ad d. 19 Jan., p. 250-55.

26° Gesta vel passio sancti Sebastiani et aliorum multorum (fol. 90^r-100^r).

Auctore S. Ambrosio, ed. ibid., ad d. 20 Jan., p. 263-78.

27° Passio sanctae Agnetis virginis (fol. 100^r-102^r).

Auctore S. Ambrosio, ed. ibid., ad d. 21 Jan., p. 351-54.

28° Passio sancti Vincentii levitae et martyris (fol. 102^v-105^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 22 Jan., p. 394-98.

29° Passio sancti Babylae episcopi cum tribus pueris (fol. 106^v-108^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 24 Jan., p. 371-73.

30° Vita vel passio sancti Praejecti episcopi et Marini abbatis (fol. 108^r-110^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 23 Jan., p. 633-36.

31° Vita sancti Juliani Cenomannensis episcopi (fol. 110^v-114^v).

Auctore Lethaldo, ed. *ibid.*, ad d. 27 Jan., p. 762-67.

32° Vita sanctae Paulae a beato Hieronymo presbytero descripta (fol. 114^v-122^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 26 Jan., p. 712-22.

33° Vita sancti Johannis Constantinopolitani episcopi (fol. 122^r-127^v).

Ex Cassiodori *Hist. Trip.*, scilicet lib. x, cap. 1-26 (P. L., tom. LXIX, p. 1163-83).

34° Passio sancti Ignatii Antiochensis episcopi (fol. 127^v-130^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Febr., tom. I, p. 29-33. Post num. 19 inserta sunt quae a beato martyre refert Eusebius Caesariensis *Hist. Eccl.*, lib. III, cap. 36.

35° Vita sanctae Brigidae virginis (fol. 130^v-132^v).

Auctore Cogitoso, ed. *ibid.*, p. 133-41. Praetermissa sunt subinde nonnullae sententiae et numm. 11-13, 18-22, 24, 25, 27 et sqq., praeter primam sententiam et num. 34 et posteriorem partem num. 39 (*Et quis...*).

36° Epistola sancti Cypriani ad populum de Celerino lectore (fol. 132^v-133^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 3 Febr., p. 324-25, num. 19-23.

37° Passio sancti Tryphonis martyris (fol. 133^r-136^r).

Diversa ab edita ap. Simeonem Metaphrasten ad d. 2 Febr. Vid. Append.

38° Passio sancti Phileae episcopi et martyris (fol. 136^r-139^v).

Eusebii Caesariensis *Hist. Eccl.*, lib. VIII, capp. 1-4, 6, 7, 9, 10, interprete Rufino (ed. Romae 1741, tom. I, p. 461 sqq.), paucis subinde praetermissis; quibus subijuncta sunt quaedam ex Actis ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Febr., tom. I, p. 463-64, scilicet num. 5-10.

39° Passio sanctae Agathae virginis et martyris (fol. 139^v-141^v).

Haud multo absimilis ab ea quae ex Mombratio edita est *Act. SS.*, ad d. 5 Febr., tom. I, p. 613-20.

40° Vita sancti Amandi episcopi et confessoris (fol. 141^v-145^r).

Auctore Baudemundo, ed. *ibid.*, ad d. 6 Febr., p. 848-54.

41° Vita sancti Vedasti episcopi (fol. 145^r-148^v).

Auctore Alcuino, ed. *ibid.*, p. 794-99. Explicit sicut indicatum est *ibid.*, annot. d, p. 799.

42° Relatio in vita sancti Severini abbatis (fol. 149^r-151^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 11 Febr., tom. II, p. 547-51. Omm. numm. 18, 19.

43° Beatus Gregorius in libro dialogorum de sancta Scolastica (fol. 151^r-152^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 10 Febr., p. 401-2.

44° Vita sanctae Euphrasiae virginis (fol. 152^r-158^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Mart., tom. II, p. 265-74.

45° Passio sancti Valentini martyris cum aliis pluribus (fol. 158^r-159^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Jan., tom. II, p. 216-19 (scilicet *Acta SS. Marii et soc.*) Om. num. 16-19.

46° Passio beatae Julianae virginis (fol. 159^v-162^r).

Paulo contractior ea quae edita est *Act. SS.*, ad d. 16 Febr., tom. II, p. 875-77.

47° Vita sancti Alexandri episcopi Alexandrini (fol. 165^r-171^v).

Ex Cassiodori *Hist. Trip.*, scilicet lib. I, cap. 12-18 et lib. II, cap. 1-13 (P. L., tom. LXIX, p. 901-53).

48° Vita sancti Albini Andegavensis episcopi (fol. 171^v-173^v).

Auctore Fortunato, ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Mart., tom. I, p. 57-60. Om. prol.

49° Passio sancti Focae episcopi et martyris (fol. 173^v-176^v).

Ed. ap. Mombratium, tom. II.

50° Passio sanctorum martyrum Satyri, Saturnini et Revocati, Perpetuae et Felicitatis (fol. 176^v-177^v).

Cat. Brux., tom. I, p. 158-61.

51° Vita beati Gregorii papae (fol. 177^v-179^v).

Act. SS., ad d. 12 Mart., tom. II, p. 130-37 In fine mutila, foliis nonnullis ; desideratur scilicet major pars numeri 14 cum sequentibus.

52° [De sancta Theodosia virgine et martyre] (fol. 189^r-192^r).

tracta ex Passione ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 164-78.

53° [Passio sancti Torpetis martyris] (fol. 197^r).

mutata, foliis avulsis. Leguntur tantummodo ultimae sex lineae illius, ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Maii, tom. IV, p. 3.

54° Vita sancti Turibii Cenomannensis episcopi secundi (fol. 197^r-198^v).

Act. SS., ad d. 16 April., tom. II, p. 418-20. Quaedam sententiae passim missae sunt, et in fine series narrationis paululum immutata.

55° Passio sanctarum virginum Chioniae, Irenae et Agapae (fol. 198^v-200^r).

pars passionis S. Chrysogoni, ed. ap. Mombrinium, tom. I.

56° Vita sancti Nicetii Lugdunensis archiepiscopi (fol. 200^r-202^v).

lore Gregorio Turonensi, ed. *Act. SS.*, ad d. 2 April., tom. I, p. 96-100, lectionibus variantibus.

57° Vita beati Richarii confessoris (fol. 202^v-204^v).

lore Alcuino, ed. *ibid.*, ad d. 26 Aprilis, tom. III, p. 442-47. Om. prol. ac . 16, 17.

58° Vita beati Athanasii Alexandrini episcopi (fol. 204^v-212^v).

misso fere integro capite 14 libri x *Historiae Ecclesiasticae* Eusebii iensis interprete Rufino (Romae, 1741, tom. II, p. 33-35), sequitur historia nasii concinnata ex iis quae passim de eo narrata sunt in Cassiodori *Hist. Tripartita*, insertis etiam multis tum ipsius sancti doctoris, tum Romapontificum epistolis.

59° [Sulpicii Severi de S. Martino dialogi] (fol. 213^r-222^v).

sis foliis, pauca supersunt ex libro I.

60° Sermo Gregorii Turonensis de transitu sancti Martini (fol. 222^v-223^r).

. *Franc.*, lib. I, cap. 43.

61° Item Gregorius Turonensis de virtutibus et
culis sancti Martini (fol. 223^r-226^v).

De miraculis sancti Martini, lib. I, capp. 4-6 11, 12, 29; lib. III, c. lib. II, cap. 42; lib. III, cap. 8. Subjungitur miraculum liberationis Turonum a Normannorum ope reliquiarum *S. Martini* a clero ad portam civitatis alle scilicet libelli Radbodi, ed. *Mon. Germ.*, tom. XV, p. 1240-42, cap. 4-6.

62° Homelia magistri Albini de miraculis beati
tini episcopi (fol. 226^v-227^v).

Ed. P. L., tom. CI, p. 657-64.

63° Versus in foribus cellulae beati Martini (fol. 63^r).

Ed. ap. Le Blant, *Inscriptions chrétiennes de la Gaule*, tom. I, p. 22.

64° Item versus circa tumulum beati Martini
228^r).

Ed. *ibid.*, p. 241.

65° Vita sancti Briccii episcopi (fol. 228^r-228^v).

Gregorii Turonensis *Hist. Franc.*, lib. II, cap. 1. Subsequitur conti
Incipit prologus in vita sancti Columbani abbatis, et probabile v
culpa compactoris factum esse ut quaterniones quibus continetur Vita ipse
codicis positi fuerint (supra p. 278, 2°).

66° [De sancto Nicolao] (fol. 229^r-229^v).

Miracula duo, quorum alterum (cujus ultima tantum pars in cod. red
editum est ap. Carminium Falconium, p. 124-25, num. XXI, alterum *Anal.*
tom. II, p. 153-56.

Appendix ad cod. 3788.

VITA S. TRYPHONIS (Cfr. supra, p. 281, 37°).

Incipit passio sancti Tryphonis martyris.

1. Sanctus Dei Tryphon [natus] erat in Sansadocume, ubi et corona ejus
dita servatur; caste autem instruebatur a matre sua Eucharía, nutriebe
Spiritu sancto, et factus est annorum quinque. Dum autem luderet cum
infantibus, unus ex ipsis a serpente percussus est, ita ut periclitaretur us
mortem. Cucurrit autem unus ex infantibus et nuntiavit patri ac matri e
cum audissent, ploraverunt, et cum ad eum venissent, graviter lugebant. I
tres horae transissent super luctum parentum, coepit qui fuerat a serpe

us invocare et dicere : *Infans Tryphon, appropinqua, tange me, et sal-*
ero et non moriar : tibi enim dedit Deus gratiam sanitatum. Et cum
 ans diceret haec, convertit se populus et rapuerunt qui vulneratus fuerat ad
 antem Tryphonem, dicentes : *Quia vox quae ab infante audita est mani-*
statio est Dei. Elevat autem puer Tryphon vocem magnam et dicens : *Lumen*
eum Deus, extende manum tuam super vulneratum, et sana eum, ut
ntiqui caput serpentis calcaneo servi tui conteratur. Et statim sanatus
 si puer, et glorificaverunt omnes Deum super facto signo. Erat autem amatus
 ifans Tryphon ab omnibus, ex quo miraculum istud fecit in virtute Domini.
 ulta praeterea Dominus mirabilia per eum operatus est ; quae quia innumera-
 illia sunt, brevitatis causa pauca de multis explicabimus.

2. Cum iter ageret mansione prima ad Pandochium, qui jacebat febricitans,
 ngressus est sanctus Tryphon ad eum et dicit ei : *Homo, convalesce ab aegri-*
tudine tua, et da gloriam Deo. Et statim surgens, coepit alacriter glorificare
 Deum.

3. Advesperascente autem die, cum beatus Tryphon cenaret, subito vox ad eum
 facta est : *Tryphon, puer meus, vade in Caesaream : est ibi quidam qui*
infestatur ab spiritu maligno ; quem cum sanaveris, facies ut sequatur
te, et ostendes ei temetipsum formam bonorum operum. Quo audito omnes
 qui cum Pandachio erant pavefacti sunt. Cumque infans Tryphon gustasset, vide-
 batur a circumstantibus tenere codicem ; qui litteras nesciens, ab Spiritu sancto
 instruebatur ad legendum, quippe corporis oculos cordis oculo praecedente.
 Cumque dies illucesceret, ambulaverunt in Caesaream. Qui cum proficiscerentur,
 circa horam sextam posuerunt genua ut orarent. Orantibus vero illis, subito
 aper de silva exilivit, fatigatus a canibus. Cum vidisset autem mercator aprum
 eum magno impetu appropinquantem, exclamavit dixitque : *Serve Christi*
Tryphon, ora, ne pereamus. Qui mox oravit, dicens : *Domine Deus, rex*
glorioso, qui per Spiritum sanctum sperantibus in te praestas quod
postulant, extende manum tuam, et a servis tuis averte inimicum. Et
 cum haec dixisset, exultans in Spiritu sancto, dixit ad aprum : *Vade unde*
venisti. Et statim aper cursu rapido in opacam silvam secessit.

4. Facto autem modico intervallo, quidam vir factus est ei obviam, habens
 spiritum immundum, qui frequenter eum in fluviis projectum illidebat. Is cum
 venisset, dicebat : *Sancte Dei Tryphon, libera me ab infestatione diaboli.*
 Ipse vero, erigens oculos ad caelum, dixit : *Christe, Dei splendor, qui lumen*
es inextinguibile, per gloriosum nomen tuum effuga serpentem temeri-
tatis auctorem. Statimque sanus factus est homo, et ambulat cum sancto Try-
 phone gaudens et glorificans Deum.

5. Erat autem in Caesarea homo quidam, nomine Antonius, habens spiritum
 mundum, de quo sanctus Tryphon vocem acceperat ut sanaret eum. Is prae-
 avatus ab impositione vinculorum dicebat : *Serve Dei Tryphon, salva me.* Et
 tendens manum, commovit spiritum, dicens : *Tibi dico, spiritus maligne,*

spiritus sine stabilitate, egredere cito de tabernaculo hominis hujus, qui habes haereditatem ignem gehennae qui numquam extinguitur. Et continuo egressus est immundus spiritus ab homine cum stridore magno, et surgens homo secutus est sanctum Tryphonem.

6. Lucius vero quidam gentilis, praeses constitutus, cum audisset tanta miracula fieri a sancto Tryphone, jussit quibusdam militibus vocare eum. Cognovit autem sanctus Tryphon cogitationem praesidis, et occurrens eis qui erant destinati ad eum, dixit : *Quid est quod venitis ad me?* Illi autem dixerunt : *Domine, praeses misit nos; vult enim te videre.* Quibus ille ait : *Et hoc jam cognovi a Deo meo; tamen euntes nuntiate domino vestro ante ostia stare me.* Quod cum nuntiassent praesidi, egressus foras, dixit ei : *Bene venisti, serve Dei.* Cui sanctus Tryphon ait : *Gratia Dei mei illuminet animam tuam ad praevidendam quae est in eo notitiam.* Dicit ei praeses : *Dic mihi, homo Dei, parvulo velamine carnis indute, plenam autem sapientiam possidens, unde hoc uteris dono?* Cui beatus Tryphon ait : *Possedit me Christus sibi, ut manifestetur deitatis suae virtus, cujus pietas inaeestimabilis miseretur omnibus malis. Per ipsum haec quae audis de me facio; in ipsum credo, cujus thesauri invisibiles ad videndum, plenissimi vero ad illuminandum sunt; quos numquam amiseris, si eos coeperis possidere.* Praeses vero intendebat in sanctum Tryphonem, dicens : *Credo in Deum qui per te mirabilia magna operari dignatur.* Tunc beatus Tryphon cordis affectum ad Deum erigens, oravit dicens : *Domine Deus, pater Verbi viventis et Sapientiae subsistentis, respice in servum tuum Philiam, ut velamine tenebrarum remoto videat lumen tuum et glorificetur inter gentes copiosa pietas et bonitas tua.* Credit itaque praeses in Dominum Jesum Christum et tota domus ejus. Vespere autem facta, vir Dei Tryphon orabat, et omnes qui ad eum curationis gratia ducebantur cooperante sancto Spiritu sanabat.

7. Erat autem in Caesarea vir quidam habens filiam annorum novem, quae detenta ab immundo spiritu sex annis, pessime elidebatur ab eo. Hujus pater ad beatum Tryphonem veniens, genua illius apprehendit, dicens : *Serve Dei Tryphon, miserere mei, et orans Deum tuum veni et tange filiam meam, solvens eam a doloribus suis et a nexibus sathanae.* Audiens haec sanctus Tryphon, secutus est eum; cumque venisset in domum illius, orationem fudit ad Dominum, dicens : *Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui pro salute nostra de supernis sedibus venire dignatus es, exaudi servum tuum pro famula tua, ne amplius a maligno spiritu crucietur.* Et cum haec dixisset, diabolus cum magno strepitu exivit ab ea, et repleta est gaudio magno domus illa.

8. Recedente autem de loco illo sancto Tryphone et appropinquante ad domum cujusdam hominis, conturbavit spiritus immundus puellam quandam et alligavit eam, ita ut convenientes dicerent : *Quia mortua est.* Et currentes duo pueri nuntiaverunt patri et matri ejus quod mortua esset. Precabatur ergo mater ejus

cum lacrimis sanctum Tryphonem, dicens : *Serve Dei Tryphon, quoniam virtus Dei est in te, miserere mei et ora Deum tuum ut salvet filiam meam.* Sanctus Tryphon dixit : *Si credis in Dominum Jesum Christum, salvabitur filia tua.* Ingressus itaque vir Dei in domum ejus, removit populum, et suspiciens dixit : *Praestitor lucis Deus, qui donas de supernis divitiis caelestium thesaurorum opes quas fures non furentur, et qui coram ades invocantibus te, qui das sapientiam de occultis sapientiae tuae thesauris, libera imaginem hominis quam plasmasti et opera manuum tuarum ne despicias ; resuscita puellam istam, ut videant omnes deitatis tuae virtutem et auxilium, et credant quoniam tu es qui illuminas universos.* Et cum haec dixisset, tenuit puellam et ait : *In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, qui mortuos resuscitavit et in tenebris constitutos illuminavit, exsurge absoluta de vinculis mortis.* Et continuo surrexit puella. Quod videntes qui aderant glorificaverunt Deum, qui per sanctos suos magnalia operatur, et facta est laetitia non modica in populo.

9. Post haec hydropticum quendam obtulerunt ei, qui omnem substantiam suam expendens in medicis, nihil proficiebat. Quem vir sanctus pio misericordiae oculo intuens, ait : *Deus, pater caeli et terrae, qui voluntate tua et bonitate Christi tui aperuisti thesauros aquarum et rivos fluviorum eduixisti, nunc solve rivos valetudinis hominis hujus.* Et conversus ad infirmum, apprehendit manum ejus, et elevans eum, ait : *In virtute Domini nostri Jesu Christi surge, quoniam sanus es.* Qui surgens ab aegritudine sua sanus factus est, et universi qui viderunt gloriam dederunt Deo.

10. Patrato itaque tam grandi miraculo, ecce mulier quaedam venit de eremo, caeca et semiarida : inhabitabant enim eam daemones decem. Quam cum vidisset sanctus Tryphon, pavefactus est et invocavit daemon voce magna sanctum Tryphonem. Cui vir sanctus ait : *Quis es, et unde venisti ?* Respondit daemon : *Ego sum omnium immundorum spirituum caput.* Cui beatus Tryphon ait : *Egredere, immunde spiritus, et noli verbosari* . Daemon igitur de habitaculo suo expulsus, voce magna clamavit dicens : *Romam habeo ambulare propter Tryphonem, ut et ibi adveniat evocatus.* Beatus Tryphon ait : *Et ibi praesens ero, Deo meo volente.* Cumque mulier de potestate immundi spiritus liberata fuisset, sanctus vir, super caput ejus signum crucis faciens, ait : *Mulier, misertus est tui Deus.* Et cum oculos ejus et cetera membra signasset, confestim aperti sunt oculi ejus, et vidit mulier et sanata est in conspectu omnium, virtutem Dei atque potentiam unanimiter collaudantium.

11. Daemon vero statim Romam adiens, habitare coepit in cujusdam Proculi senatoris uxore, graviter eam vexans. E tertia die coepit daemon invocare sanctum Tryphonem. Per dies enim multos quaerentes per singulas civitates et vicos et villas, vix invenerunt beatum Tryphonem in pascua oves pascentem ; et assumptes eum super animal, Romam duxerunt. Cumque appropinquasset infans Tryphon civitati et domui senatoris, coepit daemon dicere : *Venit Tryphon*

• sic.

servus Christi, et quid habeo facere? Et cum in domo fuisset ingressus, egreditur daemon obviam sancto Tryphoni, dicens: *Venisti, serve Dei Tryphon!* Ille respondit: *Inventus es tamquam fugiens longe.* Dixitque daemon: *Num tibi dixi: et Romam habeo ire?* Cui Tryphon respondit: *Putabas quod pigritarer te persequi. Ecce praesens sum, Deo meo comitante: egredere ergo et noli verbosari.* Cui daemon respondit: *Noli irasci; scio enim quod ob hoc venisti ut expellas me.* Tunc spumans et elidens, exivit de muliere. Vocavitque sanctus Tryphon maritum ejus Proculum et dixit ei: *Ecce uxor tua, Deo jubente, sanata est.* Et procidens ad pedes ejus, deprecatus est eum, dicens: *Ora pro me, serve Dei, ut qui misertus est uxori meae, et mihi misereatur.* Sanctus Tryphon dixit ei: *Fiat tibi Christus adjutor.* Et tradidit uxorem suam sanam, et factum est gaudium magnum in domo senatoris. Sanctus autem Tryphon de Roma raptus est a quatuor angelis et reductus est Sansadocume in patriam suam, ubi virtutes ejus et sanitates usque in hodiernum diem adimplentur.

12. Anno autem ducesimo quinto imperii Augusti, imperavit Gordianus Caesar Romae. Hic habuit filiam quandam, cui nomen suum imposuit; et hanc erudit litteris, et fecit in palatio esse; quae cum esset ei unica, diligebat eam valde. Contigit autem vexari eam a spiritu immundo, exclamante et invocante sanctum Tryphonem quendam aucarium (1). Imperatore igitur vehementi dolore consternato, hortati sunt eum consilarii ut ad inquirendum sanctum Tryphonem mitteret, quem solum saepius invocabat. Misit itaque per totum orbem et per universas civitates et agros, et statuit poenam capitalem, nisi citius singularum regionum magistratus requirerent Tryphonem quendam aucarium. His ita actis et universo orbe propter [praeceptum] imperatoris commoto, plures viri, qui hoc nomine vocabantur, comprehensi sunt. Et cum ducerentur ad puellam, nemo eam sanare poterat, quia non erat in ipsis qui ex veritate quaerebatur. Interea Romanae civitatis milites invenerunt beatum Tryphonem Sansadocume, qui juxta lacum pascebat aucas in palude aquarum. Quem interrogaverunt si esset Tryphon qui quaerebatur. Ipse vero confessus est se esse qui quaerebatur. Quem statim equo imponentes, miserunt imperatori. Cumque appropinquaret civitati, clamavit spiritus malignus, dicens: *Non possum habitare in hac puella; adhuc enim tres dies erunt et veniet qui potestatem accepit adversum nos, et calcare scorpiones et disperdere eos.* Et multa clamans immundus spiritus egressus est a puella, et sana facta est. Imperator vero notavit diem in qua filia ejus sanata est. Cumque sanctus Tryphon advenisset post tres dies, agnovit imperator ipsum esse qui filiam ejus curasset. Dixitque illi imperator: *Si tu es qui sanasti puellam, ostende nobis daemonem.* Cum autem jejunaret beatus Tryphon, orabat ad Dominum dicens: *Domine Deus omnipotens, qui verbo virtutis tuae cuncta creasti, caelum solidasti et eum variis sideribus*

(1) Id est anserum custodem. Vid. Du Cange, *Glossar.*

adornasti, Deus, cui omnia elementa deserviunt, supplici prece deosco ut exaudias orationem servi tui, et visibiliter ostendas invisibilem illum serpentem diabolum, qui latenter humano generi insidiatur, et cognoscant omnes gentes quia non est confusio sperantibus in te. Cumque beatus Tryphon orationem complisset, confestim diabolus apparuit in specie canis nigri, caudam habentis demissam deorsum. Quo viso, territus imperator orabat sanctum Tryphonem ut ab ejus conspectu juberet illum discedere. Cui sanctus Tryphon respondit : *Ego petitionibus tuis Deo volente parui, ut diaboli deformem et ravidam cognosceres speciem, et Domini non ignorares virtutem. Nam qui diaboli voluntatem fecerit, cum eodem ignem perpetuum gehennae sustinebit ; qui vero praecepta Dei servaverit, in aeterna beatitudine cum sanctis angelis sine fine gaudebit.* Et ait sanctus Tryphon ad diabolum : *In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, discede a conspectu nostro velociter, et in deserta et arida loca consiste, donec te cum tuis complicibus ignis tartareus exurat.* Cumque sanctus Tryphon haec dixisset, statim diabolus cum ululatu magno discessit. Quod videns imperator et omnis populus qui aderat, cum timore et gaudio magno glorificaverunt Deum, dicentes : *Vere magnus est Deus beati Tryphonis, qui tanta tribuit sperantibus in se.* Post haec vero iterum nocte ab angelis raptus, venit ad Sansadocumen civitatem suam, in qua multas virtutes per eum Dominus demonstrare dignatus est, donec passionis tempus advenit.

13. Mortuo itaque Gordiano Caesare anno vicesimo quinto, imperavit Philippus ; qui cum in praelio fuisset extinctus, successit ejus imperio Decius Caesar, vir crudelissimus. Hic multos Romae per diversa supplicia cruciatos ad negandum Deum compulsi ob sacrificia idolorum. Et non contentus Romae tantum sacrilegia exercere, per orbem terrarum sacrilegas institutiones emisit, ut quicumque Deum ac Dominum nostrum Jesum Christum negare noluisent, diversis cruciatibus punirentur. Judices vero omnium regionum, suscipientes praeceptum imperatoris, prompte implebant quae eis praecepta fuerant. Erant autem illis temporibus praefecti praetorio Orientis Grecchus, Claudianus, Aquilinus ; praefecti vero Occidentis Vulcasius, Petronius, Gratus. Erat autem Romae consul qui contestationes Decii per omnes civitates et provincias destinaverat.

14. Cum haec ita agerentur, perlatum est ad praefectum Orientis, fidelissimum Dei famulum Tryphonem in Sansadocume commanere : neque enim celari poterat gratia Dei, quae per multas provincias plurimis annis patuerat ostensione virtutum. Qui protinus a militibus est comprehensus et a Frontone quodam praeposito pacis Apameorum ; qui ligantes eum duxerunt ad praefectum Aquilinum in Nicaenam civitatem. Cumque ductus fuisset, praefectus in publicis erat necessitatibus occupatus. Alia autem die relatum est praefecto comprehensum esse sanctum Tryphonem ; qui jussit eum intromitti. Cumque introductus fuisset, seriniarius officii dixit : *Praepositus pacis Apameorum, a Sansadocume veniens, Tryphonem exhibuit.* Claudianus vero, Aquilinus et Pompeianus praefecti astantes

sancto Tryphoni dixerunt : *Quod est nomen tuum ?* Qui ait : *Tryphon*. Praefecti dixerunt : *Cujus extas fortunae ? — Fortuna apud christianos non est nec fuit. Si vis autem scire, christianus sum.* Pompeianus scriniarius exclamans ait : *Tryphon se esse christianum confessus est.* Aquilinus praefectus dixit : *Non cognovisti quia Caesar jussit te vivum exuri, nisi sacrificaveris 5 diis ?* Tryphon respondit : *Si dignus sum pro nomine Christi igni subijci, fac quod vis.* Praefectus dixit : *Sacrifica, Tryphon, diis, quoniam video te legitimam gerere aetatem et plenam habere sapientiam.* Sanctus Tryphon respondit : *Integram habeo sapientiam si ex pleno Christum Deum verum esse confessus fuero et absque negatione ejus quae in me est fidem cus- 10 todivero.* Praefectus dixit : *Antequam igni tradaris, fac praeceptum imperatoris.* Sanctus Tryphon respondit : *Ignem mihi minaris, cujus finis est cinis ; credo autem Deo meo ferventes futuros vobis ignes, et similes vos fieri cineri qui ab igne egreditur.*

15. Haec audiens praefectus, jussit eum, si non oboedierit constitutioni impe- 15 ratoris, suspensum unulari. Ipse quoque Tryphon sponte exuens indumentum, et proiciens super terram, cum gaudio offerebat semetipsum ut suspenderetur pro nomine Christi. Dixit autem praefectus quaestionariis : *Afferte et tangite stultitiam insipientiae ejus et coercete.* Cum autem ungularetur, nulla vox de ore ejus egrediebatur, nam immobilem habebat cogitationem. Dixit iterum illi 20 praefectus : *Non potest vivere qui non adquiescit praeceptis principum.* Sanctus Tryphon respondit : *Qui postposito Christi mandato terrenis oboedit principibus, sine dubio mortem consequetur aeternam ; qui vero in Dominum Jesum Christum fideliter firmiterque crediderit, vita immor- 25 tali sine fine perfruetur.* Dicit ei Aquilinus : *In perditionem te ire non persuadeo, sed ad vitam, si sacrificaveris diis. Nam si nolueris, a bestiis te consumi faciam, si ignem contempnas.* Beatus Tryphon respondit : *Ignem mihi minaris, qui modicum ardens postmodum extinguitur. Bestiarum iras minaris, quae invisibili virtute a Deo meo confundentur. Ignorantes autem perpetuae poenae ignem qui vobis servatur invenietis, qui 30 transgredimini mandatum Dei mei.* Haec Aquilinus audiens, ira commotus jussit eum in carcerem trudi et ait : *Juro per omnes deos quia, nisi diis sacrificaveris, pessimis injuriis et inauditis tormentis corpus tuum faciam consumi.*

16. His dictis, egressus est praefectus ad ceteras civitates, ut circumiret quas- 35 dam regiones. Post aliquantos autem dies advenit in Nicaenam metropolim, et iterum oblatus est ei beatissimus Tryphon. Et dixit [ad] eum praefectus : *Miserere tibi met, Tryphon, et sacrifica diis immortalibus.* Sanctus Tryphon respondit : *Ego mihi ipsi misereor parcens, ut non derelinquam caeli et ter- 40 rae et totius humani generis conditorem, qui venturus est judicare uni- [us]cujusque actus et conversationem.* Tunc jussit praefectus deferri fixorios (1).

(1) Id est clavos. Vid. Du Cange, *Glossar*.

et infligi in pedibus ejus, et sic per mediam civitatem per glacies et nives deduci. Sed neque hoc modo praevaluit adversus servum Christi diabolus; videbat enim oculis cordis exspectantem Dominum et promittentem se daturum aeternae beatitudinis honorem, quem nec oculus vidit nec auris audivit nec mens hominis
 5 capere potuit. Praeses dixit: *Necdum sensisti tormenta?* Tryphon respondit: *Omnino non sensi quod infixi sunt clavi in pedibus meis.* Mirante vero praefecto tantam viri constantiam et cogitante majora tormenta quae non posset contemnere, suggestum est ei ut faceret eum a quaestionariis fustibus caedi. Cumque caedentes fatigarentur, nec possent eum aliquo modo a proposito revo-
 10 care, jussit praefectus lampades ejus apponi lateribus. Quaestionarii autem praefecti jussa facientes, viderunt quasi splendorem solis lumen circumlustrans eum, et coronam variis lapidibus exornatam super caput ejus. Qui nimio timore perterriti, stupefacti corruerunt in terram. Extendente igitur beato martyre manum ad caelum et dicente: *Domine, in cujus conspectu sto, non praevaleat, obsecro,*
 15 *adversum me ars diaboli, sed concede ut per praesentis supplicii cruciatus perpetuas possim poenas evadere.* Praefectus iterum dixit: *Paenitere jam, Tryphon, tantae tuae temeritatis.* Sanctus martyr respondit: *Incassum laboras, Aquiline: impossibile est quod suades. Semel audisti quoniam Deum vivum factorem caeli et terrae timeo, in cujus manibus*
 20 *est spiritus omnium. Ejus praeceptis obaudio, homines vero non timeo, neque poenas quae ab eis inferuntur formido.* Haec audiens praefectus: jussit sterni sibi pro tribunal in sedibus fori, ut sedens puniret eum.

17. Alio itaque die, cum sederet pro tribunali, dixit: *Audi, Tryphon, praeceptum imperatoris.* Sanctus Tryphon respondit: *Jam frequenter audisti*
 25 *me dicentem quia unum Deum colo, hominem autem non obaudio, qui ad perditionem trahit oboedientes sibi.* Aquilinus praefectus ira commotus ait: *Caedatur plumbis diversisque tormentis consumatur corpus ejus.* Cumque fuisset caesus, nec adversus eum praevalerent tormenta, praefectus iterum ait: *Sacrifica imagini Decii Caesaris, et jura per Jovem, non te esse christi-*
 30 *anum, et liber abscedis.* Sanctus Tryphon respondit: *Terreni regis praecepta spernere non erubesco, ut aeterno regi paream; imagini tamen hominis non sacrifico, quae variis artificum pigmentis disposita est. De juramento autem in lege Dei ita scriptum est: Nolite jurare in nominibus deorum alienorum, qui vobis prodesse non possunt; sed jurate in*
 35 *nomine Domini dicentes: Sit nomen Domini benedictum in saecula. Dii autem vestri daemonia sunt, et cum lapideas et ligneas imagines adoratis, putatis vos esse sobrios et sapientes, cum sitis stulti et similes lapidibus quos adoratis. Quicumque enim a diabolo decepti diis turificant, sine dubio cum eis gehennalibus incendiis sine fine subiacebunt.*
 40 Praefectus haec audiens, tamquam insania ductus, jussit trahi velum, et inito consilio, jubet hujusmodi sententiam de tabulis recitari: *Tryphonem, Sansadocume ortum, jussione imperatoris comprehensum, praeceptis ejus contradicentem, christianum, et non obaudientem, gladio interimi censemus.*

17. Prolata vero sententia, qui ad hoc erant deputati milites duxerunt eum ad locum supplicii. Tunc beatissimus vir Tryphon, elevans manus suas ad caelum, dixit : *Domine Jesu Christe, suscipe spiritum meum*. Et cum haec dixisset, posuit in terram faciem suam, et sic gloriosum et immaculatum reddidit spiritum. Fratres autem qui erant in Nicaea civitate convenerunt festinantes **communicare** 5 sanctis reliquiis ejus ; et accipientes corpus ejus in sindone munda involverunt, et deponentes in locellum, miserunt in propriam ejus patriam **Sansadocume**, in relationem et voluntatem ipsius. Beatam igitur [vitam] et sine crimine duxit beatus iste martyr, quoniam a pueritia sua multos in fide Christi confirmavit et ab obsessis corporibus daemonia ejecit, per virtutem Domini nostri Jesu Christi. 40 Apostolicus enim vir fuit. Martyrizatus est autem tertio nonas februarii, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria, virtus, imperium et potestas in saecula saeculorum. Amen.

Explicit vita et passio sancti Tryphonis martyris.

CXCV. Codex signatus num. 3789.

Olim Colbertinus 673, deinde Regius C. 3863.2.2.

Foliorum 328, med. (0^m,312×0,23), columnis binis, exaratus saec. XI. Et hujus codicis non pauca folia passim avulsa sunt.

1^o Passio sanctorum martyrum Tiburtii, Valeriani et Maximi, et sanctae Caeciliae virginis, quae est.... *
om.
reliqua.
 (fol. 2^r-6^v).

Fragmentum Passionis editae apud Mombritium t. I. Scilicet om. prol. et in fine longe major pars Passionis desideratur.

2^o Passio sancti Georgii martyris, quae est VIII^{no} kal. maii (fol. 7^r-10^r).

Inc. Temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum talis furor a sacrilegis exardescerat per cunctam Italiam ut una esset apud omnes idolorum cultura, et si quis non prostratus idolis immolaret poenis diversis cruciaretur. Erat autem quidam vir impiissimus, Flaccus nomine, quem Maximianus imperator direxerat ut omnia idola erigeret.....

3^o IIII kal. maii, passio sancti Vitalis martyris (fol. 10^r).

Ed. ap. Mombritium, t. II.

4^o Praefatio sancti Hieronymi in Marco evangelista (fol. 11^r-11^v).

Ut supra cod. 3779, 17^o (*Marcus.... usque ad Deus est*).

5° Item alia praefatio de sancto Marco (fol. 11^v-12^v).

Petrus apostolus secundum historiae fidem Claudii temporibus cum de orientis partibus adveniens Romae Christum praedicare coepisset. ita sermo ejus universorum mentes placido illustravit adventu ut cotidie audientibus eum nulla umquam satiety fieret. Unde neque auditio ejus sola sufficit, sed Marcum, ejusdem Petri discipulum, omnibus precibus exorant, ut ea quae ille verbo praedicabat, ad perpetuam eorum commemorationem habendam, scripturae traderet, ut domi forisque in hujusmodi verbi meditatione permaneant; nec prius ab obsecrando desistunt quam quae oraverant impetrarent. Et haec fuit causa scribendi hujus quod secundum Marcum dicitur evangelium. Petrus vero ut per sanctum Spiritum religiose se spoliatum comperit, furto delectatus est, fidem illorum per haec devotionemque considerans; factum est et in perpetuum legendam scripturam ecclesiis tradidit. Hujus Marci in prima epistola sua idem Petrus quam de urbe Roma scribit meminit, in qua tropice Romam Babylonem nominat, cum dicit: Salutet vos ea quae in Babylone ecclesia est et Marcus filius meus. Hic enim Marcus Petro in baptismo filius erat. Qui postea ad Aegyptum pergens, inibi evangelium praedicavit et ipse primus ecclesiam apud Alexandriam constituit: in qua et primum ipse episcopus fuit. Hic igitur, secundum locum in evangelistarum ordine tenens, leonis figuram gerit, quia statim in evangelii sui principio quasi leo in eremo exclamat dicens: Vox clamantis in deserto; scilicet quia de excelsis accipiens Spiritum, universa in ministerio sublimia Christi gesta conticuit. Omissa enim carnali ejus generatione, statim a baptismi generatione exorsus, expulsionem deserti, numerum jejuniorum, temptationem...*, ut Christum sequi volentibus et originem primae nativitalis oblivioni tradendam monstraret et renuntiantibus saeculo nullis cedendum diaboli temptationibus edoceret.*

* sic.

* vox deleta.

6° Die kal. maias, passio sancti Philippi apostoli (fol. 12^v-13^v).

Ed. Act. SS., ad d. 1 Maii, tom. I, p. 11-12. Om. num. 1 et initium num. 2; in fine descripta est paraphrasis illa longior de qua ibid., p. 12, annot. n.

7° Ipso die, passio sancti Jacobi fratris Domini (fol. 13^v-14^v).

Ed. ap. Mombritium, t. II. Omisso initio inc. *Tempore illo suscepit ecclesiam ab apostolis frater Domini Jacobus.*

8° V nonas maii, passio sanctorum Alexandri, Eventii et Theoduli (fol. 15^r-19^r).

Ed. Cat. Brux., tom. I, p. 218-25.

9° Item passio sanctorum martyrum Alexandri, Eventii et Theoduli (fol. 19^r-26^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Maii, tom. I, p. 371-73.

10° V nonas maii, festivitas sanctae crucis, de inventione (fol. 26^r-32^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 4 Maii, tom. I, p. 443-48.

11° Gesta beatissimorum martyrum Nerei et Achillei, quae est III idus maias (fol. 32^r-42^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Maii, tom. III, p. 6-13.

12° Passio beati Pontii martyris, quae est pridie idus maii (fol. 42^v-52^r).

Auctore Valerio, ed. *ibid.*, ad d. 14 Maii, p. 274-79.

13° Passio sancti Peregrini episcopi et martyris, quae est XVII kal. junii (fol. 52^r-55^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 16 Maii, p. 563-64.

14° Passio sanctorum Victoris et Coronae, die pridie iduum maiarum sub Antonino et Sebastiano duce Alexandriae (fol. 55^r-58^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 14 Maii, p. 266-68, multis lectionibus variantibus.

15° Passio sanctorum martyrum Donatiani et Rogatiani, quae est V kal. junii (fol. 58^r-61^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 24 Maii, tom. V, p. 280-81.

16° Passio sancti Carauni martyris (fol. 61^r-67^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 28 Maii, tom. VI, p. 749-52.

17° Vita sancti Maximini [abbatis Miciacensis] confessoris (fol. 67^v-79^v).

Hujus prior pars plane concordat cum Vitae editae ap. Mabillon (*Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 381 sqq.) num. 4-24, omisso scilicet prologo seu num. 1-3. Pars posterior eadem quidem refert quae leguntur *ibid.*, num. 25-35, sed stilo plane diverso. Unde hanc partem infra in Appendice exhibere visum est.

18° Vita sancti Lifardi confessoris atque abbatis (fol. 80^r-84^v).

Ed. *Act. SS.*, ad. 3 Junii, tom. I, p. 500-2. Om. prol.

19° Vita sancti ac beatissimi Evurtii episcopi et confessoris (fol. 85^r-95^v).

Auctore Lucifero, ed. *Act. SS.*, ad d. 7 Sept., tom. III, p. 52-58. Om. prol. et in fine numeri 20 clausula *Ego Lucifer...*

20° Vita sancti ac beatissimi Aniani episcopi [Aurelianensis] et gloriosissimi confessoris (fol. 96^r-100^v).

Ed. ope hujus codicis ab Aug. Theiner, *Saint Aignan ou le siège d'Orléans par Attila* (Paris, 1832), p. 27-33.

21° Sermo de adventu sancti Aniani episcopi (fol. 101^r-103^r).

Ed. ex hoc codice *ibid.*, p. 34-36.

22° Vita sancti ac beatissimi Aviti confessoris atque abbatis Miciacensis monasterii (fol. 105^v-114^r).

Contracta ex Vita edita *Act. SS.*, ad d. 17 Junii, tom. III, p. 351 sqq.

Inc. *Cum miraculorum gesta servi Dei Aviti in brevitatis volumine comprehendens elucidanda duxerim, videtur primum nativitatibus ejus modum tractari debere.*

23° Passio sanctorum Johannis et Pauli, quae est VI kal. julii (fol. 114^r-116^r).

Ed. apud Mombritium, tom. I, in *Actis S. Gallicani*, scilicet ab his verbis: *Julianus Caesar captus cupiditate sacrilega avaritiam suam...*

24° Passio sanctorum martyrum Petri et Marcellini, quae est III nonas junii (fol. 116^r-119^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Jun., tom. I, p. 171-75. Om. ultima phrasia numeri 14. (*Quorum corpora...*).

25° Passio sancti Pancratii martyris, quae est III idus maias (fol. 120^r-121^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 12 Maii, tom. III, p. 21.

26° Passio sancti Albani martyris, sub die decimo kalendarum juliarum (fol. 121^v-124^v).

Ed. (ex Bedae *H. E.*) *ibid.*, ad d. 22 Jun., tom. IV, p. 147-48.

27° Passio sanctorum Processi et Martiniani, sub die VI nonarum juliarum (fol. 124^v-127^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 2 Jul., p. 303-4.

28° Sermo de sancto patre nostro Ephraem, cujus festivitas celebratur VI idus julii (fol. 127^r-128^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 1 Febr., tom. I, p. 75; scilicet num. 1-5.

29° Passio septem Fratrum, sub die VI idus julii (fol. 129^r-130^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 10 Jul., tom. III, p. 12-13.

30° Adventus corporis sancti patris Benedicti (fol. 131^r-137^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 21 Mart., tom. III, p. 302 sqq. ; scilicet num. 1-10.

31° Passio sanctarum virginum Rufinae et Secundae, mense julio die x^{mo} (fol. 137^v-139^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 10 Jul., tom. III, p. 30-31.

32° Passio beatae Praxedis, mense julio die xx^{mo} primo (fol. 139^v-141^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 19 Maii, tom. IV, p. 300, num. 5-7.

33° Passio sancti Apollinaris martyris Christi, mense julii die xx^{mo} III^o (fol. 141^r-144^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 23 Jul., tom. V, p. 344-50. Omm. quae in Vita edita uncinis inclusa sunt, et foliis avulsis major pars num. 13 et sqq.

34° Vita sancti Samsonis confessoris, quae est v^o kalendas augusti (fol. 145^r-152^v).

Fragmentum Vitae editae *Anal. Boll.*, tom. VI, p. 79 sqq. ; scilicet lib. I cap. 1-8 et lib. II cap. 26. In fine mutilum, foliis avulsis.

35° [De sanctis Vitali et Agricola] (fol. 153^r-154^v).

S. Ambrosii Epist. 3 (P. L., tom. XVI, p. 747) a num. 9 lin. 3 (*locum : secutus est dominus...*). Priora desiderantur, excisis foliis. In fine leguntur additamenta indicata tom. cit., p. 748, not. a.

36° Actus vel vita sive passio beati Petri apostolorum principis a Lino episcopo Romano conscripta (fol. 159^r-169^r).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II. In fine paululum mutila est, quia *abscissa* est media pars fol. 169.

37° Passio sancti Cucuphatis martyris, quae est vii kal. augusti (fol. 170^r-175^r).

Ed. ap. Surium, ad d. 23 Julii, stilo paulo emendatiori. Om. ultima *paragraphus*.

38° Passio sancti Victoris martyris Christi una cum sociis suis Deoterio, Feliciano et Alexandro (fol. 175^r-179^r).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 317-21, non paucis lectionibus variantibus.

39° Passio sancti Christophori martyris (fol. 179^r-183^v).

Ed. ap. Mombrinium tom. I.

40° Passio sancti Jacobi apostoli (fol. 183^v-188^r).**Ed.** ap. Mombritium, tom. II.**41° Passio sancti Stephani pontificis, quae celebratur quarto nonarum augustarum (fol. 188^r-193^v).****Ed.** *Act. SS.*, ad d. 2 Aug., tom. I, p. 139-44. Foliis avulsis desiderantur num. 16 et sqq.**42° [De sancto Laurentio] (fol. 194^r-196^r).****Ed.** apud Mombritium, tom. II. Foliis avulsis initio ita mutila est ut media tantum pars, posterior scilicet, supersit.**43° Idus augusti, passio sancti Hippolyti martyris (fol. 196^r-199^v).****Ed.** *ibid.* Omisso initio inc. : *Regressus itaque Yppolitus post tertium diem..***44° Passio sanctarum trium virginum Fides *, Spes, Caritas, quae est kal. augustas (fol. 199^v-203^v).** * sic.**Ed.** *Leg. Aur.* (Coloniae, 1483), fol. 443-44.**45° III nonas augusti, in Hierosolymis inventio corporis beatissimi Stephani et sanctorum Gamalielis et Nicodemi (fol. 203^v-208^v).****Epistola** Luciani presbyteri, ed. P. L., tom. XLI, p. 807-15.**46° Passio sancti Cyriaci cum sociis suis, sub die vi iduum augustarum (fol. 208^v-215^v).****Ed.** *Act. SS.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p. 5-9, in Actis S. Marcelli.**47° Passio sancti Agapiti martyris, sub die quinto decimo kalendas septembris (fol. 215^v-219^r).****Ed.** ap. Mombritium, tom. I.**48° Passio sanctorum Gervasii et Protasii, sub die x^{mo} III^{tio} kal. julias (fol. 219^r-222^r).****Ed.** *Act. SS.*, ad d. 19 Jun., tom. III, p. 821-22. ; scilicet num. 17-25.**49° Tractatus beati Ambrosii de sanctis Gervasio et Protasio (fol. 222^r-226^v).****S.** Ambrosii Epist. 22 (*ad sororem*), ed. P. L., tom. XVI, p. 1019-26.**50° Passio Eusebii presbyteri in Roma, mense augusto die XIII (fol. 226^v-228^r).****Ed.** ap. Mombritium, tom. I.

51° Passio sancti Eupli levitae et martyris, mense
augusto die XII^{mo} (fol. 228^r-229^v).

Ed. *ibid.*

52° Passio sancti Pantaleonis martyris, mense julio
die XXVII (fol. 229^v-234^r).

Ed. *ibid.*, tom. II; sed paucissimis verbis contracta sunt ea omnia quae apud
Mombritium referuntur contigisse post caeci illius sanationem quem beatus mar-
tyr visione donavit.

53° Passio sanctorum Leucii, Tyrsi et Calerici, quae
est... * (fol. 234^r-238^r).

* *reliqua
om.*

Desumpta ex Passione edita *Act. SS.*, ad d. 28 Jan., tom. II, p. 817-24.

* *item.*

54° Sermo in apparitione sanctae crucis, quae est... *
(fol. 238^r-240^r).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 282-83.

* *item.*

55° Passio sancti Privati episcopi, quae est... * (fol.
240^r-243^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Aug., tom. IV, p. 439-40.

56° Passio sancti Symphoriani martyris, quae cele-
bratur XI kal. septembris (fol. 243^r-246^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 22 Aug., p. 496-97. Omm. quae num. 10 uncinis inclusa sunt.

57° Passio sancti Bartholomaei apostoli, quae est
VIII kal. septembris (fol. 246^r-253^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 23 Aug., tom. V, p. 34-38.

58° Passio sancti Genesii martyris, mense augusti die
XX (fol. 253^r-255^r).

Ed. *ap. Mombritium*, tom. I.

59° Revelatio capitis Johannis praecursoris Domini
(fol. 255^r-260^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 24 Jun., tom. IV, p. 757-59, num. 254-266. Num. 254 post
haec verba *ad tempus Theophili ejusdem urbis episcopi* add. in cod. *quem
memorat sanctus Lucas evangelista in Actibus Apostolorum in exordio
dicens: Primum quidem sermonem feci*; eodem numero, pro *Philippum
episcopum*, cod. *Josephum pontificem*; num. 264, pro *IV kal. sept.*, cod.
III kal. augusti.

60° Passio sanctae Sabinae martyris, die III^o kal.
septembris (fol. 260^r-260^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 29 Aug., tom. VI, p. 303-4, num. 12-13.

61° Passio sanctorum martyrum Felicis et Audaucti *, * *cod.*
 III kal. septembris (fol. 261^r-262^r). Audacti.

Ed. ap. Mombricitium, tom. I.

62° Vita sancti Lupi episcopi [Senonensis] et confessoris, quae est kal. septembris (fol. 262^r-268^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Sept., tom. I, p. 253-64. Om. prol.

63° Passio sancti Adriani martyris, mense septembri die VIII (fol. 268^v-281^v).

Ed. ap. Mombricitium, tom. I.

64° Passio sancti Hyacinthi martyris, mense... * (fol. * *reliqua*
 281^v-282^v). *om.*

Ed. *Act. SS.*, ad d. 26 Julii, tom. VI, p. 304.

65° Passio beatissimi Cornelii papae urbis Romae, mense septembris die XIII (fol. 282^v-284^r).

Ed. ap. Mombricitium, tom. I.

66° Passio beatissimi Cypriani martyris, mense septembris die III^{to} decimo (fol. 284^r-285^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Sept., tom. IV, p. 352-55. Initio pro *Imperatore Valeriano quartum et Gallieno tertium consulibus* legitur in codice *Tusco et Basso consulibus*.

67° Sermo in exaltatione sanctae crucis, die quo supra (fol. 285^v-288^v).

Ed. ap. Mombricitium, tom. I.

68° Passio sanctorum Luciae et Geminiani, mense septembri die XVI (fol. 288^v-297^v).

Ed. *ibid.*, tom. II.

66° Eodem die, passio sanctae Eufemiae martyris, mense septembris die XVI (fol. 297^v-305^v).

Ed. *ibid.*, tom. I.

70° Vita sancti Landeberti episcopi et confessoris (fol. 305^v-317^v).

Auctore Godescalco, ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Sept., tom. V, p. 574-80. Om. prol.

71° Passio sancti Matthaei apostoli et evangelistae, quae est XI kal. octobris (fol. 318^r-329^r).

Ed. ap. Mombricitium, tom. II.

72° Passio sanctorum martyrum Mauritii, Exuperii,
Candidi et Victoris cum sociis eorum, quae est...
(fol. 329^r-334^r).

Ed. ap. Surium, ad d. 22 Sept. Omm. epistola Eucherii. prol., cap. 9 praeter primam phrasim (*Haec - sunt scripta*), et cap. 10-12.

73° Passio sanctorum martyrum Cosmae et Damiani,
quae est... (fol. 334^r-338^v).

Edita in *Act. SS.*, ad d. 27 Sept., tom. VII, p. 474-78. Omm. numm. 1, 2, et in fine, folio avulso, numm. 13, 16.

Appendix ad cod. 3789.

VITAE S. MAXIMINI MICIACENSIS PARS POSTERIOR (Cfr. supra,
p. 294, 17°).

25. Unde ad solita recurrens suffragia, tacito mentis intuitu Omnipotentis pulsavit abdita, quatenus non sineret de grege quicquam minui famis inopia. Quem mox excepit divina providentia. Cumque divinae operationis munus adesse sensit, sanctum virum Avitum evocat, eique edicit ut cellaria revisat, si quid forte invenire posset, unde egentium et viduarum querimonias aliquatenus enutrirer. Cujus verbis et voluntati vir sanctus et oeconomus fidelis non audens amplius refragari, cellaria tristius petiit ac patefactis ostiis introivit: cum repente, favente Christo suo fideli, quod sperare nequiverat admirari coepit. Vasa namque, quae penitus exhausta vacuaque reliquerat, donis liquentibus nec non et aridis ita videt ubertate nimia effluere ut non solum vasorum plenitudini intenderet, verum etiam facultatem eundi per cellarium, madefacto penitus pavimento, sibi negatam admirando cerneret. Quo visu attonitus et nimio pavore, quod verbis sui patris aliquantulum contraire temptasset, gelidos artus adstrictus, concitus rediit et cursu festino, abbati non ausus, fratribus nuntiavit, seseque cum eis orationi dedit, eique qui suis servis talia largitur benedicendo gratias retulit. Itaque deinceps tanto illo in monasterio excrevit frugum fecunditas, ut non solum sanctus Domini Maximinus his qui tunc ad se fame cogente adventaverant, quibusque omnis erat spes ablata edendi, succurreret, sed ex omni Aurelianensi provincia confugientes colligeret victuque distributo usque ad collectionem novalium sine famis periculo produceret, illius tactus pietate qui in longinquitatem itineris, ne deficerent, ad se venientes jejunos dimittere volebat. O divinae immensitatem pietatis, renovantem veterum temporum miracula per se diligentium suffragia, quae fidelissimum servum suum Maximinum familiae suae praeposuit ad conferendam tritici mensuram.

26. Inter haec vir venerabilis Maximinus, mente vigili fratrum necessitatibus omnimodo sollicitus, quaeque erant monasterii per se sibi que dispositos circumiens, aggregare nullatenus cessabat quicquid illis necessarium noverat, ut humana curiositate abstractos divinis studiis penitus redderet intentos. Cumque, ut diximus, saepe dictus pater his affectu nimio invigilaret, non longe a monasterio quaedam erat villula, Litimiacus nomine, quae ruralis proventus abundantia multa monasterio ferebat commoda. Ad hanc ergo saepe dirigebat iter, comitantibusque religiosis fratribus continuam psalmodiae modulationem devote exhibebat horarumque diei cursum per ordinem frequentabat. In cujus itinere medio arborem nimis amoenam reppererat, frondibus expansam, foliis adopertam, quae se sub se quiescere volentibus umbratilem atque pausabilem aperiebat. Quo vir sanctus labore itineris fatigatus, actis psalmodiae cursibus et expletis hymnorum orationibus, eundo et redeundo membra pausationi aliquantisper dare consueverat et, si quid minus peregisset, illic devotissime supplere festinabat. Quod vir
 b quidam, Rhodomeus nomine, cum saepius cerneret, erat enim in villa quae
 Sedeciacus dicitur episcopi villicus, admodum ipsi episcopo dilectus divesque, agitante daemone invidia commotus, arborem incidit ignique et aliis humanis usibus adaptavit. Nec mora, divina animadversio subsecuta, sancti viri quietem ulciscens, eum adtrivit; cassusque oculorum lumine, ductorem ad domum propriam palpando manibus requirebat. Sed cum beatus Maximinus vice quadam ab eadem villa ad monasterium redire et more solito quiescere disponeret, arborem abscisam reperiens, divino spiritu auctorem sceleris agnovit, plusque de ejus temptatione quam arboris incisione ingemuit.

27. Cumque id cognitum episcopo foret, sui villici aegre ferens discrimina et
 b sancti viri molestiam, precatu maximo et humilitate devota sanctum Maximinum ad se evocavit. Quem honorifice, ut decebat, suscipiens, et dictis dulcioribus sanctitatem animi nisus est alloqui et ut caecato lumen precibus redderet rogare omnimodo non destitit.

28. Illo vero a beato Maximino hoc exigente, quidam ejusdem episcopi canonicus, nomine Theodemirus, quem ob reverentiam sacerdotalis honoris multi celebrabant, supervenit ac germanae suae, quae itidem multorum curriculo annorum dispendium caecitatis incurrerat, a viro Dei lumen expetebat. Sanctus itaque Maximinus, libentissime eorum petitiones suscipiens, atque caecorum discrimini compatiens, juxta sermonem Job dicentis: *Oculus fui caeco et pes claudo*, et Pauli vocem praedicantis: *Quis infirmatur et ego non infirmor? quis scandalizatur et ego non uror?* suavi vocis modulo fudit orationem Domino et micante subito jubare sereno visus oculorum revertibilis antiqua gaudia alacriter recognovit; sicque per servum suum Dominus pristinae reddidit luci quos auctor tenebrarum perpetuae conabatur demergere caecitati. O vere lucerna
 b caelestis lampadis lumine irradiata et in Christi templo nullo modo occultata, ante cujus lumina diaboli fugabantur discrimina.

30-31. Tunc igitur circa ripas Ligeris quosdam eminebat clivos Tybemitus

litus, in cuius supercilio vastum specus profunditatis nimiae patebat : qui locus quondam lupis et bubonibus ceterisque similibus sui tenebrositate domicilium pandere consueverat. Hic vero tabo et putredine congestarum ab habitantibus carniū serpens tantae magnitudinis excreverat immensitatis, ut vix eodem caperetur foramine nisi et sui corporis mole angustiam dilatarat speluncae. Qui 5 cum primum tumentia colla flammataque lumina foras coepisset ostentare, coactus, ut diximus, arta habitatione. flatu flammifero et fetore quaeque erant circa Ligerim Ligeritumque pascua foedavit, agrosque in eodem circuitu sui importunitate cultoribus vacuavit. Aves etiam desuper volantes ejus anhelitu interemptae decidebant ad ima. Naves per Ligerim commeare gaudentes simul 10 cum navigantibus sortiebantur naufragium. Quod virum Dei, clamore perstreperante hominum, latere non potuit. Denique auxilium divinae pietatis implorans. convocatis secum religiosis quibusdam fratribus, dansque eis dulcia affamina, solito more ad hoc spectaculum cernendum simul coepit ire. Cumque vir Domini Maximinus ostio appropinquaret speluncae, persensit serpens caelestis potesta- 15 tem fortitudinis sibi inimicam adfore, seque, furibundus et timidus, cupiens occultare, in spelaco conabatur redire : quod fratres qui cum ipso erant non sine tremore poterant spectare. Quos ille increpare, cur timerent, cum Omnipotentis juvenem in promptu haberent. Itaque accepto minimi ignis parvissimo torre, et signo crucis prae oculis anteposito, serobi injectit : qui ex sui parvitate 20 in tantos flammarum globos excrevit ut totam vastitatem illius repleret antri. Qua adustione anguis in cineres solutus ita delituit ut deinceps nullum ejus corporis vestigium inveniri potuerit.

32. Et non solum serpentem delevit, verum etiam eadem flamma ita speluncam mundavit ut quae fuerat quondam habitatio ferarum, posset tunc fieri gratis-
sima statio hominum. Quo sanctus Domini fratribus qui sibi superstites essent se
tumulandum esse poposuit. Sicque pecudes et aves in pastum et volatum proprium
reecerunt usum, indeque fugati cultores gavisī sunt hereditatis propriae recepisse
contubernium. Naves vero, quae exterritae fuerant et postea facultatem itineris
perceperunt, de sibi suppositis oneribus monasterium sancti Maximini usque
hodie honorando accumulunt. Illi deputantur haec opera, qui per Moysen dile-
ctum famulum in deserto serpentem aeneum suspendi praecepit in aera ut eju-
intuitu curarentur quibus anguīum morsus ferocissima inflixerat vulnera. O vere
Dei amicum et per omnia dilectissimum servum, per quem Dominus non solum
clades delet corporum, sed etiam evacuat invisibilium potestatem inimicorum.

33. His itaque et aliis quam plurimis virtutum insignibus sanctus Dominus
perspicue exornatus, transacto post ista biennio, sentiens se jam vocari a Domino
fratribus accitis blandissimo haec ore profudit : *Cavete, fratres dilectissimi*
a subreptione inimici. eamque semper vobiscum insolubili vinculo car-
tatis tenete, quam ab aeterno cum fratribus habere noluit qui de cael-
dilapsus ad ima corruit. Necessē est enim vobis luctamen habere cur-
invisibilibus potestatibus, quas devincere solent qui nihil in saecu-

* supple
pacem ?

*rentes, nec habentes quo teneri possint, nudi cum nudis fortia bella
nt: siquidem fortius superatur hostis si nihil suum in eum quem
tit invenire poterit. Neque sit vobis taedio laborare in saeculo, qui
rnae hereditatis denarium feliciter expectatis a Domino. Raro
ue miles ad praemia venit cui pax sola fuit, et nemo in stadio coro-
r nisi qui legitime certaverit. Numquam est enim manus Domini a-
ere vacua si fuerint arcana cordis bona voluntate repleta. Non
vos frangat mei absentia, quia jam Dominus me vocat ad vitam
n pura mente semper adoptavi et corde.*

l. Cumque talibus multisque aliis dulcissimis verbis fratres exhortatus fuis-
t pacis dulcia oscula reliquisset caelestique benedictione eos corroborasset,
flentibus nimioque maerore hejulantibus, plenus virtutibus et sanctitate,
kalendarum januariarum, quod suum fuerat reddens terrae, flatum unde
erat retulit sponte. Ille vero inter candentia liliorum sarta et, ut credimus,
er excepit qui eum tam claris miraculis in saeculo coruscare fecit. Sepultus
utem ad septentrionalem partem ipsius monasterii super ipsius antrum
incae quo serpentem eiecit, sicut ipse fratribus olim commonuit. Ubi ope-
: clementia Salvatoris, multis miraculorum signis divinam virtutem multi-
er publicavit.

5. De quibus illud non silendum ratum duximus, quod circa eundem fundum
am erat pater familias, Agilus, non minus plenus opibus quam virtutibus.
s dum servus quidam, quorum infinita multitudine pollebat, quoddam cor-
rdum erga dominum admisisset, ad sepulcrum sancti Maximini confugiens,
sidium expetivit. Cum vero idem pater familias eum requirendo illic esse
novisset, incautus vi abstraxit domumque flagris caedendo reduxit. Sed ut
llegeret sese contra sanctum Dei imprudenter egisse, statim divina ultione
itus, corporea coepit infirmitate fatigari. Qui mox, ut vir sapiens, quod egerat
agnovit, atque lassabundus artubusque tremendis manibus famulorum sus-
atus, sancti viri mausoleum expetivit atque ut hac fieret peste solutus precibus
sinenter expostulavit. Cumque divinae virtutis medicinam fuisset expertus,
lina est sanitate donatus, et eundem servum eidem tumulo delegavit perpe-
serviturum. Cellam vero ex opibus propriis juxta qualitatem loci exstruxit,
m variis operibus et donariis pro possibilitatis modulo exornavit, adjuvante
qui vivit et regnat per omnia saecula saeculorum. Amen.

CXCVI. Codex signatus num. 3791.

im Colbertinus 148, deinde Regius C. 3596. 9.

liorum 261, maj. (0^m, 485×0,34), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° [Vita S. Nicolai] (fol. 20^r-26^r).

Ed. ap. Mombritorium, tom. II. Excisis foliis, Vita incipit acephala his verbis: *sui pandens velamen deprecabatur ille...* (ap. Mombritorium, col. 4, lin. 12); desinit vero in his verbis: *cum ingenti laetitia instructi doctrina ejus et aucti benedictione remearunt ad propria* (ibid., col. 23, lin. 8 a fine).

2° Passio sanctae Luciae (fol. 26^r-28^r).

Ed. ibid.

3° Lectiones [de S. Joanne evangelista] ex historia ecclesiastica (fol. 71^v-72^r).

Eusebii Caesariensis *Hist. Eccl.*, lib. III, cap. 23 (totum) secundum versionem Rufini.

CXCVII. Codex signatus num. 3792.

Olim Colbertinus 836, deinde Regius C. 3861. 2.

Foliorum 283, maj. (0^m, 38 × 0, 263), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° Vita sancti Joannis apostoli et evangelistae, quae celebratur vi kalendas januarii (fol. 23^r-25^r).

Pars libri Pseudo-Melitonis *De Actibus Joannis* (P. G., tom. V, p. 1230 sqq.), videlicet initium (post prologum) usque ad verba *ut nec signum aliquod fracturae remaneret* (tom. cit., p. 1243, lin. 15) et finis (*Cum esset annorum...* ibid., p. 1249 med.-p. 1250 extr.).

2° Vita sancti Silvestri episcopi, quae celebratur pridie kalendas januarii (fol. 31^v-34^r).

Breve vitae compendium.

Inc. *Silvester igitur urbis Romae episcopus cum esset infantulus, a vidua matre sua, nomine Justina, traditus est Quirino presbytero...*

Des. *Laicorum ita illi erat cura ut si aliquos inter eos studiosos in lege Domini reperisset, nimia veneratione diligeret et suis eos amicitiis copularet.*

3° Vita sancti Hilarii episcopi et confessoris, composita a servo suo Fortunato presbytero postea episcopo (fol. 40^r-42^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Jan., tom. I, p. 790-95. Desinit in fine num. 5.

4° Passio sancti Sebastiani, qui passus est XIII kal. februarii (fol. 49^r-52^v).

Pars Passionis editae *Act. SS.*, ad d. 20 Jan., tom. II, p. 263-78; videlicet numm. 1-5, 9-10 med., 23-26, 83-87.

5° Passio sanctae Agnetis virginis, quae passa est urbe
Roma, XII kal. februarii (fol. 52^v-55^v).

auctore S. Ambrosio, ed. *ibid.*, p. 351-54; scilicet num. 1-8.

6° Passio sancti Vincentii martyris et levitae, qui
passus est Valentia civitate sub Datiano praeside
die XI kal. februarii (fol. 55^v-58^v).

d. *ibid.*, ad d. 22 Jan., p. 394-97. Desinit post num. 10.

7° Passio sanctae Agathae virginis, quae passa est sub
Quinctiano nonas februarii (fol. 68^r-68^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 5 Febr., tom. I, p. 615-18. Desinit num. 4 med. Initio stilus
quantum diversus est.

8° [Acta S. Pauli apostoli] (fol. 176^v-177^v).

Auctore Pseudo-Marcello, ed. ap. Fabricium, *Cod. Apocr. N. T.*, tom. II,
632 sqq. Desinit mutila in verbis *et subito mutatis effigiis ita ut ferret
vito puer et post haec senior* (tom. cit., p. 336).

CXCVIII. Codex signatus num. 3793.

olim Colbertinus 2890, deinde Regius C. 3860. 5.

foliorum 249, med. (0^m,36×0,22), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° Passio sancti Joannis evangelistae (fol. 43^r-53^r).

d. ap. Mombritium, tom. II. Incipit a regressu beati apostoli ab exilio.

2° Actus sancti Silvestri urbis Romae episcopi (fol.
69^r-80^r).

d. *ibid.* Praetermissa est tota disputatio judaeorum.

3° Vita sanctissimi Simeonis qui in columna stetit,
quae celebratur nono kal. januarii (fol. 83^v-91^r).

Alia versio Vitae auctore Antonio, quae secundum interpretationem Gulielmi
alii edita est *Act. SS.*, ad d. 5 Jan., tom. I, p. 264 sqq.

Inc. *Insignis et gloriosi Simeonis vita per me discipulum ejus Anto-
nim placuit scribenda. Unde precor, fratres, ut audiat in quantum
viro meo rusticius de sancto viro voluerit enarrare. Sanctus itaque
Simeon cum adhuc parvulus esset aetate, pascebat oves patris sui, David
prophetam et regem imitans. Die autem dominica introibat in ecclesiam
audienda eloquia Dei, et audiebat scripturas, non intellegens quae
dicebat.*

4° In natali sanctae Agnes virginis et martyris (f. 100^r-104^r).

Epistola Sancti Ambrosii, ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Jan., tom. II, p. 351-54. M. [redacted] liba desinit num. 16 med. in verbis *infirmirate detenti*.

5° Passio sancti ac beatissimi Vincentii levitae et m[redacted]r-tyris Christi, qui passus est Valentia civitate s[redacted]ub Datiano praeside die xi kal. februarii (fol. 10[redacted]F-104^v).

Breve fragmentum Passionis editae *ibid.*, ad. 22 Jan., p. 394-97.

6° [Vita sancti Praejecti Arvernensis episcopi] (f. 105^r-107^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Jan., tom. II, p. 633-36. Foliis avulsis, desideran[redacted]ur num. 1-10, et partim num. 13 (*construxit autem...*), num. 30 (*Quo agnita* [redacted] -), num. 22 (*cum ergo Avitus...*) et integri numm. 24, 25.

7° Passio sanctorum Johannis et Pauli, qui pa[redacted]ssi sunt Roma sub Juliano impiissimo imperatore kal. julii (fol. 116^v-117^v).

Ultima pars Passionis sancti Gallicani, editae ap. Mombritium, t. I.

8° Actus vel vita sive passio beati Petri apostoli apo[redacted]stolorum principis a Lino episcopo Romano con[redacted]scripta (fol. 117^v-125^v).

Ed. *ibid.*, tom. II.

9° Passio sancti Pauli, qui passus est Roma sub Nerone impio imperatore iii kal. julii (fol. 125^v-129^v).

Lib. II *Hist. Apost.* § 1, ap. Fabricium, *Cod. Apocr. N. T.*, tom. II, p. 441-53, multis lectionibus variantibus. Praetermissi sunt num. 6 (praeter prima verba) et num 7.

10° Passio sancti Jacobi apostoli fratris Joannis evangelistae (fol. 129^r-134^r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II.

11° Vita vel actus sancti Eusebii Vercellensis episcopi, cujus festivitas celebratur prima die kalendas augusti (fol. 134^r-140^v).

Ed. ap. Ughelli, *Ital. Sacr.*, tom. IV, p. 749-61. Sed deficientibus post fol. 139 foliis (undecim), deest major pars Vitae, scilicet a verbis *unquam fallaciter ageret* (tom. cit., p. 755 c) usque ad haec *Frendens vero ac saeviens factio Arrianorum* (p. 760 c).

12° Revelatio corporis martyris beati Stephani Luciano presbytero ostensa (fol. 140^v-145^v).

~~Epistola~~ Luciani, ed. P. L., tom. XLI, p. 807-15.

13° [De sancto Xysto II] (fol. 145^v-147^r).

~~Legenda~~ desumpta ex ea quae edita est ap. Mombrinium, tom. II.

14° [De sancto Laurentio] (fol. 147^v-150^r).

~~Ed. ibid.~~ Praemissa sunt quaedam ex Passione sancti Xysti.

15° Natalis sancti Tiburtii martyris, III idus augusti (fol. 150^r-152^r).

~~Ex~~ Passione sancti Sebastiani edita *Act. SS.*, ad d. 20 Jan., tom. I, p. 265-78; licet num. 72-82.

16° Natalis sancti Hippolyti martyris, idus augusti (fol. 152^r-153^v).

~~Ex~~ Passione edita apud Mombrinium, tom. II.

17° Vita beati Donati presbyteri, quae celebratur XIII kal. septembris (fol. 156^v-162^v).

~~In~~edita, ut videtur. Vid. Append.

18° Passio sancti Bartholomaei apostoli (fol. 163^r-166^v).

~~Ed. Act. SS.~~, ad d. 25 Aug., tom. V, p. 34-38. Foliis avulsis, mutila desinit in his verbis: ... *qui ad redemptionem nostram unigenitum tuum filium Jesum Christum et Dominum nostrum* (num. 18 init.).

19° [De sancto Genesio] (fol. 167^r-168^v).

~~Pars~~ posterior Passionis auctore Paulino episcopo, editae *Act. SS.*, ad d. 25 Aug., tom. V, p. 133, scilicet inde a num. 4.

20° De virtutibus et miraculis sancti Genesii Arelatensis (fol. 168^v-169^v).

Gregorii Turonensis *De Gloria martyrum*, cap. 58-70.

21° [De sancto Quintino] (fol. 170^r-170^v).

Fragmentum Passionis editae *Act. SS.*, ad d. 31 Oct., tom. XIII, p. 781-80; scilicet numm. 17, 18 et num. 19 usque ad *receperunt sanitatem*.

22° In dedicatione beati archangeli Michaelis (fol. 171^r-173^r).

~~Ed. ibid.~~, ad d. 29 Sept., tom VIII, p. 61-62.

23° Vita sancti Hieronymi presbyteri orthodoxi, quae celebratur pridie kalendas octobris (fol. 173^r-178^v).

~~Ed. P. L.~~, tom. XXII, p. 173-84.

24° Passio beati Dionysii martyris (fol. 178^v-180^v).

Magis contracta quam edita *Act. SS.*, ad d. 9 Oct., tom. IV, p. 792-94.

Inc. *Sanctus Dionysius, qui, tradente beato Clemente Petri apostoli successore, verbi divini semina parturiendo susceperat, quo amplius gentilitatis fervere cognovit errorem, illic intrepidus et colore fidei flammatus accessit. Ad Parisium Domino ducente pervenit...*

25° Vita beati Lucae evangelistae (fol. 180^v-186^v).

Prolixa haec lucubratio, tumidiori stilo conscripta, et prorsus diversa a Pauli diaconi homilia *in natali sancti Lucae* (P. L., tom. XCV, p. 1530-33), nihil ad historiam sancti evangelistae confert praeter ea quae de eo leguntur in Hieronymi libro *De viris illustribus*, cap. 7. Itaque ejus exordium tantum quasi speciminis gratia hic exhibere visum est (infra in Append.).

26° Passio beatissimi martyris Theodreti (fol. 186^r-194^v).

Textus hic antiquior videtur duplici textu edito *Act. SS.*, ad d. 23 Oct., tom. I, p. 40-43. Itaque illum edendum hic duximus. Vid. Append.

27° Passio sanctorum apostolorum Simonis et Judae (fol. 194^v-198^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II. Mutila in fine.

28° Vita sancti ac beatissimi Martini episcopi et confessoris Christi (fol. 206^r-213^v).

Auctore Sulpicio Severo. ed. P. L., tom. XX, p. 139-76. Omm. epistola *dedicatoria* et num. 1. In fine desiderantur fere totus num. 21 et sqq.

29° Passio sancti Romani monachi (fol. 214^r-219^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II.

30° Gesta vel passio beatae Caeciliae virginis (fol. 219^r-228^v).

Ed. *ibid.*, tom. I.

31° Passio sancti ac beatissimi Clementis episcopi et martyris Christi (fol. 228^r-232^v).

Ed. *ibid.* Omm. miracula quae apud Mombrinium *Passioni* sunt annexa.

32° Vita vel actus sancti ac beatissimi Maximi urbis Regensis episcopi et confessoris Christi, cujus festivitas celebratur... * kal. [dec]embris (fol. 232^r-242^v).

Auctore Dinamio. ed. ap. Surium, ad d. 27 Nov.

33° Passio sancti Andreae apostoli (fol. 242^v-249^v).

Epistola ecclesiae Achaiae. ed. *ibid.*, ad d. 30 Nov. Desiderantur num. 11 et sqq.

*numerus
rescissus
ultra com-
pactoris.*

Appendix ad cod. 3793.

VITA S. DONATI (Cfr. supra, p. 307, 17°).

Vita beati Donati presbyteri, quae celebratur XIII kal. septembris.

1. Venerabilium virorum gesta, quibus victo humani generis hoste caelorum gaudia triumpharunt, si fideli relatione noteant, non minimam pariunt sollertiam animis auditorum : quoniam quidem priscorum certamina fidelium, quibus mundum vicerunt, aut superstitiosa et detestanda flagitia improborum, quae luctuosis calamitatibus debitas inferorum sortiuntur poenas, nisi ad futurorum devenissent notitiam, non satisfaceret cordibus renatorum sola baptismi percepta gratia nec incredulorum malesanis mentibus incuterent detrimenta. Unde reor congruum, qua vigemus inscitia, quae imitanda sunt nos debere potius intimare quam malefido silentio praeterire. Sed quia jam res est in cardine, quae sequenda sunt in ordine flant.

2. Beatus igitur Donatus urbis Aurelianensis extitit oriundus et industria genitorum ablactatus tria tempora vertens, studiis apicum applicatur imbuendus. Quibus unius mora lustris davidica carmina percurrens, et sequenti biennio utriusque Testamenti scientiam mente recondens, adiit suae antisitem civitatis, clericatus gratiam petiturus. Quo gradu ducto biennio, cogitur competenter diaconatus arcem subire. Inde ad tempus usque progressus quo aetas et morum probitas eum ad sacerdotii compellebant honorem, nec ausus contraire Dei dispositioni, ponitur infula sacerdotali. Sub quo degens ordine qualis quantusve perstiterit non est facile disserendum. Etenim quid inde egerit, intimandum compendio censemus.

3. Hoc, ut retulimus, peracto, ejus animi intentio ad alia tetendit ; utiliusque profuturum aestimans si, quae mundi sunt renuntians, alibi occultari quivisset, et quae voto intimo conceperat extimo ore sonavit. *Quid, inquit, mihi cum hoc mundo? Aut quem praesentia gignunt profectum animae miserae profuturum? Quid mihi cum Abraham praecipuo patriarcha, cui dixit Deus : « Exi de terra tua et de cognatione tua et vade in locum quem monstravero tibi et benedicam te ibi » ? Utillima enim prae omnibus profectio est, quae munus Domini benedictionis meretur. Quae est rerum necessitas, ubi efficitur Domini voluntas ?* Haec secum mente tractans, ab urbe digressus Donatus Turonicam expetit civitatem : ubi paulisper commorans ob gratiam percipiendorum pignorum sancti Martini corporis, statim ut promeruit inde recessit, et peragrans provincias per abrupta quaeque et devia, venit ad montem Alpium Galliarum qui Lura vocatur. Quo perscrutato, invenit quendam locum ad radicem montis positum, aridum et ruinosum, accessibus hominum satis remotum, serpentium variorum animalibus monstruosis occupatum, inter quae erat immanis-

simus draco, cujus pestifero flatu arbusta quaeque tenera vel robusta, necne fructecta circumquaque oborta, succensa siccaque vel uti torres ignibus usti habebantur; tonitrua vero crebra, terribilia ac micantia fulgura frequenter ibidem dominabantur.

4. Cumque ingens draco sanctum eminus conspicaretur Donatum, elevans 3 caput fere cubitis quindecim, horrissonis nimium sibilis torvisque luminibus aciem belua reversans vociferatur et aliquid sancto incussit timoris. Sed fidei cascade procul pulso pavore, praependulum figit in cespite gressum. Quibus strepitibus cetera serpentium genera territa haeserunt humo adclina. Quem Donatus inspiciens, genu flexit et oravit dicens: *Domine Deus omnipotens, qui omnia 10 verbo creasti visibilia et invisibilia, adesto mihi propitius contra hunc serpentem, et resiste ei, ut non praevaleat adversum me.* Et statim draco versus in fugam, squamea terga aufugit praepete cursu, ac in vicini alveum fluminis Druentiae mersus cum omnibus repentibus ipsius loci, post eum repentino cursu praecipitatis, nusquam visus ulterius apparuit. Quod videns 15 sanctus Donatus, et Dei potentiam in suo opere miratus, accessit ad locum, et sicco lapide sibi tugurium construens, in stratu draconis lecticam locavit, atque postmodum in ipsius monticuli vertice Sancti Martini oratorium construxit, ubi ejus patrocinia digne collocavit. Ibi soli Deo notus pluribus annis anachoreticam exercuit vitam: vocabatur autem locus ille Agion. Sed cum Dominus sibi placitum 20 propalare voluit famulum, per aliquod publicavit indicium.

* cod. xercendae. 5. Post aliquot annos, [cum] terrae illius incolae, causa exercendi * ruralis operis curas pervagantes deserti secreta penetrarent, fortuito accedentes ad locum, viderunt cellulam opipare constructam. Et metuentes serpentium famam inibi habitantium, quam olim compererant, non ausi sunt propius accedere; 25 * sic. sed eminus prospicientes, conspicantur quasi verisimile * hominis effigiem, stupentque mirantes si hoc fieri posset quod contemplabantur. Tandem certius experti cognitionis humanae, agnoscunt hominem intus orantem. Verso ipse post se vultu, vocavit ad se quos vidit, interrogans quem deum et quam sectam crederent et quibus religionis cultibus * vacarent. Qui plurimorum se numina cre- 30 * cod. sculptibus. dere fatentur deorum. Quibus omnium paene scripturarum et evangeliorum praedicans disciplinam, ostendit quae sequi debeant praecepta et quae cavere et respuere mala, ab idolorum recedere cultura et Deo adhaerere cui oboedit omnis creatura. Qui compuncti crediderunt, et abeuntes suis diffamaverunt. Cognita autem in sancto curationum gratia, aegros omnes quos habebant et vario languore 35 vexatos offerentes, precabantur reddi sanitati: quod non differens libenter praestabat. Cui a Deo tanta erat praestita gratia ut quos olei sacrati unctione perungebat, extemplo saluti reddebat: unde non minimus esse coepit ad eum turbarum excursus.

6. Siquidem ibi nullus alicujus laboris usus hactenus fuerat habitus. Denique 40 precatus est quempiam rusticorum ut sibi vitis exhiberent ad plantandum palmites. Allatique sunt vinearum malleoli, quos sumens plantavit, aquisque rigavit,

atque Dominum precans oravit : *Domine, omnium dominator atque vivificator, qui Noe famulo tuo plantandi vineam exemplum dedisti, praesta ut haec vineola tuo nomine plantata, non diutius vacans sterilitate, aliquid fructus proferat, unde tibi acceptabilia offeram sacrificia.* Quae intra paucarum spatia horarum plantatio tantum protulit uvarum ut circulo ipsius anni vinum non defuerit.

7. Quadam enim dierum rusticus quidam, suum prosequens iter, secus vineam venit ; vidensque uvam pendere de palmite, arbitrio gulae capitur, et arripiens butrionem ad os suum duxit. Statimque ore clauso haeserunt stupefactae fauces, et nec glutendi nec exspuendi possibilitas fuit. Qui concito cursu venit ad cellam senis, dans motibus indicia sibi miserendi. Ast sanctus intrans oratorium, pro rustico precabatur Dominum ; ilicoque crucis signo in rustici ore posito, evomuit quod tetigerat, et erupit clamans : *Serve Dei, indulge praesumptioni meae.* Cui Donatus : *Indulgeat, inquit, tibi Deus. Vade in pace, et vide ne ulterius huic simillimum repetas.* Abiit ille, diffamans omnibus opprobrium suum quod perpressus fuerat.

8. Eo tempore erat quidam puer apud Ebredunensem urbem, nomine Florentinus. Hic audiens tanti viri famam, orabat Dominum ut mereretur videre eum. Et mane surgens, strato jumento velociter arripuit iter. Veniensque ad locum, invenit Donatum orantem, et accurrens festinus occumbit ante pedes. Quem sanctus elevans, qua de causa ita praepeti cursu venerit exquiri, auditque ab eo se velle ejus obsequio detineri. Quem presbyter suscipiens, secum esse permisit. Non multo dilapso spatio advenit pueri genitor, veluti perditam gemens prolem, et ait : *Quid, fili, a me tibi contrarium extitit, ut utiliori egeas solatio patre? Quid in genitrice displicuit, ut horreas quae te sua aluit mamilla.* Et ait Donato : *Redde mihi unicum pignus et matri. Omne nostrum retentas solatium.* Ad quem ait sanctus : *Vade, frater, et perquire quis eum huc adduxit. Si restituerit eum tibi, non causabor.* Videns pater filii votum, accepto jumento hejulans remeavit.

9. Sanctus Donatus, vocato ad se puero, tradidit ei suum codicem. Quem Florentinus aperiens coepit legere, et quamquam ignarus litterarum, omnem tamen studii disciplinam brevi praeoccupavit spatio. Cui Donatus : *Ecce, frater, ad plenum quae miserae sufficiunt animae percepisti. Agendum est quo substantialis sustentetur caro, quae infirma est, quia hoc eget praesidio, utpote cum psalmista dicat : « Labores manuum tuarum manducabis. »* Abiit uterque ad excolendum holerum hortum. Quo concinnato, quadam nocte quidam incolarum, iter faciens secus hortum, gastrimargiae captus incussione, evulso horti ostio coepit evellere holus ac imposito humeris opere cupit abire. Oblitus quo venerat aditum, regyrans circuit hortum, ut inveniret quod evulserat ostium. Tandem victus atque confusus, haesit in medio, sicque ducens noctem stetit oneratus. Cum jam aurescente caelo claresceret dies, decursis nocturnis hymnis et laudum matutinis, Donatus assumpto collega ad hortum pergit. Ubi

* cod.
Omnem.

appropinquans vidit eversum ostium hominemque immobilem maguderibus cepi ~~is-~~
 que onustum in medio fixisse vestigium. Dixitque ei : *Quid tibi contigit, frater* ~~?~~
 At ille, ut erat stupens, nec vocem edidit nec moveri valuit. Tunc Donatus a ~~it~~
 Florentino : *Solve eum, frater, quia hortum et holera tibi commendavi.* A ~~ad~~
 haec Florentinus : *Tu solve eum, pater, quia non est discipulus super ma* ~~5~~
 • *cod. lixit. gistrum.* Protinus genu flexit et pro capti solutione oravit : et confestim solutu ~~is~~
 deposuit onus. Dixitque ei Donatus : *Habe quae collegisti et da familiae tuae* ~~is~~.
 Abiit ille in domum suam cum onere et indicavit quam pertulit passionem.

10. Quodam igitur tempore orationis gratia sedem Sigistericensem Donatu ~~s~~
 adire disposuit. Haud longe ab cella quaedam vallis habebatur quercubus robu ~~10~~
 stissimis aliorumve generum frondibus condensa atque scopulorum cautibu ~~is~~
 acutis inasperata circumquaque congeries : quibus intererat admodum artum iter ~~is~~
 atque laboriosum, ita ut vix aliquod exoneratum animal meare quivisset diffi-
 cultate rupium vepriumve ac spinarum, nec divertendi aliorum ulla erat possi-
 bilitas. Ibi enim, quod dictu mirum est, daemon talis erat die noctuque commo-
 rans, qui licet minime videretur, transeuntibus tamen ingens inferebat luctamen,
 ictibus lapidum a praeruptis exequendo ac minantia verba frendendo, et quasi
 quosdam saltus emittens, post terga fugientes insequabatur, nisi forte in arti illius
 itineris introitu suis eum salutationibus praevenirent : erant enim transeuntes,
 videlicet idolis dediti, soliti salutare eum. Vocabatur autem daemon a rusticis ~~20~~
 Satellus, ideo quia insequendo velut saltus quosdam faciens emittebat. Per quod,
 ut diximus, iter Donatus transitum fecit. Cumque ad praedictum locum devenis-
 set, ecce subito ex adverso affuit daemon et ait : *Quo vadis, presbyter ? Cui*
ille : Quo ego vado, non potes me sequi. Et daemon : *Aut salutationem*
mihi exhibebis aut mecum luctaberis. Ad quem Donatus : *Luctationum* ~~is~~
tuarum insidias contra humanum genus semper intendis ; sed in Domino
confido : non dominaberis mihi. Adjuro te, inimice hominum, per Deum
dominatorem caelestium, terrestrium et infernorum, ut deinceps nulli
 • *sic. adverseris, sed proprio labore sollicitus, hoc, in quo iterantibus adversari*
solitus es, iter amplius et planes sine cessatione quoadusque revertens ~~is~~
 • *sic. veniam, quatenus jumenta onerifera, vehiculi et bigae seu plaustra sine*
tarditatis impedimento iter expediant. Et faciens crucem sanctus, evanuit
 inimicus. Proseutusque Donatus quod coeperat iter, sanctorum loca adivit invi-
 sere ; et supplicans Domino, per aliam viam repedavit casulam, interim daemone
 jussum implente. Denique transeuntes illinc diaboli vocem per eremum audie-
 bant conquerentem : *Heu me miserum ! Quid mihi et viro Dei ? Vae mihi*
contigit ejus salutationem quaerenti. Nonne sufficiebant militum alio-
rum, quas in uno perdidisti ? Quis potius continuo lapidum opere inces-
santer deprimor, et ipse, qui se ab heri et nudius tertius venturum pro-
misit, minime revertitur. Me magis infernum vellem retinere profundum ~~is~~
quam potius paterer praesentiu damnâ laboris. Tali se perendie reclama-
 tionem conquerente, olim angustam ampliavit semitam. Adsunt hodieque lapidum

rvi in immensum conglobati, indicia veri facti, dextra laevaue planati callis.
 .1. Erat tunc temporis quidam senator in Sigisterico pago, nomine Celsus. Hic
 liens famam Donati, stimulatus ira dixit : *Vivit anima mea, quia quae
 dio maleficia sunt.* Et missis ministris jubetur adduci, sed non sine injuria.
 em intuens Celsus, diabolico furore praereptus ait : *Tunc es ille magicus
 mpilator, cui non solum homines verum etiam daemonia subigi dicun-
 ? Cujus conditionis es, vel unde huc advenisti? Respondit Donatus : *Si
 ditionem quaeris, a christianis parentibus natus [sum] et a cunabulis
 istianus. Si nationem, ab Aurelianis huc adventatus et Christum
 itatus. Nam quam reputas magicam, neque novi neque scio.* Ait Celsus
 ministris : *Extenso virgis latera tundantur amare, quousque fateatur
 ibus superstitionibus operatur.* Cumque graviter caederetur, nihil aliud
 ebat nisi Deum, dicens : *Domine Jesu, adesto mihi propitius. Tu scis
 od nullam umquam didici magicam.* Adstantes quidam dicebant : *Nihil
 i et homini isti. Injuste damnas insontem. Detestare ei ut exeat a fini-
 tuis.* Tunc detestatus est sibi exire et alias conferri ; sin, lapidandum.

Hau[d] secus eximium repulit de sede Donatum.

.2. Qui reversus ad cellam, coepit quaerere secretiorem et tutiorem locum ;
 enitque non longe a cella, e regione, speluncam parvam densissimam, prisca
 iotiorem, quae vix unius hominis capax sinum occulerat artum. Ubi accubuit
 ns : *Deus omnipotens, qui Moysi famulo tuo mare rubrum aperuisti,
 populus tuus transiens minas evaderet Aegyptiorum, concede et mihi
 terrimo antrum ubi occultari possim ignotus oculis hominum.* Facta
 lione obdormivit. Quo dormiente, aperta est rupis in profundum pedibus
 aginta. Experrectusque vidit ante se antrum* in profundum ; et gavisus laudes
 nino solvit. Inde declinavit ad sodalem, referens quid Dominus sit operatus ;
 itrique descendentes ad antrum*, ibi deliberant stationem.

* cod.
 antram.

* item.

.3. Praedictus superius Celsus tunc unicam habebat filiam ; quae cecidit in
 ermitatem, cui nulla erat libertas quiescendi. Hae[c] quibus potuit indiciiis
 ilium poposcit Donati. Quod audiens Celsus, jubet eum inquiri et honorifice
 entum adduci. Abeuntes autem quaesitores, lustrarunt montium quaeque
 erticula Alpiumque juga colliumve latibula. Exploratis vero cunctis latebris et
 squam reperto, vacui reversi sunt. Inde adeunt aruspicum ac phitonum cap-
 e augurium, si forte acciperent aliquod eremitaе sancti indicium : a quibus
 ponsum acceperunt quia Deus tulit eum. Hoc audiens Celsus, dolore artatus
 ae, petebat mori. In hujus ergo villa quidam rusticus perditos quaerebat boves.
 eragrans vicinorum montium latera, nullum boum invenit indicium. Tandem
 lia transacta die appulsus est ad antrum ubi sanctorum erat diverticulum. Hic
 oris perstans agnoscit aliqua humana in humo vestigia, et exclamat, si homo
 is haberetur, cum eo colloqueretur. Ad quem ab intus sacerdos Dei : *Adsum.*
 uit, *fili* ; et indicavit ei quid quaereret. At ille : *Revertere domum : cras
 entes boves.* Credidit homo auditum et abiit. Facto mane invenit boves ante

januam suam. Quos ut vidit, gavisus accurrit domum Celsi, exponens de Donato et de bobus inventis. Hoc audiens Celsus, fecit adesse episcopum ipsius sedis. dicens : *Ne forte mihi indignetur, obsecro, accersi Donatum.* Quod et fecit episcopus. Quibus simul venientibus obviavit Celsus, paenituit quod ei injuste irrogaverat. Hoc sanctus libens illi donavit. Et ingressus domum, defertur filia 5 agens jam in extremis. Quam ut Donatus vidit, flexis poplitibus cum episcopo oravit : *Domine Jesu Christe, qui filiam archisynagogi tua virtute a morte resuscitasti, et per Petrum Thabitam, per Johannem Drusianam, dignare hic adesse et nostrae petitioni tuae virtutis effectum praestare, et redden-* 10 *saluti quam retentat infirmitas.* Et apprehensa ejus manu*, levavit sanam. 11

* cod. manum.

Volentem mox reverti Donatum hortatur Celsus nocte illa secum esse debere. In crastinum praesul, senator et omnis comitatus secuti sunt presbyterum usque ad andreolam. Abhinc Celsus ampliari fecit ecclesiam, ministrans necessarios sumptus.

14. Adhuc retento unum mirandum atque summum, quod non puto silendum 15 sed potius scribendum. Dicam quod fecit verum sacer una dierum. Cum quadam die egressus a cella ad ecclesiam pergeret Domino supplicaturus et vota solita redditurus, invenit ante fores ecclesiae infantem vilibus obsitum pannis et vagientem ac si natum recentem. Tunc videres misertum perlactentem repertum solum 20 intra desertum. Ipse vult esse pater ; sed hic non erat mater. Statim solo se stravit, obnixius oravit et Domino supplicavit, dicens : *Admirande Deus in operibus tuis et adjutor in opportunitatibus quae sunt in tribulatione, in quo sperant qui te noverunt, adesto mihi invocanti te et fac propitiationem tuam super hanc humanam creaturam. Qui ex limo terrae formasti Adam et ei vivendi ingenium contulisti, qui plurimis diebus in deserto 25 Heliam ministro corvo pavisti, quique Danieli inter feras posito panem per Habacuc portitorem, ne deficeret, transmisisti, da consilium mihi roganti te, quo parvulus hic alatur et nutriatur, quandoque ablactandus suo videlicet tempore.*

*Non mihi mamillae, non ubera dantia succum,
Unde cibum capiat nec possit habere vigorem.*

Tuum est vivere et crescere et mori. Tibi obsecundant omnia debito famulatu, cui cum Filio tuo et cum Spiritu sancto est insolubile et proprium semper omnia posse. Amen. Et data sanctus oratione, ecce respiciens ex adverso vidit de monte dilapsam ad se properantem cervam solivagam nec 30 ullo turbatam assecla,

* cod. nimia.

Ubera quae nimio* portabat pendula lacte.

Et apprehendens parvulum, apposuit uberibus cervae quousque ablactatur. Et hoc semel in die certo tempore observato,

Exin cerva suum sequitur per pascua pastum.

Hunc etenim puerum disciplinae censurae traditum caelestibus studiis mancipavit.

15. Jam enim instabat tempus, quo et Dominus servo diurno sudore militanti ceræ remunerationis denarium impertiret, et quo servus duplicatum exhibens entum, intraturus in Domini sui gaudium debitum reciperet præmium. Eodem tempore insignis et magni meriti abba Badocensis monasterii, nomine rius, clarus virtutibus et sapientia inter cetera fidelium agmina specialiter iversalibus bonis et optimis moribus præpollebat. Huic divinis præoccupato ciis, in spiritu Dei nutu compertum est debere visitare sanctum sacerdotem ratum et eremitam probatum. Excussus itaque a visione, consolationis gratia arguens adiit Donatum, et visi, cara fraternitatis ad invicem sibi dantes oscula, nio gratulabantur amore. Post colloquia vero divina, postque dulces dilectionis ceræ ac amabiles amplexus, uterque, scilicet Marius et Donatus, una cum Florentino introivit ecclesiam. Qui dum prolixius orarent, Donatus viaticum petiit accepit. Quo percepto, gratias Deo quas potuit dedit, et inter verba orationis retum et incontaminatum ad Dominum Deum transmisit spiritum XIII kalendas tembris. Beatus autem Marius videns eum emisisse sanctam ad caelos animam, rsolvens sacrosancta mysteria Deo dilectis debita, una cum Florentino eum dem ut decuit digna veneratione sepelivit.

Ad cujus tumulum crebre miracula fiunt

Annua, quæ sanctum demonstrant vivere Christo,

si cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat.

EXORDIUM VITAE S. LUCÆ EVANG. (Cfr. supra, p. 308,25°).

Beatus Lucas evangelista nobili Argolicorum stemmate carnis nativæ originem uxit, civis Antiochensis; ubi a progenitoribus ablaectatus, philosophiæ summæ idiis applicitus, Platonica dogmata atque academica discursando flumina mensa tranando cucurrit, et quæ mundialis sunt pomposæ figuræ stilo puri rdīs lustrivago tramite perlustravit. Qui licet inter rhetorum facundas delibationes educatus et syllogisticas oppositiones præreptus obstreperet, non tamen am, quam ab alvo parentum eduxerat, quoquo pacto commaculavit naturam, i pulchra exsecutione pura, non insolescens inani vagatione, omnimoda puritæ salagens, suam decusavit compos probus venustatem. Erat enim inter cetera didiorum documenta Hippocratensium malagmatum arte medicus, quo quanto rationum obligationibus non minimo angeretur labore, tanto artius a coævis luo cingebatur amore. Sed ejus sagax ingenium et vivax sanæ mentis acies amquam præsentia commoda niteretur, licet gentilium ritibus, quod esse * *cod. esset.* et casus perdendorum, vallaretur ac diversorum * *cod.* numinum diversis monstris et rtentis ambiretur, tamen miseratio divina semper eum intuitu supernæ pietatis pexit, cum inter nociva commercia et fluctuantis maris procellas indemnem univit et sibi futurum præconem prævidit, et cum eum immaculatum corpore vans, virginitatis amatorem effecit et neque uxorem umquam habere siverit que soboles procreare.

PASSIO S. THEODORITI PRESB. ANTIOCHENI (Cfr. supra, p. 308, 26°).

Incipit passio beatissimi martyris Theodoriti.

1. Attestante evangelica veritate et familiariter pro temporalibus dispendiis aeterna pollicente suis discipulis, audivimus et scimus quid dixerit: *Beati eritis cum vos oderint homines et cum separaverint vos et exprobraverint et ejecerint nomen vestrum tamquam malum propter filium hominis; gaude et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis.* Jam ergo ubique per orbem crescente christianorum fide et tantae promissionis substantiam Dei servis argumentantibus, inter ceteros unus enituit cujus Antiochenum ¹ *cod. add.* nomen est Theodoritus, qui vincendo diabolum ejusque ministros ² meruit et ³ fieret columna in templo Dei aeterni et scriberetur super eum nomen novum et fulgeret ornatus candido calculo ante oculos regis regum simulque illius mannae indicibilibus frueretur deliciis. Cui etiam ad augmentum gloriae divinitus praestitum est ut primus martyrium susciperet in illa crudelissima persecutione quam Julianus imperator apostata per alterum Julianum avunculum et per diversarum ⁴ provinciarum procuratores et iudices excitavit, et quasi imbre temporaneo irrigata et solis calore uva primo maturata, in calice summi pontificis, futurorum utique honorum juxta ordinem Melchisedech, expressus, sacrificium ante conspectum majestatis Dei elevaretur et susciperetur. Et quia ipse jam dictus pretiosus sacerdos Theodoritus martyrium devote suscepit, sacerdos pariter et martyr, ⁵ angelum apostatam, utique Julianum et alterum Julianum apostatas, constanti confessione nominis Christi superavit. Sicut enim lux contraria est tenebris et pax discordiae et omne bonum omni malo, sic sanctus iste contrariam habuit nequitiam aeris hujus.

2. Nam ut amplius dici potest quomodo iste ornatus omnibus fuit virtutibus, ⁶ sic persecutor ejus Julianus omnibus illaqueatus vitiis, in tantum ut quid in eo pejus esset neque cognoscere aliquis neque dicere posset. Scholis siquidem a primaeva aetate traditus, liberales artes veloci sensu didicit et, sicut de magistro ejus dicitur quia diabolum male interpretatur Scripturas, iste omnia quae bene scholae audivit magistris contraria tergiversatione malo sensu pessimavit. Relicto ⁷ enim nomine christiano et baptismate abnegato, quos Christo servientes investigare potuit occidere coepit. Usque adeo superbia illius intumuit ut Dei timorem funditus a mente sua abiciens, Deum se in aliquo nocere non posse speraret. Sed antequam sortiretur imperium, odium illius qui tunc erat imperator, Constantii christiani timens, quia eum jugulare gladio volebat, nullum alium ⁸ *sic.* consilium servandae repperit vitae quam ut ordinaretur diaconus, et sanctis altaribus famulans, in ovina pelle interim lupus rabidus ⁹ *cod.* se absconderet; nec reminiscens *rapidus.* lectionis evangelicae, quam ipse sancta missarum sollempnia recitabat, vel ¹⁰ *sic.* apostolica, neque curans de hoc per quod salvabatur, numquam Deo credens gratias vel in modico reddidit. Interea defuncto Constantio, cum ipse Julianus

- infelicissimus iniquissimè suscepisset imperium, tantum ejus animus de illa transitoria inflatus est laetitia ut nec suimetipsi * recordaretur nec ventura timeret, praeteritae etiam quas habuerat angustiae a corde ejus effugerent. Dumque illum honoris sui blandimenta delectant, quod in baptisate promiserat totum
- 5 mentitus est, non solum apostata factus, verum etiam ut religionem christianam radicitus tolleret omni ingenio tractabat, illis videlicet christianis quibus suadere poterat, aliis munera multa auri et argenti aliarumque specierum promittens, aliis principandi honorem tribuens, denique multos arte a Christo captivavit et ad societatem damnationis aeternae diabolo secum mancipavit. Avunculum revera
- 10 suum Julianum, quem jam memoravimus, similem sibi nomine et facto, per talia hortamenta decipiens, ut a Deo vivo faciem animae suae averteret et daemones adoraret obtinuit. Qui cum similiter ut nepos suus refuga legis Christi effectus esset, coepit Antiochenorum affligere ecclesiam, quae a christianis de his quibus idola quondam sua spoliaverant auro et argento multis modis ornata
- 15 erat. Insuper et ad imperatorem accessit ut potestatem ei concederet persequi christianos et destruere * ecclesias atque depraedari. Quam potestatem cum ab eo accepisset, perfecit quod volebat; aurum et argentum ab ecclesiis tulit, christianos fugere compulit. Qui locum dantes irae, ubicumque poterant Deo servire studebant.
3. Dum haec ageret Julianus et christiana lex ubique a ministris sathanae impediretur, beatissimus Theodoritus, Jesu Christi sacerdos Antiochenus, non sicut ceteri austeritate persecutionis tremefactus fugit in absconditis ubi latere potuisset, sed, sicut miles fortissimi imperatoris, in aperto campo prosilivit, tamquam diceret: *Quis est qui contradicit mihi? Stemus simul: qui est*
- 20 *adversarius meus, accedat ad me.* Non enim timebat servum diaboli Dei servus; ideo nec ab urbe Antiochia fugiens exiit nec ecclesiam dereliquit, cum potius sine intermissione in ipsa ecclesia cum fratribus qui cum eo in illa temptatione permanserant officia dierum et noctium Deo persolvebat. Quod cum Julianus avunculus Juliani Caesaris, minister videlicet crudelitatis, cognovisset,
- 25 qui, sicut jam diximus, a pessimo imperatore nefariam acceperat potestatem, ut gratiosior tam Caesari quam omni palatio fieret, comprehendi sanctissimum Theodoritum jubet. Qui cum comprehensus fuisset, carcere clausus est. Et ut graviores illi essent tenebrae carceris et intolerabilius tormentum, sicut solet * in obscuro, ut pavore mens hominis concutiat, cotidie ad lucem illum producebat,
- 30 ut videns una hora lucem et postea tota die et nocte caligine tenebrarum perfusus, quasi cum ostendatur famelico cibus aut sitiendi plenum de optimo vino aut aliqua potione vas et modicum permittatur gustare, sic sancto martyri Theodorito esset lux desiderabilis, cum eam modicum et quasi transeundo videret, quam utique sciret non sibi diu concedendam. Et hoc non erat satis illius crudelitati;
- 40 ceterum jubebat suis carnificibus ut corpus ejus diversis fustium et virgarum plagis verberaretur: quod illi voluntarie et supra modum faciebant.
4. Cum ergo beatus Theodoritus ita esset carcere clausus ut per diem crucia-

* sic.

* cod.
destrueret.* cod.
sole esse.

retur, et Julianus invictum eum a confessione nominis Christi videret, antequam dies judicandi sanctum martyrem, qui inductus erat, inlucesceret, eadem nocte eum ante se jussit adduci. Sed divina providentia procuratum est ne tantum lumen ecclesiastici exempli silentio noctis martyrium subiret, sed magis, quia lumini Patris Jesu Christo filio Dei testimonium perhibebat, licet noctu judicium ⁵ reciperet, martyrii tamen perfectionem in luce diei consummaret. Itaque, sicut ^{cod.} perfectione. supra libavimus, per noctem ante Julianum adductus judicem, pro dolor, ligatus retro manibus et ligno quod aequuleum vocant suspensus per ipsa ligamina manuum, jam beatus caelo et terrae apparebat propter ipsum supplicium.

5. Cum vero miserrimo judici ita praesentatus fuisset, ita cum eo confabulari ⁶ coepit: *Tu es, inquit, Theodoritus qui tempore Constantii ecclesias aedificabas, et deos destruebas, et illos honorabas et venerabaris qui propter stultitiam et insipientiam duritia cordis sui a principibus romanis occisi martyres a Galilaeis vocantur?* Sanctus Theodoritus respondit: *Ego de illis sum quos tu Galilaeos vocas, verissimus christianus, et usque ad ⁶ finem hujus vitae sub nomine christianitatis Christo meo servire cupio. Ecclesias autem et martyrum domos non ego aedificavi, sed majores nostri, et Dominum nostrum Jesum Christum filium virginis in eisdem ecclesiis adorari et martyres venerari docuerunt. Ego Deum unquam non subverti nec destruxi, quia potestas ejus potestas aeterna quae non ⁶ auferetur, et regnum ejus quod non corrumpetur. De eorum vero ruina quos tu deos vocas, numquam mens mea satiata est. Illorum templa destruxi et eos semper pro nihilo habui et ab eorum obsequio omnes quos ⁶ potui ad veri Dei cultum revocavi. Hoc autem, quod tibi pejus est, ipse intellegis, qui cum christianus esses, haec quae tibi indico confitebaris; ⁶ sed modo daemon non homo haec eadem abnegas, quia similis es daemonibus quae adoras. Cum haec verba beati Theodoriti scelestissimus Julianus audisset, in iram vehementer exarsit et jussit carnifices ut sancto Theodorito duplicarent poenas, et pro convicio quod ei dixerat et pro injuria deorum, quorum confessus fuerit se templa et altaria destruxisse. Theodoritus ait: *Pro ⁶ quibus contra me irasceris, imperante Constantio feci: et cum haberet, sicut eum decebat, tantae potestatis honorem et magnitudinem, numquam ⁶ tractavit aut alicui consensit ut Dei famulos affligeret. De te autem non est mirum si simulacra defendere velis.**

6. Tunc iterum Julianus verba sancti martyris quasi punctiones stimulorum et ⁶ velut clavos in altum defixos suscipiens, iratus nimium ait laniatoribus: *Vapuletur in lateribus, quia deos nostros simulacra vocavit. Percussus beatissimus martyr in lateribus, respondit post verbera: Peccas, impiissime Juliane, qui unicam deitatem per vocabula deorum multorum dividendo conscindis et eos dicis deos qui ingenio artificum aut de luto aut de ligno aut ⁶ de lapide formati, sive metallo fusi sunt. Julianus ait: Ne majores diis nostris et nobis inferat blasphemias, colaphizetur in facie et in ore.*

inque caesus fuisset secundum quod jurasset Julianus, Theodoritus respondit : *Juliane, quia te volui et volo docere ut cesses ab errore tuo et tenebras corde tuo effuges ut lumen veritatis tibi luceat, propterea tam aspere praecipis ferire.* Quae cum Julianus audisset, respondit : *Nunc quia putas irascaris. Post vapulationem autem istam tormenta senties ac sufferre non possis, nisi diis dignum reddas honorem. Hoc enim essit Julianus invictissimus imperator.* Theodoritus respondit : *Recordari debueras quod tibi dixeram, ut non diceres deos qui manibus hominum facti sunt, qui nec sibi nec hominibus se adorantibus succurrere solent. Ideoque depone, miser, tantam stultitiam et tam vanam superbia, per quam in corde tuo coepisti ut Deo contradicere non timeas. Num verum et unum cognosce, qui caelos, qui terram, qui mare et omnia creata fecit ex nihilo.* Post haec beati martyris verba Julianus ait : *Numquid se est Deus tuus quem Christum appellas?* Theodoritus dixit : *Christus creator est hominum, sicut ipse jam didicisti et in corde tuo tenuisti; nec accusari nec contrahi potest verbum et virtus, sapientia et unicus dei filius, qui propter salutem hominum a Deo Patre de caelis missus est, ut corpus ex Maria virgine assumeret, viam sapientiae demonstraret, ab idolorum cultura homines separaret et de omni contagio peccatorum animas liberaret et ad nitorem gloriae invitaret.* Ad haec Julianus respondit : *Praesumptuose loqueris, Theodorite, et componis verba per quae nos decipias.* Theodoritus ait : *Dum veritatem sciebas et Deum in inequo sermone tuo narrabas, ex parte et non perfecte faciebas. Sed quia superbia saeculi te in arrogantiam erexit, idcirco dicis deos qui sunt iserae statuae, qui nec memoriam aliquam habent, nec audiunt nec sentiunt, neque odorem suavem vel putidum discernunt, nec quorum manus, dum recipiunt munera, sentiunt, neque pedes ad succurrendum suis sacerdotibus, dum ante eos proni ceciderint, habent; veritatem autem, quae Deus est, dicis errorem.*

7. Quae cum Julianus audisset, sicut aspis obturavit aures ut non bene cantum sancti viri verba audiret; in iram tamen et solitum furorem prorumpens, carnificibus praecepit ut afferrent equuleum et suspenderent Theodoritum sanctum. Quod cum fecissent carnifices, tam rota quam funibus beati martyris membra tendebant. Sed miserante Deo, ut non sentiret injuriam, sancti viri corpus ita in longitudinem extensum est, ut plus sanctum corpus octo pedibus tenderetur quam aequuleus in longitudinem, et sic inviolata ab omni vulnere dolore membra permanerent: quantum enim crevit corpus, decrevit injuria. Quae haec fecissent de sancto Theodorito carnifices, Julianus, jam quasi eum deridendo locutus est : *Quid tibi videtur, Theodorite? Sensisti tormenta. Jam nunc crede consilium meum, et adora deos nostros potius quam Christum tuum.* Sed ad haec Theodoritus laeto vultu et altiori voce gaudens respondit : *Jam oblitus es nostram illam quam tibi dixeramus sen-*

tentiam, et ita animum tuum obumbras optime insipientia, ut non recorderis non esse dicendos deos qui fiunt arte fusoria vel fabrili. Crede potius Deum qui fecit caelum et terram et mare per verbum unicum, filium videlicet suum Jesum Christum, hominem factum, hominum salvatorem et redemptorem. Tunc Julianus ait : Jesum crucifixum Deum dicis et hominem mortuum Deum caeli testaris ? Theodoritus ait : Jesum crucifixum, mortuum et sepultum, de mortis tamen sepulcro resurgentem et mortem conculcantem, oblitus es, miser. Cum corpore videntibus discipulis caelo sublevatus sit, noli ita infelix errare. Crede filium Dei, qui verbum est Patris, praenuntiatum et praedictum in saeculis prioribus per os sanctorum prophetarum, et per voluntatem Patris ad terras descendit. Simulacra vero despice et pro nihilo habe, quae te jubente et fabris operantibus coram te facta, neque adjuvare neque nocere possunt.

8. Post alia sancti martyris verba, Julianus dixit : *Sane quia te Deum factorem omnium adorare solum fateris, et imperatori te oboedire convenit. Concordari enim debes Dei tui praeceptis, ut imperatorem colas quem Deus tuus veneratur. Scriptum est in lege vestra quod imperatoris anima in manu Dei est.* Theodoritus respondit : *Si hoc quod nunc dixisti legendo didicisti, melius intellegere debueras. Si autem non legisti, sed per auditum cognovisti, ego te docebo qualiter intellegere debeas quid dixeris. Audi ergo. Veraciter confitemur nos [quia] anima imperatoris in manu Dei est, non talis imperatoris qui idola colit ac colere alios permittit, qui non imperator sed potius tyrannus dicendus est, sed ejus utique qui clemens, qui pius, qui misericors et Deo fidelis est. Ac per hoc potes scire quia anima imperatoris in manu Dei est, non anima tyranni qui Deo et hominibus perditus est.* Quae cum Julianus audisset, imperat licitoribus ut sanctum torquerent corpus. Illi autem quod tyrannus jusserat exequentes, semis unguis latera beati martyris dilacerare coeperunt, ita ut triumphus sanguinis ab utraque parte decurreret. Hoc autem quod diximus semis unguis genus tormenti [est] in similitudinem pedum aquilae vel accipitris de ferro factum, quod pagani eo tempore ad discerpenda sanctorum martyrum corpora fabricabant; unguis autem dicebantur quando pes erat integer, semiunguis vero dimidius pes.

9. Igitur sanctus Theodoritus tali tormento direptus, nec vultu pallebat nec sermone fallebat neque spiritum reddebat. Tunc Julianus : *Vides, inquit, Theodorite, inter quae sis tormenta et qualia circa latera tua maneat supplicia. Jam nunc deos adora, ut vel vita tibi concedatur.* Pretiosus Theodoritus respondit : *Ego numquam adorabo deos hominum arte factos. Deum creatorem hominum adoro et ab eo vitae aeternae praemia exspecto. Tu autem si deos alios aestimas, eris eorum perditionis participes. Fidei vero mea confessione, pro qua taliter torqueor, hereditas illius promissionis exspectat, quam Dominus Jesus omnibus fidelibus*

ollicitus est, dicens: « Si quis confessus fuerit me coram hominibus,abor et ego eum coram patre meo, qui est in caelis. » Post haec Julia:
: *Videtur mihi, Theodorite, quod non sicut ego volueram sensistinta.* Tunc beatus Theodoritus respondit: *Ergo cum aliquo joco lusistina, ut quem tribulas speras non sensisset tribulationem.* Jam vero e corpore egregii martyris loquamur. Julianus cum suis carnificibus incesuper eum astabat et sine intermissione torquebat. Nullam aliam vocem ab e audire dicere potuerunt nisi *Domine Jesu Christe, adjuva me.*

Tunc Julianus, videns tantam ejus constantiam, jussit cessare carnifices, ersipellis, quod per austeritatem tormentorum [obtinere nequiverat], blana verborum ut Deum negaret suadere coepit. *Videtur, inquit, mihi, Theo, aliquem te debere imperatori censum. Quod quia non potes solconstitui te inter poenas mori. Tamen quicquid illud sit, confitere Loquar pro te imperatori, et dimittet tibi debitum. Si autem ab mutuum accepisti, accipies scripturam et anulum ejus et abibis*
Tunc beatissimus martyr, tamquam nullam sustinisset injuriam *, re:
t: *Transiet vobiscum substantia avaritiae vestrae in perditionem. utem nulli quicquam debeo nisi Deo soli fidem: quam oro ut cui me liceat, ut possim caelestis paradisi perfrui gaudiis.* Post haec is ait: *Miserrime Theodorite, jam paeniteat te de his quae usque dixisti, et jam iterum cave ne animam tuam tollamus.* Tunc sanctus ritus, quia miserum eum Julianus vocaverat, respondit ei: *Tu, Juliane rime, cognosce Deum, qui tibi corpus donavit et animam.* Tunc is iratus jussit revocari super eum tormenta. Cumque multas tortiones arnifices sancto ejus corpori inflixissent, Julianus sanctum martyrem se credidit et ait: *Quare, Theodorite, tantam habes proterviam, ut dicas qui flagellatus et crucifixus est? Theodoritus respondit: Illum dicis crucifixum fuisse, et te, crudelissime hominum, et tyrannum quem tu imperatorem nominas, in die judicii aeternalibus flammis iabolo principe vestro damnabit. Ibi scietis quid sit inter Deum et falsas imagines quas adoratis.*

* cod.
suspiriam.

His sermonibus vehementer concitatus Julianus, duas ardentes lampades is beati martyris jussit applicari, ut ubi ante sanctus et cori et carnis sionem passus fuerat, ingeminato flammaram ardore multo magis crucialum vero carnifices studiose quae mandaverat Julianus fecissent, idoneus testis Theodoritus anima et oculos ad caelum conversis talem edidit ora:
: *Domine Deus omnipotens, qui fecisti caelum et terram, mare et quae in eis sunt, qui salvator es hominum et totius mundi rector er es, salva eos qui te confessi sunt, filium vero tuum, quem in im misisti ut ab hominibus adoretur. Ostende impio imperatori et inistris potentiam tuam et virtutem tuam, ut intellegant quanta io sit inter eos qui tibi serviunt et eos qui diabolum secuti idola*

* sic. *adorant et servos tuos interficiunt; [per] Jesum Christum qui vivit.*

Tali igitur oratione perdicta, cum autem confirmata fuisset, subito tortores ceciderunt in terra cum ipsa quam tenebant lampadarum flamma cadentes, et viderunt quattuor angelos qui cum sancto martyre loquebantur. Videns vero eos

* cod. inter
flamantis.
* cod.
corpore. Julianus cecidisse, de aliis militibus vocavit qui flammandes * lampades sancto 5
adhiberent corpori *. Qui respondentes dixerunt: *Aliis hoc facere nobilitas tua*

imperet: quia nos vidimus quattuor caelestes virtutes circa eum quae cum eo confabulabantur, pro quibus ad eum accedere [non] possumus nec audemus. Post verba carnificum, Julianus multum iratus velociter eos jussit in profundum dimergi gurgitem. Qui cum ad demergendum ducerentur, clamabat 10 post eos sanctus martyr: *Attendite me, fratres: cito namque vos subsequar et vobiscum corona[m] victoriae ante Jesum Christum, qui mortuus est victor, comportabo.*

12. Carnificibus autem ad baptismum simul et ad martyrium ductis, Julianus ad sanctum Theodoritum conversus dicit: *Quis adversatur? Quis dabit palmam, Theodorite? Quis victoriam?* Respondit Theodoritus: *Adversatur diabolus et tu ejus minister, qui multa quae Christo et nobis servis ejus sunt adversa per te operatur. Dabit vero palmam et victoriam Dominus Jesus Christus omnium salvator et redemptor, cui gloria in saecula saeculorum. Amen.* Cumque magna pars populi respondissent *Amen*, et circum 20 circa aspexisset Julianus, volens videre aliquem ex his qui *Amen* responderant, ut recognosceret et de eo se vindicaret, prae nimio furore excaecatus et mentis et oculis, nullum intendere potuit, sed aliud coepit cogitare et cernere. Tunc totus obnubilatus et visu claritatis perditio, ad haec verba blasphemiae prorupit: *Impie, inquit, Theodorite, hominem infelicem et miserum mundi rectorem 25 adfirmas, quem ante trecentos annos omnes scimus in utero mortalis feminae procreatum et cum periculo et angustia ejusdem suae matris natum.* Tunc Theodoritus respondit: *Tu dignior es quam ego ut impius appelleris, qui non es dignus ut Deum cognoscas et ejus judicium timeas. Sed ne existiment homines qui circumstant me tibi jam respondere non 30 posse, iterum narro quid dixeram. Deus omnipotens, qui omnia voluntatis suae verbo fecit, praevidens stultitiam hominum in tantum errorem proventuram ut Deum dimitterent et daemones adorarent, misit Verbum suum, id est unigenitum filium suum, ut homo inter homines fieret, qui aliter inter homines cognosci neque homines redimere, nisi corpus acci- 35 peret, poterat. Et hoc Verbum de inviolata virgine carnem assumpsit et cum ipsa carne apparuit in mundo, cujus operatione Deus Pater omnia fecit. Et qui illum meruerunt videre sanctissimi illi discipuli, hoc quod ab eo audierunt mundo annuntiaverunt. Hunc igitur, Juliane indurate, cognosce, ut possis vel sero per paenitentiam salvari. Prope est enim ut Deus misereatur ejus qui se peccatorem cognovit: semper est enim ad misericordiam paratus. Te autem hoc oportet cognoscere; sed audacia*

* cod.
providens.

superbiae tuae, quia Deum dedignaris cognoscere, in maximam poenam inferni te perducet. Veniet enim super te talis ira caelestis iudicii ut nec Julianus tuus imperator, cui te placere pro morte mea credis, gratias tibi vel in pauco reddat. Tu autem longa miseria deficiens per singulas horas, per succedentia momenta, exsiccatus corpore et virtute membrorum perdita, male et turpiter morieris in tuo lecto, et de interioribus viscerum tuorum cibus, quem tu iterum remanduces, exhibit, et vermes qui carnes tuas devorent de corpore tuo nascentur. Tyrannus quoque tuus, quem imperatorem nominas, quicquid contra inimicos facere temptaverit, super ipsum redundabit, et contrarium veniet illi, inimicis ejus vincentibus. At ubi melius putaverit vel fortius agere, cadet et morietur morte aeterna, et sepultura non tenebitur. Occidetur enim et non vindicabitur, quia non videbitur nec invenietur qui eum occiderit.

13. Post talem imprecationem sanctissimi martyris, quam super ambos Julianos dicit, aut, ut plus proprie loquamur, prophetiam, ne * pejora et plura adhuc * cod. nec. de eis et contra eos diceret, Julianus uno ictu gladio interficere eum praecepit. Pretiosissimus vero confessor et martyr Theodoritus simulque sacerdos, coepit gaudere et exultare, quia secum habebat ministros caeli angelos, qui illum veste nuptiali ornatum ad convivium regis aeterni introducerent in illam mansionem cujus delicias nullus potest enarrare, ubi inenarrabiliter sancti laetantur de sola visione Dei, ubi angelos et archangelos socios eorum animae amplexantur : nullus ibi dolor, nullus timor, fraus ibi nulla per quam latro animarum diabolus aliquam ex eis quae ibi habitant circumveniat aut furetur ; gaudium ibi sine fine, festivitas non anniversaria, vita sine morte, quia ibi regnat vita Jesus Christus qui se apparente secum apparentibus donavit gloria * vitae. Istam securitatem * (1) * sic. confusus gloriosus martyr Theodoritus, antequam itaque transverberaretur gladio nefandissimi Juliani, commendabat Deo majores et minores, qui per verbum suae praedicationis christianitatis nomine et fide consignati fuerant. Quid plura ? Processit impius percussor, et strictum gladium manu tenens, caeleste corpus Theodoriti transfodiens, animam ab eo tulit.

14. Cumque haec facta fuissent, Julianus ille a domo sua tardius exiit quam solebat : nam reliqua illius diei parte in qua sanctum Theodoritum occiderat et tota nocte quae diem secuta est in variis cogitationibus et angustia sui spiritus consumpserat. Ubi vero dies illuxit, surrexit a lecto suo et ad palatium venit, et sicut domesticus statim ante imperatorem susceptus est. Cumque ei imperator, sicut consuetudo erat, manum extendisset et ille eam deosculatus fuisset, jussit eum sedere. At ille aurum et argentum et alia exenia quae ab ecclesia sustulerat, quae post se deportari fecerat, imperatori et aliis ostendens, taliter suum inco-

(1) Innumera menda, quae passim ex librarii oscitentia scriptioni irrepserunt, jam deinceps notanda non duximus.

havit sermonem : *Tardius hoc feci, domne mi imperator, quam debui; tamen, postquam coepi, diligenter operatus sum. Omnia nam quae ante te vides descripta habeo, ut cognoscas fidelitatem meam et videas quomodo meo labore thesauri in thesauro tuo ad crescant. Illum quoque pessimum Theodoritum, quem tu plus requirebas quam pecuniam, diu 5 quaesivi, ad ultimum inveni : quem diverso genere poenarum excruciaui et tandem gladio jugulari praecepi, ut duritiam stultitiae ejus, quam dum viveret vincere non poteram, eo moriente superare. Quod cum imperator audisset, respondit : Non fecisti, inquit, voluntatem nostram et contra mandatum potestatis nostrae stulte operatus es. Nostrum enim 10 decretum tale est ut qui de nobilibus viri christiani inventi fuerint, non per diversas poenas distrahantur aut gladio jugulentur, sed multis verborum et munerum seductionibus retrahantur. Et ego Theodoritum, quia nobilis erat, revocari volueram, non occidi. Pro tuis igitur factis occasionem contra me sument Galilaei ut multa mala de me scribant, 15 sicut fecerunt antecessoribus meis imperatoribus, in illis descriptionibus quas nominibus suorum titulant, eorum utique quos martyres appellant. Denique cessare debes ne interficias christianos. Poenas etiam et injurias quas mandaveramus illis infligi, praecipimus ne amplius ab aliquo patiantur, quia sine dubio pro poenis nostris recepturi sunt glo- 20 riam sempiternam.*

15. Quae cum imperator Julianus alteri Juliano dixisset, et ille unde graciosum in conspectu ejus se putaverat esse, videret offensum, recordatus est illius sermonis quem ei sanctissimus Theodorus cum imprecatione vel prophetando dixerat. Tantum vero pavorem et tantam anxietatem intra concepit ut nullo 25 ingenio se videntibus dissimulare perturbationem suae mentis valeret. Intuitus autem imperator et videns Julianum avunculum suum taliter torqueri intrinsecus in animo, ut aliquantulum eum consolaretur, dixit : *Eamus ad templum deorum nostrorum et offeramus illis sacrificia, ut purificent nos et dimittant negligentias scelerum nostrorum.* Sed non hoc satis pacificavit molestias 30 Juliani : nam caro membrorum ejus in pallorem est tota conversa, oculi ejus morientis hominis oculos monstrabant, lingua ejus quasi a radice submota hac et illac per palatum movebatur et ventilabatur. Sed ut vitam ejus pessimam malus finis consequeretur, abiit cum imperatore ad idola et obtulit eis inhonesta libamina. Erat tunc consuetudo ut quando imperator idolis sacrificabat, avem 35 aquatilem de Nilo flumine, quod per Aegyptum currit, seu de illis fluminibus quae per Indiam vadunt haberet ; et de illa ave faciens sacrificium magnam se deorum suorum aestimabat consequi gratiam. Quod cum isti fecissent, de jecore avis, quod super carbones incensos positum fuerat, quaedam pars sursum exilivit et in buccam miserimam Juliani intravit. Et bene et recte : qui enim multos 40 Christo sacrificantes sacerdotes dehonorerat et ejecerat, ipsum etiam sacrificium corpus et sanguinem Domini pro nihilo habuerat et nulli neque viventi neque

morienti opus habere crediderat in exitu vitae tali communionem, dignum erat ut carnem nefariae avis sanguinolentam et daemonibus immolatam ipsis daemonibus offerentibus acciperet. Impletumque est in eo illud proverbium quod in schola audivimus : *Labrum asini dignam invenit lactucam.*

16. Tunc Julianus velociter de templo exiens idolorum, intra palatium quamdam secretam ingressus est domum, quam pretorium dicunt. Infructuosam pro peccatis suis intra semetipsum agens paenitentiam, nullum cibum, nullum potum gustare potuit. Ubi vero nox supervenit et nimis lassa pro tanta angustia membra voluit in lecto collocare, ventris et vitalium tortio eum pervasit, ut requiescere vel modicum in lecto non posset. Pars enim illa jecoris, quae in os ejus salierat a carbonibus, descendens per stomachum, tympanum ventris ejus et jecur bene inflaverat et saepe acriter gemere et suspirare faciebat. Quae postquam aurora apparuit et diem proximam nuntiavit et antequam sol radios suos super terram expandit, jecur pessimum a pessimo ventre foras exundavit. Cumque ita jecur evomisset, iterum ipsum manibus apprehendens in buccam reducebat et pascebatur a semetipso de seipso. Et cum ipsum jecur tantas in partes dentibus et manibus discerpisset ut eas quas intus mittebat buccellas obviantes contrariarent illae quae de intus procedebant, moriebatur infelix per longa supplicia. Ideo tamen spiritus durabat in corpore ut diutius torqueretur maxima tribulatione. Hic enim incohabit illi poena, ut permaneret in aeterna saecula.

17. Ut novissimum vero cum jam poenam sufferre non posset et semper crescerent supplicia, nuntios misit ad imperatorem qui eum sua vice deprecarentur ut ecclesiam juberet aperiri. Nam, sicut historia ecclesiastica dicitur, omnes ecclesias spinis claudebat; et hoc erat indicium ne quis christianus introire auderet. Quod et faciens de ecclesia sanctissimi sacerdotis Theodoriti, et intellegens male se fecisse, modo eam precabatur aperiri. Illi autem nuntio quem miserat respondit imperator : *Tu aperi ecclesias quas tu clausisti.* Rursus ille remandavit per eundem nuntium : *Male propter honorem et fidelitatem tuam morior, imperator.* Imperator vero respondit, propterea illum talia sustinere tormenta quia numquam romanos deos fideliter adorasset. Itaque, sicut jam diximus, Julianus proprii corporis cibo pastus, horribilis vitae finem horrido conclusit termino. Totum corpus ejus erat vermibus plenum; universa illi sicut inclitus Theodoritus praedixerat evenerunt. Certe mortuus et sepulturae traditur, contradicente terra et natura sua praehibente ut terram terra corporis recipiat de qua formatus est : quod quantis vicibus eum in fossam sepulcri miserunt, tot tantis illi eum terra rejecit. Sic misero evenit ut minutatim corpus ejus divulgum ab avibus dirimeretur et a bestiis corroderetur.

18. Praeterea paucis post haec evolutis diebus, Julianus imperator necesse habuit ad bellum contra inimicos exire. Cum vero ordinasset exercitum et se victorem crederet, subito ei angelorum turba apparuit. Ille putavit terrenos inimicos suos esse, cum utique caelestes inimici plus eum possent nocere quam terreni. Tunc militibus praecepit adordinare, super illos irruerent qualiter victores

valerent. Repente vero super eum ab alto recedit sagitta, et maximi doloris plena
 * cod. oma. infixit in loco quo omnia * mamilla et pectus jungitur. Tunc subito tantus sanguis
 * sic. defluxit ut nullo medicamine nec aliqua cataplasmatione restringi flumini *
 posset. Igitur cum hoc duplici moreretur taedio, Christum contra se stare et
 subridere credebat, nesciens miser quia in caelis Christus residens sibi reddebat 5
 debita pro impietate supplicia. Denique ipse apostata cum jam nec vivus nec
 mortuus esset, contra Christum iratus et undam sanguinis quae de semetipso flue-
 bat per terram spargens et contra caelum jactitans, se tali sermone multas quas
 contra Christum Jesum semper dixerat blasphemias centuplicavit : *Sufficiant*
tibi, Christe, sufficiant tibi mea tormenta. Jam de mea morte satiare. 10
 *(Post-factus) Post ista verba caelos terreret, diluculum factus * mortuus est : nulli dubium quia
 ita cod. in inferno sepultus.

19. Omnia vera probata sunt quae gemma martyrum Theodoritus, in orna-
 mento regis aeterni relucens, imprecando prophetaverat. Haec ita ab ipso rege
 caeli et terrae atque inferni ordinata sunt ; et sectis omnibus manifestum factum 15
 est ambos Julianos, qui Deum abnegaverant, baptismum violaverant, servos Christi
 persecuti fuerant et occiderant, pro sua nequitia corruisse et tales carceri cum
 diabolo religatos teneri. Igitur, cum aliquos illorum terreret exemplum Juliani,
 et aliquos invitaret martyris Theodoriti praemium, multi ad baptismum currebant
 * sic. laus *, ut accipientes remissionem omnium peccatorum participes fierent regni 20
 caelorum, per Jesum Christum redemptorem et salvatorem, qui vivit et regnat in
 saecula saeculorum. Amen.

CXCIX. Codex signatus num. 3800.

Olim Ducis de Noailles, Franciae Marescalli.

Foliorum 120, med. (0^m,343×0,26), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1^o In inventione sancti Stephani sermo beati Augu-
 stini de miraculis sancti protomartyris Stephani
 (fol. 55^v-56^v).

Ex S. Augustino, *De Civ.*, lib. xxii, cap. 8, n. 10-21 med. (P. L., tom. XL.
 p. 766-760... *rem quaerentes latere non sinit*).

2^o In assumptione sanctae Mariae sermo beati Hiero-
 nymi presbyteri (58^v-65^r).

S. Hieronymi Epist. 9, ad Paulam et Eustochium, ed. P. L., tom. XXX, p. 122
 sqq. Desinit in his verbis num. 15 : *quae super choros angelorum elevata,
 jam beatissima praedicatur* (p. 158 extr.).

3^o Vita sancti Martini episcopi (fol. 89^v-94^v).

Concinnata ex Vitae S. Martini auctore Sulpicio Severo (P. L., tom. XX, p. 130 [1.] cap. 1-5 a. m. (... *non repudiavit*); ejusdem Sulpicii epistola ad Basulam obitu S. Martini a verbis *Martinus igitur obitum suum...* (tom. cit., p. 181 r.) usque ad finem; Gregorii Turonensis *Hist. Franc.* lib. I, cap. ult. et ejusdem lib. I *de virtutibus S. Martini*, capp. 4, 5.

CC. Codex signatus num. 3800 A.

olim Comitum Bethuniorum, deinde Regius C. 3861.

foliorum 88, med. (0^m,323×0,225), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Vita sanctae Mariae Magdalenae (fol. 12^v-16^v).

id. apud Faillon, *Monuments*, etc., tom. II, p. 433-36, cum prologo et cum titamentis editis ibid., p. 443-52, § 3.

2° Miracula beatae Mariae Magdalenae (fol. 16^v-18^v).

Miracula tria, scilicet de sacerdote Caesaraugustano, de clerico quodam Stevano de Flandria et de Britone; de quibus mentio fit *Act. SS.*, ad d. 26 Jul., t. VI, p. 224, n. 109.

3° Vita sanctae Brigidae virginis (fol. 31^r-34^r).

capita scilicet nonnulla Vitae auctore Cogitoso editae *Act. SS.*, ad d. 1 Febr., t. I, p. 133 sqq.

4° Passio sanctarum virginum Sophiae, Fidei, Spei et Caritatis (fol. 34^v-37^v).

id. *Leg. Aur.* (Coloniae, 1483), fol. 443-44.

5° Vita sanctae Praxedis virginis (fol. 37^v-38^v).

id. *Act. SS.*, ad d. 19 Maii, tom. IV, p. 500, n. 5-7.

6° Passio sanctae Sabinae virginis, filiae Herodis regis (fol. 38^v-39^r).

id. *Act. SS.*, ad d. 29 Aug., tom. VI, p. 503-4, n. 12-15.

7° Passio sanctae Barbarae virginis (fol. 39^r-42^r).

id. apud Zaccaria, *Dissertationes latinae*, tom. I, p. 137-43.

8° Passio sanctae Theodosiae virginis (fol. 42^r-49^r).

id. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 164-78.

9° Passio sanctae Dorotheae virginis et Theophili scholastici (fol. 49^r-53^r).

id. *Act. SS.*, ad d. 6 Febr., tom. I, p. 75-76.

10° De sancta Petronilla (fol. 53^r-53^v).

Ed. ibid., ad d. 12 Maii, tom. III, p. 10-11, nn. 16, 17.

11° Vita sanctae Gertrudis virginis (fol. 53^v).

Ed. ibid., ad d. 17 Mart., tom. II, p. 394-99, n. 9-19.

12° Passio sanctorum Nerei et Achillei (fol. 60^r-67^r).

Ed. ibid., ad d. 12 Maii, tom. III, p. 6 sqq., n. 1-14 et n. 18-25.

13° Passio sancti Edmundi regis et martyris (fol. 67^r-75^v).

Auctore Abbone Floriacensi, ed. P. L., tom. CXXXIX, p. 507-20.

14° Passio quattuor coronatorum (fol. 75^v-80^v).

Ed. a cl. Wattenbach ap. Budinger, *Untersuchungen zur Römischen Kaisergeschichte* (Leipzig, 1870), p. 324-38.

15° Passio sancti Petri Alexandrini episcopi et martyris (fol. 80^v-85^r).

Ed. ap. Surium, ad d. 25 Nov. Sed pro sententia qua brevissime refertur sancti supplicium (*Huic consilio tribunus deserviens*,... n. 10 extr.) satis prolixa legitur in codice narratio, quam vide infra in Appendice.

16° Passio sancti Pancratii (fol. 85^r-86^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Maii, tom. II, p. 21.

17° Passio sanctorum martyrum Processi et Martiani (fol. 86^v-88^v).

Ed. ibid., ad d. 2 Jul., tom. I, p. 303-4.

Appendix ad cod. 3800 A.

FINIS PASSIONIS S. PETRI ALEXANDRINI (Cfr. supra, 15°).

Cujus consilio informatus tyrannus missis apparitoribus fecit eum abstrahi e carcere. Qui dum perveniret ad locum quo decollandus erat, lictores divina dispensatione et reverentia tanti viri pavefacti, gladium in eum mergere timuerunt. Ad quos sanctus Dei : *Facite*, inquit, *quae praecepta vobis, ne offensam praeceptoris vestri incurratis. Nam noveritis Ecclesiae persecutionem, olim a Petro sumptam, post Petri passionem, de se scilicet loquens, fore citissime sedendam.* Quod milites audientes, amplius Dei timore percelluntur. Consilio ergo accepto, statuerunt inter se ut pallio suo extenso munera in eo proicerent, quae merito tolleret qui sanctum Dei ausu temerario decollaret. Erant autem numero novem ; et octo ex illis denominatum consilium perficientes, pal-

io **xiii^m** aureos octies superposuerunt. Quos protinus nonus, radice totius mali, cupiditate scilicet, ductus et acie diabolica instructus, rapuit, et caput sancti viri in uno ictu ab humeris separavit. Qui glorioso sanguine laureatus septimo kalendas Decembris feliciter ad caelos migravit, quo et celebratio ejus agitur Prophetia autem ejus, qua post mortem suam pacem Ecclesiae fieri dixit, nutu divino non longe subsecuta est. Nam decedentibus impiissimis imperatoribus, Diocletiano videlicet et Maximiano, Constantinus piissimus monarchiam totius imperii Deo favente suscepit, sub cujus imperio pax ecclesiis reddita est, ad laudem et gloriam nominis Christi, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

CCI. Codex signatus num. 3801.

Olim Philiberti de la Mare 445, deinde Regius C. 5864. 7.

Foliorum 180, med. (0^m, 295 × 0,22), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° Sermo domni Odonis abbatis de sancto patre nostro Benedicto (fol. 1^r-4^v).

Ed. *Bibl. Clun.*, p. 158-45.

2° Passio sancti Benigni * sacerdotis Christi et martyris (fol. 9^v-12^r).

* vox sequens erasa.

Ed. ope hujus cod. *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 159-62.

3° Vita sancti Gregorii Lingonicae civitatis episcopi (fol. 26^v-32^r).

Auctore Gregorio Turonensi, ed. *ibid.*, ad d. 4 Jan., tom. I, p. 168-69. Sed post primam phrasim num. 4 (... *effulgeret eremita*) interposita sunt quae leguntur *Hist. Franc.*, lib. III, cap. 15; deinde, post num. 6, ejusdem libri cap. 19; ac tandem, ante num. 16, quae laudati operis lib. v, cap. 5 narrantur de Tetrico Lingonensi episcopo (*Consenescente beato Tetrico...*).

4° Vita sancti Marcialis episcopi (fol. 32^v-47^v).

Ed. ap. Surium, ad d. 30 Junii.

5° Vita sancti Goaris (fol. 47^v-53^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Jul., tom. II, p. 333-37, multis lectionibus variantibus. quibus collatis constat textum in codice descriptum praestare edito.

6° Passio sancti Petri Alexandriae urbis episcopi (fol. 53^v-54^v).

Desumpta ex Actis prolixioribus editis ap. Surium, ad d. 25 Nov.

7° Vita sancti ac beatissimi Germani Parisiacae urbis
antistitis, edita a venerabili Fortunato episcopo
(fol. 55^r-60^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Maii, tom. VI, p. 778-87. Om. numm. 23-41.

8° Translatio corporis sancti Germani episcopi et
confessoris (fol. 60^v-68^v).

Ed. *ibid.*, p. 788 sqq., num. 1-20.

9° Passio sanctissimi Blasii pontificis Christi (fol. 69^r-72^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 1 Febr., tom. I, p. 336-39.

10° Passio beati Longini martyris (fol. 72^r-73^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 15 Mart., tom. II, p. 384-86.

11° Passio sanctae Margaritae virginis, quae celebratur
XIII kal. augusti (fol. 74^v-79^r).

Ed. apud Mombritium, tom. II.

12° Vita sancti Aegidii abbatis et confessoris (fol. 79^r-90^r).

Ed. ope hujus codicis *Anal. Boll.*, tom. VIII, p. 103-20.

13° Miracula sancti Prudentii levitae et martyris
atque doctoris (fol. 91^r-98^r).

Miracula scilicet quae patrata sunt in Besuensi coenobio, ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Oct., tom. III, p. 333-60, n. 20-37. Sed lectio codicis nostri consonat cum lectione codicis Divionensis, cujus apographum a Chiffletio transmissum praemanibus habuerunt majores nostri (cfr. tom. cit., p. 335, num. 9 extr. et annotata a textum editum). Praemittitur satis prolixus et turgidus prologus, e solitis locis communibus conflatus; singulis fere miraculis usque ad num. 26 subjuncti sunt versus nonnulli (cfr. *ibid.*, p. 338, annot. d) et toti seriei compendiosa illa narratio de corpore sancto Divionem translato et deinde Besuam relato quae legitur tom. cit., p. 363, annot. n. In fine descripti sunt hymni de quibus *ibid.*, p. 348, num. 60. Secundi hymni duo priores lineae, quas Buaeus in codice suo, quia nimis depravatae erant, legere nequivit, ita leguntur in codice nostro: *Solve concordiam fide tota contio miracula psallens, Christo voce clara modulando canticum plaudens, mente concrepando Prudentis insignia.* In eodem hymno post vocem simul sequitur *coaeterno*.

14° Vita sancti Basoli confessoris (fol. 98^r-105^r).

Auctore Adstone, ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, sec. II, p. 67-73. Om. prof. et praef.

15° Passio sancti Baudelii martyris (fol. 105^r-108^v).

1. Act. SS., ad d. 20 Maii, tom. V, p. 193^r-96^r.

16° Passio sancti Christophori martyris (fol. 108^v-116^v).

1c. prol. *Laudabilissima Christi martyrum certamina jucundissimum certo videtur atque utilimum promere circumquaque orbi terrae, tenus eorum felici victoria fides credentium augeatur et in filiis Ecclesia mater laetetur.*

c. Vita. *Tempore quo nequissimo errore gentilium simulacra daemonum colebantur, exiit edictum a principibus, ut omnes veri Dei cultores aundarum escarum idolatra degustarent; hos autem qui illa in esu ere refutarent, jussu principum tradi et diversis poenis affligi donec in gentilem adimplerent..... Tunc itaque inter ceteros comprehensus vir quidam terribilis aspectu, qui lavacro regenerationis honoreque Christophorus vocabatur. Huic cum proponeretur sacrilegum edictum principum, nimio mentis affectu affligebatur, non valens intellegere sibi oppositum ignorantia linguae...*

17° Liber miraculorum sancti Martini episcopi (fol. 117^r-165^v).

1. ope hujus codicis a cl. B. Krusch inter Gregorii Turonensis opera, p. 584-661 ibid., p. 469 med.).

18° Passio beatissimorum martyrum Luciae et Geminiani, mense septembrio die x^{mo}vi^{to} (fol. 174^r-179^v).

d. ap. Mombritium, tom. II.

19° Passio beatae Sabinae martyris Christi (fol. 179^v-180^r).

1. Act. SS., ad d. 29 Aug., tom. VI, p. 503-4.

20° Acta vel passio beati Felicis martyris atque pontificis urbis Romae (fol. 180^r-180^v).

1. apud Mombritium, tom. I. In fine mutila.

CCII. Codex signatus num. 3807.

m abbatis de Targny 58 (fol. 1^r).

liorum 264, med. (0^m,365×0,26), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1^o In natali sancti Johannis apostoli et evangelistae
sermo beati Isidori episcopi (fol. 86^v-87^r).

Ut supra, p. 38, 7^o; p. 238, 3^o; etc.

2^o Relatio de sancto Johanne (fol. 87^r-89^r).

Ut eod. 3777, 4^o (p. 238).

3^o Sermo sancti Augustini episcopi de miraculis beati
protomartyris Stephani (fol. 116^v-120^r).

Ut ibid., 1^o.

4^o Assumptio sancti Johannis apostoli et evangelistae
(fol. 120^v-129^r).

Pseudo-Melitonis liber de actibus Joannis apostoli, editus P. G., tom. V, p. 1239-50-51-50.

CCIII. Codex signatus num. 3808.

Olim « Liber Sancte Marie de bono Portu » (fol. 112^r), deinde Colbertinus 564-34.
postea Regius C. 3636. 2.

Foliorum 112, maj. (0^m,413×0,205), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1^o Vita sancti Benedicti edita a beato Gregorio (fol. 1
20^v-22^r).

Vitae editae Act. SS., ad d. 21 Martii, tom. III, p. 277 sqq., numm. 1-2 med. - 34.
4 fore usque ad med., 5, 7, 37.

2^o Vita sancti Martini episcopi (fol. 61^v-65^r).

Vitae auctore Sulpicio Severo, editae P. L., tom. XX, p. 163 sqq., capp. 1-3 med. - 34.
sequitur ejusdem Sulpicii epistola ad Basulam a verbis *Martinus igitur obitum
num longe ante praescivit...* (tom. cit., p. 181 extr.); et deinde Gregorii Turo-
nensis *Hist. Franc.*, lib. I, cap. ult. et ejusdem *De miraculis S. Martini*, lib. I I. I.
capp. 4 et 5.

CCIV. Codex signatus num. 3809 A.

Olim Colbertinus 776, deinde Regius C. 3638.

Foliorum 260 (seu potius 261 : nam duo folia notata sunt numero 144), ma-
(0^m,413×0,50), columnis binis, exaratus saec. XV.

Codex iste incredibilem incertitiam vel oscitantiam librarii qui eum descrip-
it

nifestat, ita ut passim quidnam in exemplari legeretur, divinando vix et ne vix idem assequi valeas.

1° De transitu * beatae Mariae virginis (fol. 2^v-5^r).

* cod.
transitus.

d. *ibellus Melitonis*, ed. P. G., tom. V, p. 1231-40.

2° Passio sancti Vamae martyris, qui passus [est] sub Valeriano rege xvi kalendas septembris (fol. 5^r-6^r).

d. *Act. SS.*, ad d. 16 Aug., tom. III, p. 287-80.

3° Vita sancti ac beatissimi Philiberti abbatis et confessoris Christi, qui * obiit xiii kalendas septembris (fol. 6^r 8^v).

* cod. cujus.

d. *ibid.*, ad d. 20 Aug., tom IV, p. 73-80.

4° Passio sancti Privati, qui passus est Namnetis civitatis * temporibus Gualiani * et Valeriani sub barbaros * xii kal. septembris (fol. 8^v-9^v).

* sic.

d. *ibid.*, ad d. 21 Aug., p. 439-40.

5° Passio sanctae Faustae virginis et Evilasi * ducis, qui passi sunt in civitate Quizico sub Maximiano imperatore xii kalendas septembris (fol. 9^v-10^v).

* cod.
Guilasi.

d. *ibid.*, ad d. 20 Sept., tom. VI, p. 144-46.

6° Vita sancti Bernardi primi abbatis Claraevallis (fol. 10^v-44^v).

d. *ibid.*, ad d. 20 Aug., tom. IV, p. 256-326. Desinit in fine numeri 270.

7° Passio sancti Bartholomaei apostoli Domini nostri Jesu Christi, quae est viii kalendas septembris (fol. 44^v-46^r).

d. *ibid.*, ad d. 25 Aug., tom. V, p. 34-38.

8° Translatio corporis sancti Bartholomaei apostoli, quae est idus junii (fol. 46^r-47^r).

d., non tamen serie continua, *ibid.*, p. 37 sqq. ; videlicet num. 30 (*In hac laratur*), num. 36 (*Nuperrime-possent*), num. 40 (*Verum-admonuit*), nm. 50-54. Praemissus est hic prologus :

*icut in historiis antiquis legimus et Ecclesiae traditio confirmat, beatus Bartholomaeus apostolus in partibus Indiae Christi evangelium praedicans, decollatione martyrium * complevit. Cujus sacrum corpus post multorum annorum spatia delatum est ad insulam vocabulo xaris, quae una est ex nominativis insulis Siciliae adjacentibus quas 25 Vulcanas antiquitus vocaverunt, eo quod, sicut Ethna Siciliae*

* cod de-
collationem
martyrii.

*mons, ita et istae subterraneo igni et perpetuis flammarum globis exars-
tuare videantur. Bene utique meminit hujus insulae beatus papa Grego-
rius in libris Dialogorum referens hoc modo : Julianus namque*
(Greg. M. *Dial.*, lib. IV, cap. 30).

* *cod.*
ystoriam.

9° Item ejusdem translationis historia * (fol. 47^r-47^v).

Ed. *ibid.*, p. 61-62, num. 56-61.

10° Vita sancti ac beatissimi Eptadii presbyteri et
confessoris Christi, cujus depositio observatur IX°
kal. septembris (fol. 47^v-49^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 24 Aug., tom. IV, p. 778-80.

11° Passio sancti Genesii martyris, qui passus est : ir
civitate Arelatense VIII kalendas septembris (fol. 49^r-49^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 25 Aug., tom. V, p. 131.

12° Passio sanctae Salsae virginis, quae passa est VI°
kalendas septembris (fol. 49^v-52^v).

Inedita, ut videtur. Itaque eam infra exhibemus in Appendice, sed ex codice
signato inter Noviter Acquisitos num. 2179, qui eandem Passionem exhibet, se-
et multo antiquior est et longe accuratius descriptus. Variantes autem lectiones
ex hoc codice 3809 A adscribere supervacaneum visum est, quippe quae redu-
cantur ad menda innumera ab imperito librario admissa.

13° Vita sancti Licerii episcopi et confessoris Christi, i
qui passus est in territorio Tholosano in civitate
quae vocatur Coserandis VI° kalendas septembris
(fol. 52^r-53^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Aug., tom. VI, p. 47-49 (1).

14° Vita vel obitus sancti Augustini episcopi et con-
fessoris Christi, cujus corpus in Africa habetur, et
est celebratio ejus V kalendas septembris (fol. 53^r-
54^r).

Fragmentum Vitae auctore Possidio ed. *ibid.*, ad d. 28 Aug., p. 427 sqq.; sci-
licet num. 63-72.

15° Passio sancti Juliani martyris, qui passus est V°
kalendas septembris (fol. 54^r-54^v).

(1) Hic corrigendus est error Joannis Stiltingi, qui (tom. cit., p. 47, num. 1) ait Bernardum Guidonem esse hujus Vitae auctorem. Nam haec eadem Vita, stil-
quidem rudiori, continetur in codice 17002 (fol. 63^v-64^r), qui est saec. X.

bid., p. 173. Lectio codicis optime convenit cum editione Bosqueti, cujus les lectiones ibid. in annot. signatae sunt.

16° Passio sanctae Sabinae virginis et martyris, quae passa est quarto [kal.] septembris (fol. 54^v 55^v).

ibid., ad d. 29 Jan., tom. II, p. 944-46.

17° Vita sancti Aegidii abbatis a domno Fulberto Carnotensi episcopo translata, cujus transitus et observatur kalendas septembris (fol. 57^v-59^v).

ibid., ad d. 1 Sept., tom. I, p. 299-303.

18° Passio sanctorum Aniceti et Fotini fratris ejus, qui passi sunt temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum III^o nonas septembris (fol. 59^v-61^r).

Anno secundo Diocletiani imperatoris ingens adversus christiarsecutionis furor exarserat. Hac de causa multi christianorum rei relinquentes cultum, profana sacrificia idolis immolabant Pluvero propter vanam hominum gloriam... Ut in Velsariano apographo. zt. SS., tom. II. Aug., p. 706, n. 7.

19° Passio sancti Antonini martyris, quod est III^o nonas septembris (fol. 61^v).

Act. SS., ad d. 2 Sept., tom. I, p. 334-35. Praepositus est prol. qui incipit : unque in sancti ac beatissimi Antonini martyris admirabilium orum virtute dicenda sunt et sicut in sanctorum suorum passio-omnipotens Deus declaravit, nec detrahenda sunt aliqua nec ad- l...

20° Passio sancti Marcelli martyris Christi, qui passus est Cavallonis civitate sub Antonino imperatore et Prisco praeside pridie nonas septembris (fol. 61^v-62^r).

ibid., ad d. 4 Sept., tom. II, p. 496-97.

21° Passio sancti Ferriolli martyris Christi, qui passus est in civitate Vienna sub praeside Crispino nonis septembris (fol. 62^r-63^r).

ibid., ad d. 18 Sept., tom. V, p. 766-67.

22° Passio sanctae Refginae], quae passa et sub Maximiano imperatore et Olimbrio praefecto VII idus septembris (fol. 63^r-64^r).

ore Theophilo, ed. ap. Fr. Grignard, *La vie de Sainte Reine d'Alise* Dijon, 1881), p. 444-52.

23° Nativitas sanctae Mariae virginis, quae observatur vi idus septembris (fol. 64^r-67^v).

Ex Pseudo-Matthaei evangelio cap. 1-24, ed. ap. Tischendorf. *Evang. apocr.*, p. 53-87, omissa scilicet duplici epistola prooemiali.

24° Miracula sanctae Mariae (fol. 67^v-78^v).

Miracula circiter quadraginta, quorum primum est B. V. apparitio S. Hildefonso episcopo Toletano, ultimum *De infirmo cui beata Virgo lacte suo labia rigans dixit ei quoscumque sibi devote famulantes vitam habituros.* Praemissus est idem prologus qui in cod. 2672, 4° (supra, p. 170).

25° Vita sancti Salvii episcopi et confessoris Christi, qui obiit III° idus septembris (fol. 78^v-79^v).

Ex Gregorii Turonensis *Hist. Franc.*, lib. VII, cap. 1, et lib. V, cap. 47 (usque *intentione quievit*, in fine) et cap. 51.

26° Passio sanctae Eugeniae virginis et sociorum ejus Proti et Jacinti, qui passi sunt urbe Romae sub Commodo imperatore III° idus septembris (fol. 79^v-84^r).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 603-20.

27° Exaltatio sanctae crucis, quae est XVIII kalendas octobris (fol. 84^r-84^v).

Ed. ap. Mombritium, tom. I.

28° Passio sanctae Eufemiae virginis, quae passa est in civitate Calcedonia die XVI kalendas octobris (fol. 84^v-87^r).

Ed. *ibid.*

29° Passio sancti Matthaei apostoli et evangelistae, qui passus est XI kalendas octobris (fol. 87^r-89^r).

Ed. *ibid.*, tom. II. — Sequitur *Passio sanctorum Mauricii, Ecuperii, Candidi, Victoris, Vitalis et sociorum eorum...* (fol. 89^r-90^r), quae est homilia in festivitate sanctorum martyrum recitanda.

30° Passio sancti Andochii martyris et sociorum ejus, qui passi sunt in Augustidunense civitate sub Aureliano imperatore VIII kal. octobris (fol. 90^r-92^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Sept., tom. VI, p. 673-77. Praemissus est prologus et subiectus epilodus.

Inc. prolog. *Dignum est memoriam sanctorum ad laudem nominis Dei*

festive excolere et certamina ac triumphos eorum posteris tradere atque sollemniter venerari...

Epilogus inc. *Sed quia nos tantorum martyrum passionem nominatissimam plectro linguae percurrimus, operae pretium ducendum statuimus ex ea quo aliquid saltem ad imitandum sumamus...*

31° Passio sanctae Justinae virginis et Cypriani martyris, qui passi sunt in Antiochia civitate sub Diocletiano imperato[re] et Claudio caesare vi kalendas octobris (fol. 92^r-96^v).

Ed. ap. Martene, *Thes. nov. Anecd.*, tom. III, p. 1621-50.

32° Passio sanctorum Cosmae et Damiani, qui passi sunt in civitate Egea sub Diocletiano et Maximiano v° kalendas octobris (fol. 96^v-97^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Sept., tom. VII, p. 474-78.

33° Revelatio sancti Michaelis archangeli, quod est III° kalendas octobris (fol. 97^v-98^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 29 Sept., tom. VIII, p. 61-62.

34° Vita actu[s]que beati Hieronymi presbyteri, quod est pridie kalendas octobris (fol. 98^v-100^r).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 173-84.

35° Passio sanctorum Verissimi, Maximae et Juliae, qui passi sunt Helyppa civitate sub Diocletiano praeside kalendas octobris (fol. 100^r-100^v).

Inedita, ut videtur. Sed et hanc reperimus in codice Nov. Acq. 2179, ex quo *illam* exhibemus infra in Appendice.

36° Vita vel passio sancti Leodegarii episcopi et martyris, qui passus est in Gallia sub Ebrio principe et Vaingo duce vi nonas octobris (100^v-102^v).

Auctore Ursino, ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Oct., tom. I, p. 485-90. Om. prol.

37° Item de mirabilibus seu de revelatione sancti Leodegarii martyris (fol. 102^v-104^r).

Ed. *ibid.*, p. 478-81; scilicet Vitae primae num. 51-76.

38° Vita beati Francisci (fol. 104^v-133^r).

Auctore S. Bonaventura ed. *ibid.*, ad d. 4 Oct., tom. II, p. 742-98.

39° Vita sancti Antonii (fol. 133^r-142^r).

Stilo magis quam rebus narratis diversa a Vita ed. *ibid.*, ad d. 13 Jun., tom. II,

p. 705-17. Miracula (ibid., num. 47-75) alio ordine in codice recensita leguntur. Sed et notatu digni sunt tam prologus quam epilogus hujus opusculi, quos adhuc ineditos infra in Appendice exhibere visum est.

40° Legenda sanctae Clarae (fol. 142^r-147^v).

Ed. ibid., ad d. 12 Aug., tom. II, p. 754-67. Omm. numm. 70, 71.

41° Passio sanctae Reparatae virginis, quae passa est VIII idus octobris (fol. 147^v-148^r).

Ed. ibid., ad d. 8 Oct., tom. IV, p. 39-40.

42° Passio sanctorum martyrum Dionysii episcopi, Rustici et Eleutherii, qui passi sunt Parisius civitate VII idus octobris (fol. 148^r-149^r).

Auctore Fortunato, ed. P. L., tom. LXXXVIII, p. 577-84.

43° Passio sanctorum martyrum Sergii et Bacchi, qui passi sunt Hispaniae in castro Suront sub Antiocho rege VII idus octobris (fol. 149^r-152^v).

Ed. Act. SS., ad d. 7 Oct., tom. III, p. 863-69, multis lectionibus variantibus.

44° Passio sanctorum martyrum Fausti, Januarii et Marcialis, qui passi sunt Cordua civitate sub Eugenio praeside III idus octobris (fol. 152^v-153^r).

Ed. ibid., ad d. 13 Oct., tom. VI, p. 193-94.

45° Vita vel actus sancti ac beatissimi Geraldii confessoris, quae observatur III idus octobris (fol. 153^r-158^v).

Stilo diversa ab ed. ibid., ad d. 13 Oct., p. 300-31. Praemissus est prologus, quem legesis infra in Appendice.

46° Passio sancti ac beatissimi Caprasii, qui passus est in civitate Aginno sub Aureliano imperatore XIII kalendas novembris (fol. 158^v-159^v).

Ed. ibid., ad d. 20 Oct., tom. VIII, p. 823-25. In codice om. num. 11, narratio passim prolixior est et rerum ordo perturbatus.

47° De vita et actu beati Dulcii episcopi (fol. 159^v).

Ed. ibid., p. 825, num. 11, paucis immutatis.

48° Passio sanctorum martyrum Servandii et Germani, qui passi sunt in territorio Goditano sub Viatore die X kalendas novembris (fol. 159^v-160^v).

Ed. ibid., ad d. 23 Oct., tom. X, p. 28-30.

49° Passio sanctorum Crispini et Crispiniani, qui passi sunt sub Maximiano imperatore et Rictivore praefecto viii kalendas novembris (fol. 160^v-161^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 23 Oct., tom. XI, p. 533-37.

50° Passio sanctorum martyrum Luciani et Marciani, qui passi sunt tempore Decii imperatoris et Sabini proconsule * vii kalendas novembris (fol. 161^v-162^v).

* *sic.*

Ed. *ibid.*, ad d. 26 Oct., tom. XI, p. 817-18.

51° Passio sanctorum apostolorum Simonis et Judae, qui passi sunt in Persida v° kalendas novembris (fol. 162^v-165^r).

Ed. *ap. Mombrinium*, tom. II.

52° Passio beatissimorum martyrum Vincentii, Savae et Cristitae, qui passi sunt in civitate Subdela sub Daciano praeside v kalendas novembris (fol. 165^r-166^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Oct., tom. XII, p. 204-5; prologus autem editus est apud Florez, *España Sagr.*, tom. VI, p. 315-16, num. 1-3.

53° Passio sancti Marcelli martyris qui passus est sub Gricolani * principis iii^a kal. novembris (fol. 166^r-166^v).

* *sic.*

Ed. *Act. SS.*, ad d. 30 Oct., tom. XIII, p. 281. Om. pars num. 1 ibidem uncinis inclusa.

54° Textus passionis martyris Christi sancti Quintini, qui passus est in pago Vermandinse sub Rictiovaro praefecto, quod est pridie kal. novembris (fol. 166^v-168^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 31 Oct., p. 794-99; scilicet num. 1-18. Omm. versiculi singulis capitulis praefixi.

55° Vita sancti Amantii episcopi et confessoris, cujus corpus quiescit urbis Rotene et est celebratio ipsius kal. novembris (fol. 170^v-173^v).

Auctore Fortunato, ed. P. L., tom. LXXXVIII, p. 513-26.

56° Gesta et passio beati Eustachii illustris viri, quae observatur kalendis novembris (fol. 173^v-176^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Sept., tom. VI, p. 123-33. Om. prol. et ut plurimum quae in Vita edita uncinis sunt inclusa.

57° Passio sanctae Marcianae virginis, quae passa est in civitate Caesarea quarto nonas novembris (fol. 176^v-177^v).

Acta prolixiora iis quae edita sunt *Act. SS.*, ad d. 9 Jan., tom. I, p. 569.

* *cod.*
Rustene.

58° Vita sancti Dalmatii episcopi urbis Ruthenae *, quod est III nonas novembris (fol. 177^v-179^r).

Ed. ap. Labbe, *Nov. Bibl. mss.*, tom. II, in Supplemento.

59° Passio sancti Mennae martyris, qui passus est sub Diocletiano imperatore III idus novembris (fol. 179^r-180^r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II.

60° [Vita sancti Martini] (fol. 180^r-188^r).

Ut *cod.* 1864, 8° et 9° (supra, p. 88).

61° Vita sancti Johannis Eleemosynarii patriarchae Alexandrini (fol. 188^r-199^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Jan., tom. II, p. 498-517. Omm. praefatio interpretis et numm. 1, 2.

62° Vita sancti Bricii episcopi Turonensis, cujus transitus idus novembris (fol. 199^v-200^r).

Gregorii Turonensis *Hist. Franc.*, lib. II, cap. 1.

63° Passio sanctorum Aciscli et Victoriae, qui passi sunt in civitate Cordua XIII kalendas decembris (fol. 200^r-201^r).

Ed. ap. Florez, *España Sagr.*, tom. X, p. 485-91.

64° Passio sancti Romani et comitum ejus, qui passus est sub Diocletiano et Maximiano imperatore XIII kal. decembris (fol. 201^r-203^r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, multis lectionibus variantibus.

65° Passio sanctorum martyrum Tiburtii, Valeriani atque Caeciliae virginis, qui passi sunt in urbe Roma sub Almachio praeside, quod est X kalendas decembris (fol. 203^r-207^r).

Ed. *ibid.*, tom. I.

66° Passio sancti Clementis episcopi, qui passus est

sub Trajano imperatore viii kalendas decembris
(fol. 207^r-208^r).

Ed. *ibid.* Omm. prodigia quae apud Mombritium Passioni subjecta sunt.

67° Passio sancti Grisogoni martyris, qui passus est
sub Diocletiano imperatore Romae viii kal. decem-
bris (fol. 208^r-209^v).

Prima pars Passionis editae *ibid.*, scilicet usque ad *Imperante quoque Diocletiano, sanctarum.*

68° Passio sanctae Catherinae virginis et martyris,
quae passa est vii kalendas decembris (fol. 209^v-
211^v).

Inc. *Regnante Maxentio Caesare, Maximiani Augusti filio, qui cum Diocletiano multos pro fide Christi necavit, in Alexandria civitate puella, nomine Catherina, filia Costhi regis, erat, quae post mortem patris remansit in palatio cum parentibus suis....*

69° Vita sanctae Elisabeth [ducissae] (fol. 211^v-212^v).

Inedita, ut videtur. Vid. infra Append.

70° Passio sancti Petri Alexandriae episcopi, qui pas-
sus est sub Diocletiano et Maximiano apud Alexan-
driam vii kal. decembris (fol. 212^v-213^v).

Ed. *ap. Surium*, ad d. 23 Novembris.

71° Passio sancti Iulii martyris Christi, qui passus
est in Syria iii kalendas decembris (fol. 213^v-214^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Maii, tom. VI, p. 660-61.

72° Passio sanctorum martyrum Chrysantis et Dariae,
qui passi sunt iii kalendas decembris (fol. 214^r-
216^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 23 Oct., tom. XI, p. 469-84. Om. praefatio.

73° [De] vita et virtutibus sancti Saturnini urbis Tho-
losae episcopi (fol. 216^v-221^r).

Acta fabulosa et ridicula pompa verborum concinnata, in quibus et de mis-
sione Hispanica sancti Honesti, de conversione S. Firmini, qui erat civitatis Pam-
pelunensis senator, et de ipsius S. Saturnini praedicatione inter Hispaniae fines.

Inc. *prol. Cum omni florentis eloqui sis praerogativa mellitus, o agie
meritis et nomine, tuisque praecordie infidulus gema canistra thopicos
aggerant favos, miror satis superque ut quid mihi tam laboriosum con-
tulisti certamen, quo domni et almifci Saturnini adversus collectam*

*codicibus passionem tibi singularem in corpusculum novo eo amussim
transferre stilo curarem....*

*Inc. Vita. Illo igitur in temporis annorum curriculo post quod Salva-
noster direpto mortis exitio astriferum iter carpsit triumphando....*

74° Passio sancti Saturnini episcopi, edita a bea-
Gregorio Turonensi episcopo, qui passus est Th-
losa civitas III kalendas decembris (fol. 221^r-222^v).

Ed. apud Mich. Jos. de Maceda, *Actas sinceras de los santos Saturnino
Honesto y Fermín* (Madrid, 1798), p. 243-269, num. 1-17.

75° De inventione corporis sancti Saturnini episcopi,
martyris et confessoris Christi (fol. 222^v-223^r).

Ed. *ibid.*, p. 269-74, numm. 18, 19.

76° Item de mirabilibus sancti Saturnini episcopi
Tholosae (fol. 223^r-223^v).

Gregorii Turonensis *De Gloria Martyrum*, cap. 48; et praeterea alia mira-
cula tria scilicet: a) cadaver viri iniqui in ecclesia sancti Saturnini Tolosae sepulti:
virtute divina bis ejectum fuit; b) ille cui curae erat de lumine fovendo ante
beati martyris reliquias, prodigiose a morte servatus est; c) caecus de caelo
admonitus ad sancti Saturnini reliquias venit lumenque recepit.

77° Passio sancti Saturnini martyris, qui passus est
in urbe Roma III kal. decembris (fol. 223^v-224^r).

Desumpta ex Passione sancti Marcelli, ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p.
sqq.; scilicet ex num. 1-9.

78° Mirabilia sancti Andreae apostoli (fol. 224^r-229^r).

Opus Gregorio Turonensi adscriptum, de quo P. L., tom. LXXI, p. 1099-1102.

79° [Passio] sancti ac beatissimi Andreae apostoli
qui passus est in Achaia civitate Patras sub Eg-
proconsule II° kalendas decembris (fol. 229^r-230^v).

Epistola ecclesiae Achaiae, ed. ap. Suriium, ad d. 30 Novembris.

80° Passio sancti ac beatissimi Longini militis et mar-
tyris Christi, qui passus est Cappadociae civitate
sub Octavio praeside III° nonas decembris (fol.
230^r-231^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 15 Mart., tom. II, p. 384-86.

81° Passio sanctae Leocadiae virginis, quae passa est
in civitate Elobora sub Daciano praeside V idus
decembris (fol. 231^r-231^v).

Ed. ap. Florez, *España Sagr.*, tom. VI, p. 315-17.

82° Vita sancti Nicolai episcopi et confessoris, cujus sollemnitas viii idus decembris (fol. 231^v-237^v).

Ed. ap. Carminium, p. 112 sqq. Om. num. 1; num. 12, uti solet, descriptus est secundum versionem Mombritii; num. 22 pauca praetermissa sunt; addita quae edita sunt ibid., p. 126 in notis sub num. 14; tandem in fine, sed valde compendiose, relata sunt miracula edita *Anal. Boll.*, tom. II, p. 151-56.

83° Vita sancti Ambrosii episcopi Mediolanensis, cujus depositio observatur pridie kalendas aprilis (fol. 237^v-242^r).

Auctore Paulino, ed. P. L., tom. XIV, p. 27-46.

84° Vita beatæ [Marthæ] hospitæ Christi, cujus obitus observatur iii° kalendas augusti (fol. 242^r-245^r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II. Omm. quæ beatæ virginis obitum subsequuta sunt.

85° Passio sanctæ Eulaliæ virginis, quæ passa est in civitate Barchinona sub Daciano præside iii idus decembris (fol. 245^v-246^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Feb., tom. II, p. 577-78.

86° Passio sanctæ ac beatissimæ Eulaliæ virginis et martyris, quæ passa est ii idus decembris (fol. 246^r-247^v).

Ed. ap. Florez, *Esp. Sagr.*, tom. XIII, p. 398-406.

87° Passio sanctæ Luciae virginis et martyris, quæ passa est sub Pascasio præside idibus decembris (fol. 247^v-248^v).

Ed. ap. Surium, ad d. 13 Dec.

88° Passio sanctorum martyrum Justi et Abaudi, qui passi sunt Hierosolymam sub Numeria[no] imperatore et Olimbrio præfecto xviii kalendas januarii (fol. 248^v-249^v).

Inedita, ut videtur. Vid. Append.

89° Vita sancti Maximini episcopi et confessoris Christi, cujus corpus Aurelianis habetur et est celebratio ejus xviii kalendas januarii (fol. 249^v-251^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Maii, tom. VII, p. 21-24. Pro num. 1 legitur in codice prologus, qui sic incipit: *Ad illustrationem caritatis vestrae, dilectissimi fratres, sed maxime propter memoriam, id est Maximini pontificis sive*

confessoris, pauca scribere disposui. Itaque sicut in chronica beati Hieronymi et almi Isidori haec parva luculenta legimus quod Constantius imperator et frater ejus Constantinus anno vicesimo quarto imperium sumpserunt....

90° Passio sancti Thomae apostoli, qui passus est sub Migdonie rege in civitate Edissa xii kal. januarii (fol. 251^r-255^r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II.

91° Passio sanctorum Marciani, Nicandri, Apollinidris sociorumque eorum, qui passi sunt xi kal. januarii (fol. 255^r).

Alia versio Actōrum ed. *Act. SS.*, ad. d. 4 Jun., tom. I, p. 420-21.

92° Passio sancti Valeriani martyris, quod est decimo kalendas (fol. 255^r-256^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Sept., tom. V, p. 21-22. Praepositus est prol. ed. *ibid.*, p. 22, annot. a; Passio desinit in verbis *Domini perduraret* (num. 7, p. 22 c).

93° Vita sancti Antonii abbatis, edita ab Evagrio presbytero, quae observatur xvi kal. februarii (fol. 256^v-258^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 17 Jan., tom. II, p. 120-41. Mutila, foliis avulsis.

Appendix ad cod. 3809 A.

PASSIO S. SALSAE MARTYRIS TIPASITANAE (Cfr. supra, p. 334, 12°).

Passio sanctae ac beatissimae Salsae virginis et martyris Christi, quae passa est sub die VI nonas maias.

1. Illustres tituli triumphalium passionum et gloriosa martyrum in Christi confessione certamina, quamvis penes Deum suae mentis testimonio decorantur, tamen a nobis quoque laudis praeconio comitata sunt, quae nobis ex ipsa festi-
vitate victoriae suae maximam laetitiam ceperunt, Scriptura dicente: *Cum laudantur viri beati, laetantur populi christiani*. Duplex enim religioni innovatur profleum, cum in exemplo officii miraculorum fit replicatio meritorum: dum in memoriam revocantur virtutum gesta, quae sunt documenta praesentium, et proficit digestus sermo ad instructionem deinceps posterorum. Cum enim docentur ignari, cum armanur instructi, cum praedicantur invicti, et Ecclesiae

(o. m.) *cod.*
officium
calorum.

phaea altius propagantur et gloria vincientium triumphis evehitur. Qui in vicibus vincit semper, ipse non vincitur; et si laudandus est Dominus, ut scriptum est, in sanctis suis, in quibus potissimum laudandus erit nisi in iis quos ad contemptum mortis fidei calor et spei futurae infractum robur armavit, in quibus, verius dicam, ipse potius dimicavit et vicit? Communicemus ergo vota cum necis, quorum a nobis celebranda memoria est sancta et per omnia venerabilis; si per infirmitatem carnis imitari aut mereri non possumus, ut similiter et ipsi vivamus, saltem congaudeamus passis et spiritualiter nunc quae sunt vincibiliter gesta praedicemus, ut et nos cum Deo canamus pariter et dicamus: *vallavit Dominus cornu populi sui, laus omnibus sanctis ejus*, ut Deus omnipotens, qui studio fidei suae a nobis videt martyrum proferri signa, virtutum retribuat congruam cum devotione mercedem. Inter omnes namque beatissimos viros quos triumphales pulvinar extulit admirandae constantiae, magnam quoque gloriam feminarum. Duplicari enim arbitror in feminis quod laudatur in viris. Uno enim quodammodo gradu a viris fortibus in passionibus solus naturae peratur affectus; a feminis vero et affectus proculcatur et sexus. Habent ergo viros et feminae quod imitari non pigeant; quia quod viris confertur ad virum, geminatur feminis ad honorem, atque ita fit ut quod viri admirantur in viris, id etiam feminae admirentur in feminis. Mulier enim, per quam primo abolus didicerat vincere, nunc de diabolo invenitur per martyrium triumphasse. Invenitur igitur Salsae martyrium locuturus, serus quidem, quantum tempus dedit, narrator invenior; sed fuerit in hoc non ignaviae [culpa] sed scientiae, quod cuius, nec socordiae vel incuriae sed ignorantiae silentium deputatum est. In corde nostro scitorum relatu semina quaedam sunt reconditarum insinuata virtutum, malui temeritatis argui quam taciturnitatis noxa damnari. Excusabilis enim efficitur ignorantia cum scientiae non adscribitur culpa, et tunc ad reatum restringitur conscientia cum ea quae sunt publicanda palpaverit. Ideoque qui mel fideliter hausimus quae mente sorbivimus, quae pio amore concepimus non tacemus, ut et genitalis nostrae vicem in aliquo rependamus ecclesiae et membrae martyris referamus simpliciter cum laudibus passionem.

2. Fuit namque gloriosissima feminarum Tipasitanae urbis indigena, ac primae aetatis rudimentis imbuta, annis fere XIII nata, sed jam martyrii felicitate grandaevo; minor ad pugnam, major ad gloriam, provecior ad coronam, et quod inior cernebatur in temporibus aetatis, perfectum emicabat in ostensione virtutis, in tantum donata Deo ut jam esset praedestinata martyrio; et quoniam in christo in omnibus suam consecraverat mentem, ante annos et mundum proculcavit et carnem, spreverat illa omnes inlecebras saecularium voluptatum, natam sciendo non saeculo; cesserunt bella cum vitiis, et adversus omnes cupiditates unde spiritualibus semper excubiis militavit. Ac ne quisque aestimet sermonis laetis compta jactari, consideret quo tenderet laurigeris saltibus gradum, et veniet non ex villis sed de virtutibus traducari martyrium. Maximus enim labor est, cum ad fastigia celsa conscenditur, nec potest ad summum apicem

pervenire nisi totus in opere agonizans desudet. Dura delicatus animus nescit adpetere, et prima est palma victoriae seipsum subigendo superare. Denique cum a profanis genitoribus nasceretur et parentes ejus adhuc in idolorum tenebras ambularent, sola beata indolis fidei lumen vidit et in corde ejus sol veritatis splenduit et refulsit. Abiciens retro quod habuit ex natura, adepta est quod ce-⁵ sebatur ex gratia, et renata Deo per baptismum, respuit illud quod originis suae importabat elogium, ut moriens saeculo viveret caelo et vinceret in Christo. Nam de corporis ejus forma interea nihil dico : quae etsi fuit, ut perhibetur, egregia, utpote quae fuerat sanctimoniae consecrata, non est adeo in hoc dumtaxat praedicatione laudanda ; in Dei enim rebus non membrorum venustas adtenditur, ¹⁰ sed morum pulchritudo laudatur.

* *cod. su-*
perstitioni.

3. Erat siquidem illis temporibus adhuc vigens in suis vanitatibus superstitio et rara fides : quae ideo magna quia rara fuit. Inter caligines enim nebulasque perfidiae aut non parebat oppressa aut in paucis latens relucebat inventa. Templi erat electus admodum locus, quo collis cautibus supereminens fundata nativitas ¹⁵ soliditate saxorum in umbilico quodam ejusdem erigitur, utrimque totae imminens civitati, et aequoris gurgitem in pronom decumbens medio sui adgestu disterrinans, fluctibus adversis oppositus. aspergine levium spumarum hinc inde perfunditur, et magno inlisu fluctuum ripis mugitu revocantibus et rauce ²⁰ strepentes in abruptum, freti clamore celebratur, scrupis (1) squalens, quasi secretus et publicus, frontem ab alto undis obiciens et obverberantibus procellis ad omnes ventorum flatus immobilem retinens scopulis resultantibus in stationem. Hic itaque locus oriendo atque ab ipso conditae civitatis auspicio, quod ²⁵ idolorum cultus indigenis regnabat, Templensis nomen accepit, eo quod illic cuncta vel a publica conversatione remotissima statuta forent sacella templorum. Inter cetera vero cubilia daemonum et habitacula spirituum immundorum, quae paulatim exollescentibus aevis versa fuerant in ruinam et in semirutis imaginem videbantur priscorum retinere tectorum, solus in quodam diversorio draco fusus aere et auratus capite, oculis per ceraunea rutilantibus, resederat. Sed in dracone ³⁰ illo diabolus colebatur : huic libamina, huic vota et sacrificia miseri infanda celebrabant. Gaudeo sane conditionem loci illius feliciori proventu fuisse mutatam. Ubi enim dudum templa fuerant instituta gentilium, postmodum ibidem diabolus synagogam constituit Judaeorum ; sed nunc meliore vice migravit ad Christum, ut in loco in quo gemina regnabant ante sacrilegia, nunc in honore ³⁵ martyris triumphet Ecclesia.

* *cod. fretis.*
* *cod. fronte.*

4. Forte dies inluxerat, qua hujus venerandae martyris parentes ad exercenda sacrilegia cum ceteris convenirent. Hanc secum aetate parvulam sed fidei merito jam provecam infausti parentes adtraxerant. Ibat aegris poplitem succisa contibus debilibusque gressibus lugubrisque vestigiis quo nollet, invita, trepida, anxia et toto animi horrore tremebunda, si forte adhuc de passione sollicita, nam de

(1) Id est scrobibus?

victoria jam secunda et futura gaudia sua arcanis volutationibus ruminabat. Sed ubi ad locum ventum est, vidit aedes daemonicis plenas saltatoribus, parietes lauri frondem redimitos, myrto et populo virere columnas, calamisque postes ornatos, cortinis obducta vestibula, vela picta pendere posterulis, et profanos antistites omni luxu impurae * hilaritatis amictos versare huc atque illuc mentem torvis * oculis, ore converso despiciere potius quam aspicere. Sancta vero, cum inhonesta vidisset, fremere spiritu et altis suspiriis secreta coepit corporis agitare, exosam judicans lucem quae obtutibus suis tam funesta vota impietatis ingesserat; deinde horrere aras bustis fetentes, focos lentis non tam ardere quam putere turicremis, detestari choros ludentium, lascivorum mugire tympana, ululare symphonia, organa populosis vocibus digitis interrogantibus concrepare, tinnire cytharas lyrasque garrere, alios ferri terrigeros et in modum caprae hirsutis pellibus strepere saltando tintinnis, et alios luxurioso gestu circumagi vestigiis lubricantibus, fluido lascivire tripudio. Hic cadebat unus ebrius, alius palpitabat vino tumulentus; ille instridebat dentibus, alter spumabat more lymphatico bacchabundus; hic semetipsum laniabat spiculis lancearum, alius rotatum in se ingerens furibundus ferebatur, toto ore et corpore cruentatus.

5. Inter haec tanta funebria vota puellae animus puritabatur (1) in iram, sed refrenabat patientia conscientia. Haec intuens, talibus orsa verbis cunctos satellites pestiferae celebritatis invadit: *Heu miseri, inquit, parentes! Heu cives, quos antiquus ille serpens nunc draco decepit! Quid agitis? quo ruitis, quove vertamini? vel in quae vos praecipitia tortuosus coluber sua sponte jactavit? Non videtis cui captivas inclinatis sub falsa religione cervices, cui ferenda colla submittitis? Aes est, miseri, quod artifex fudit, quod flatu suo aerarius combussit, quod lutum definxit, quod cera distinxit, quod gypsum implevit, quod malleus produxit, quod grossa derasit, quod limae asperitas expolivit, ad extremum quod manus hominis malo suo docta composuit et bracteis phaleris levigando in hanc bestiam perita formavit. Certe det vobis aliquod inter hos tumultus turbulentiamque responsum. Audiamus si quidquam potest draco iste narrare, qui solet mala loquendo decipere. Illi soli Deo supplicandum est, infelices, et ille solus adorandus altaribus qui caelum fecit, qui terram fundavit, maria segregavit, luminaria instituit, animalia creavit, pecora produxit, volucres vocavit, elementa disposuit, tempora in suis successionibus ordinavit, mundum cum animantibus cunctis rerum naturis generibusque distribuit, hominem post omnia fecit; qui divinis semper intentus, adoreis * ab auctore quo est, quod in auctore non desinit, vitam scilicet et victum cunctaque quae in usum hominis servitiumque* locus corruptus, sed quid legendum sit non video. *subjecit; illum inquam, Deum qui originem ignorat, qui non habet finem, qui nescit auctorem. Haec portentosa scitote esse, non numina, quae nisi*

* cod.
inpugne.
cod. turbis.

(1) Id est inflammabatur?

vobis servantibus nequeunt se tueri. Denique date locum, furorem cohibete vesanum, cesset atrocitas, rabies conquiescat. Sit mihi cominus cum dracone vestro luctamen. Si me vicerit, habeatur ut deus; si ego eum superavero, sufficiat mihi quod hunc deum non esse probavero et vos a viis vanis ad veri Dei cultum pia adoratione converto.

* cod.
veritas.

6. Haec memorans, cum verba ejus ab impiis ridicula et moti capitis vanitas illa increpatio putaretur, aucupans opportunos aditus qui possit draconis illius extricare figmentum. Peractis igitur sollemnibus daemonum, quibus non tam mero quam scelere mentes omnium fuerant debriatae, huc atque illuc cuncti jacere prostrati, unus vomens, alius stertens, et porrecta corpora dormientium proflabant quidem somnum, sed exhalabant bibitum cum vino sacrilegium. Vigilabat sane illa mens quae inter luctifica detestandaque sollemnia a cibi conjugio jejunaverat: neque enim inferri conventus illius ulla macula poterat, cujus animus, cum illa gererentur, non inter homines sed inter angelos erat, quando de martyrio cogitabat. Sed ubi rem vidit ex consilio suffragare sententiae neque impedimenti cujuspiam obstaculis retardari, coepit cominus armari zelo fidei et amore Dei, ut de diabolo gloriosus possit ferre vexillum. *En, Deus, inquit, tempus adest, quo meas infirmas vires audaciamque confirmes, et dexteram mihi porrigas subiturae discrimina quam sanctae Judith viduas in procinctu victoriae tui nominis praebuisti. Adesto nunc, adesto, Deus omnipotens, Pater sine origine, origo sine parente, auctor ingenite, pater geniti sine tempore, qui filium tuum Dominum nostrum Jesum Christum ex te ineffabili nativitate progenitum, virtutem majestatis et substantiae cointemporalis aequalem, qui mundum in principio te volente constituit et in finem redemit, hominem natu ex virgine voluisti, passum, mortuum, resurgentem, ascendentem ad dexteram tuam conlocasti in caelestibus. Quaesoque per Spiritum sanctum, habentem te tua natura et virtute processum, [cui] gubernanda omnia et regenda destinasti, Domine Deus omnipotens, ferto mihi puellae opem, ut perficiam opus quod instinctu tui amoris adnitor; et sicut Daniele famulo tuo draconem Babyloniae necandum dirumpendumque dedisti, ita mihi feminae hunc aeneum liceat dissipare draconem et figmenti hujus membra discernere. Putabo me plenum consecutam esse martyrium, si eum hodie suis cultoribus exhibuero aureo capite amisso truncatum.*

7. Haec perorans, furtim quidem, sed audacter ingreditur, et draconis illius aureum caput, redimitum sertis et ornatum corollis lactineis, avulsam in mare dispulit, in saxa projecit, nullo conscio nisi Deo, qui imbecillas virginis manus ad haec perficienda fidenter adjuvit. Hoc interea actum est, ut dixi, tacito siletique consilio; facti auctor latebat, cum a Deo praemium jam expectaret illa quae fecerat. Expergiti tandem gregales antichristi, ubi rem vident sine indicio perpetrata, haesitare intra se, angustia dolore, manus manibus confricare, pectus quater, ora contundere, et interdum flere ac magnum piaculum commissum

orabant. Tandem maesti ac luctuosi sic inter se quaerelis obmussant : *illo, miseri, custode apposito, caput domini nostri improvida securdidimus. Dicite, cui jam vivimus, qui quod colamus ulterius* * cod. quid. *remus ?* Quasi vero miseri jam non exinde rimari possent id quod cole-
ius fuisse * momenti, neque alio obfuisse neque alio praesidium posse
; quem videbant sibi non potuisse succurrere. Tandem facto silentio,
rale contabuit, speculans crudelitatis auspicio si quem possint in reli-
onis illius membris capere direptorem.

ecce jam victrix puella, cui jam truncato capite dracone martyrrium de-
post paululum temporis ad coepta revertitur, librat horas, momenta
t : hinc metuit proditorem, inde non patitur martyrii tarditatem. Inci-
im devotio, infirmitas revocabat, et inter conflictus spiritus et carnis
votio animi moras inrumpit. Vicit virtus timorem, et fidei cessit infirmi-
erunt fores templi, aditus reserati sunt, claustra ipsa propriis sunt
agulis, et data via est, qua de praedone diabolo praeda * iterum gere-
ne illa, caelum intuens et orationem corde potius quam sermone de-
: *Eia, inquit, eia, anima, nunc tempus est ut quod coepimus im-*
is. Insume vires, insurge viriliter : hodie a nobis est vincendus
is et promerendus est Christus. Quicquid de morte suspectum est,
ctes. Si hoc projecto portento evadere atroces manus et catervas
blasphemorum, non deerit pro ausu praemium, pro incohato
um, et forsitan in tempus aliud differemur, ut fortius certaturi
tiva sed publica expectatione superemus. Si vero mori nobis con-
habes jam promissum de perfecto quod capias. Qualibet morte * cod.
isto pati vicisse est. His dictis, deicere truncum conisa est ex alto dra-
contingerit.
i licet sine capite jam jaceret, tamen adhuc quaedam miseris tribueban-
oblectatione solatia. Et dum nisu invalido conatur immane tergus fusi
rtere, ac prostratum humi juveniliter deferre praecipitio, cum sonitum
ndo * pelagi dedisset detestabilis ruina serpentis, ab impiis custodibus
* cod.
ditur. profundum.

1 facto in eam impetu, et clamore omnisono totum illud vulgus inutu-
abili furore raptatur. Quid illa caedis, bone Deus, quid pertulisse cre-
est passionis ? Omnis ilico in eam turba expectorata humanitatis irruit et
ante mortem * viva carpitur, et seminecis effecta dissicatur. Mortua jacta-
u pedequae conserta distrahitur, tunditur saxis, fustibus quatitur, gladio
; et in profundum pelagi sub silentio praecipitata jactatur. Et hoc addi-
is saevientium ad insaniam suam ut negari velit insuper et corporis
im, quae quasi ob vindictam daemonis sui velut quasdam inhumatae
litabat inferias.

scepit mare corpus objectum, et mollia fulcra aegris fluitantibus mem-
ucta composuit ; non infixit cautibus, [non] inter algas profundi aestus
sed blandientibus undis in modum dormientis advexit, et in portum

* cod.
morte.

absque ulla injuriae vexatione constituit, ac propemodum finitimum futuro sepulcro tenaci admodum in statione fundavit. Exhibuisti martyri, mare, fidem tuam et absconsa obsequia dilucide prodidisti. Devotionem tuam in hujusmodi famulatibus * non miramur, qui divisum te priscis temporibus sub ictu virgae, ut
cod. famu- populus Dei liberaretur, agnovimus. Magnas plane portui Tipasitano merces ad-
lantibus. vectans, et nobis servatam exhibuisti martyrem et demersum usque hodie non ejecisti draconem. Uno eodemque judicio reddidisti fidei nostrae quod penitus abnegasti perfidiae. Diabole, quid tibi profuit tantum nefas in exitium cogitare martyris? Potuisti corpus in mare proicere; numquid animam potuisti a paradiso revocare? 10

11. Ac ne vel unius intervallo diei dicatum Deo martyrium latuisset, et ex aliqua parte sacrilegii * clandestina celaretur impietas, ecce Saturninus quidam, ex Galliarum partibus iisdem paene momentis adveniens, quietis fluctibus, serenitatis auris adulantibus mollibus zephyris, ad portum vela deposuit et ancoram jecit; et fidus incipientis aestatis temporibus ipsisque, ut aiunt, ex igno-
** cod.* tantibus *, quibus, quasi ex hodierno patet, mare et pelagi rabies conquiescit, 15
acrillegium. quibus feri fluctus deposito tumore mitescunt et omne litus efficitur portuosum. cum etiam caecis noctibus dirigunt secure carinae certa inter fluctus itinera, 20
** sic.* navis suae tutissima statione fruebatur *. Mox igitur insanientis pelagi fragor adfluebat. 25
** cod.* tollitur, fluctus eriguntur ad sidera et salum omne infestis aestibus vertebatur. 30
 Ibant inter se invicem certatim undae mutuis admodum rigendo verticibus, et intra cavos sinus gurgitis camerati antra quaedam fragminibus insonabant. Obtexerat caelum nubila crassitudo et aeris maesti tristitiis solis radios obscuraverat. Diri micati tremulis ictibus migrabant faces continuantium coruseorum, et sub concavo poli ambitu mugitu grandisono crepitabant fragosa tonitrua. 35
 Caetundebantur ripae in nisu violento montis aquigeni, et refluens vertigo vagarum volationibus arenarum vicinas caelo rorantium spumarum guttas eventilat. Hic per puppem insiliens decurrebat fluctus ad proram, inde per proram proruens unda ferebatur ad puppem, et tamquam quidam scopulus nudus ad omnes procellas oppositus, ita transferebatur navis, per quam mediam permixta utrimque 40 pelagi oppugnatione currebant.

12. Inter has moles et furias conlidentium tempestatum Saturninum illum navis dominum * sopor altus oppressit et tali minaciter docetur admonitus, ut nisi martyris corpus, quod navi suae subterjacebat, humationi mandaret, sciret se cum navi esse perituro. At ille expergitus, tamquam deliramenta sibi
** cod.* quaedam ostensa reputabat. Increscit autem die altera tertiaque tempestas; et 5
 dominum. crebriter undique saevis turbinibus ingruentibus, optabant cuncti jam navis ipsius sustinere jacturam, solummodo ut salutis suae damna declinarent. Fit secunda similiter et tertia cum comminatione commonitio; et erectus pericali
** cod.* insistens intuitu *, sero tandem Saturninus ille temptat nosse quod totiens 10
 nteritum. jubebatur inquirere. Ipse igitur semet inter spumas continuis motibus albicantes, quas velut vellera quaedam sparsa per pelagos exiles et in tenues bulbas corpo-

rabat inanitas, dat in mari praecipitem. Ilico autem, Deo procurante indicium, nanus ejus ad cingulum beatae martyris applicatur; apprehensoque cadavere, quod ita liberum jacebat ut facile posset amoveri, e medio mari caput extulit, mustus mercimonio sanctitatis, pretiosam Christi ex visceribus imi maris numeris revehens margaritam. Repente igitur ut corpus jam sacratum aer aspexit, quievit mare, venti cesserunt, fluctus elisi sunt, spumae evanuerunt, et empestas stetit in aura et siluerunt fluctus ejus. Tum ab omnibus corpus evehi-ur et congruo veneramine martyrium consecratur potius quam humatur, brevique admodum tabernaculo, ad custodiam temporum propagandam, colenda potius quam condenda sepelitur, duplicia Saturnino cum nautis Deo vota solventibus, sive quia evadere imminentis mortis meruit pericula sive quia per eum sanctae Salsae latens fuerat martyrium publicatum.

13. Verum quae postmodum miraculi magnitudo martyris merito fuerit subsecutum, attonitus lector et auditor cautus ausculta: illic reperies probatum, quod tot supra rebus gestis videtur expositum. Illis enim temporibus quibus provinciam Antiochiam Arabes tyrannidis devastaverat, incensis finitimis civitatibus, a quarum aggeres ruinarum dabatur aestimare cineribus, velletque sibi imperii dominatum contra jus fasque degener vindicare gentilis, absurdumque esset, ut ita dixerim, crudam feralem nationem prosapiamque barbaricam ad imperialis apicis posse adspirare fastigium, neque ulla fraudi ejus ad evertenda romani nominis insignia patuisset occasio, civitatem Tipasitanam, quam nullo potuit dolo decipere, apertus jam et publicus hostis aggreditur. Linxere turmatim muros catervae praedonum; hostis numerosus campos implevit, valles obtexit, colles operuit, flumina proclussit, fontes abstinuit, montium concava et praecepta vestivit. Totis per octo dies pugnatum est cominus armis, adpositis machinis, turribus adhibitis et scalis admotis; ad desiderium suae sitis, quae civium sanguinem crudeliter sitiabat, pervenire non potuit. Inquit impius quasi sub devotione commentum, ut hujus martyris tabernaculum veluti vota soluturus intraret et contra romanam et christianam plebem putaret se martyris auxilium pro barbaris posse conducere. Cereos incendit: extincti sunt nec miserunt sacrilegio flammae consensum; calicem, panem ac merum libavit: effusus est nec passa utriusque creaturae substantia per se sub colore pietatis vota impietatis impleri; et quicquid repetitis precibus temptaverat in exitum civitatis, adverso Deo et martyre resistente, inefficax remansisse persensit et loluit. Putavit autem casu accidisse quod semel non potuerat impetrare; at ubi iterum ac tertio sensit se non proventu sed Deo repudiante frustratum, arripit insanus pro devotione blasphemiam. Statim namque, quasi vindicari se de Deo prederet, qui tam nefaria non patiebatur impleri, confricatis duriter capillis frontemque palma converberans, percutit iratus scenam sepulcri cuspidibus, varibus strepitum foris emittens; totoque ore pallidus et corpore tremebundus atque oculis felle nimio auriginantibus, confusus egreditur, maledicta, non in martyrem sed in Deum, et convicia profanus inmurmurans, quasi vero vesa-

* sic.

* cod. hujus.

* cod.
crudum.
* cod.

barbaricum.

* cod. mero.

* (aut ad) nus percutere poterat martyrem qua percusserat lapidem aut ad * martyrem trans-
cod. ut aut. ierat injuria, quia cuspide fuerant pulsata caementa. Sed Deus omnipotens, qui
 non ex facto votum sed ex votis facta commendat, neque hoc fieri est passus
 impune. Mox enim sequitur indignatio divina blasphemum, et in ipso vestibulo
 tabernaculi dejectum equo vix eum queunt armigeri sublevare. Nec intellexit
 miser et proxime periturus nullis vix conatibus adiutorium deferrere, cui in illo
 * *cod. erant.* repentino casu inaugurata erat * sententia ruituri. Denique eadem die nocturne
 certatum est, et elisis illis famosis regibus quos in auxilium suum contra cives
 adsciverat, victus confutatusque revertitur et ab obsidione murorum patrocinio
 martyris et Dei auxilio repente fugatur. Quem postea non longe est secutus inle-
 ritus Dei iudicio et martyre perurgente dictatus.

* *cod.* 14. Legitur beata Rachel, quondam * patris sui architypa ** simulacra fuisse
 eo quod. furata; sed illud factum [justitiae] argumentum potius quam cupiditatis fuit: ma-
 ** *cod.* riti enim sui negatas a socero mercedes exegit. Salsa vero sancta idoli caput eri-
 artyothipa. puit et in mare projecit. Illa celavit furtum, haec * perculit sacrilegium. Daniel 43
 * *cod. et.* quoque venerandus in zelum Dei vivum Babyloniae draconem offis occidit *; Salsa
 * *cod.* autem mortuum discerpit et de vivo moriens triumphavit. Par tamen est virtus in
 occisit. animo et consona in facto devotio; uterque tamen diabolum vicit et victoriae
 suae palmas ad nos et posteros hereditaria substitutione transmisit. Dignum
 Salsae gloriosae martyrio quod subinde agitur in opere, quod crescit spiritaliter 20
 in honore, quod cumulat in devotione pariter et timore, veneratione dictum,
 sanctitate compositum, virtute conspicuum, civibus ac peregrinis propitium, hos-
 * *cod. eum.* tibus inimicum, et totis per aevum * saeculis cum laudibus celebrandum, per
 Dominum nostrum Jesum Christum cui est cum Deo Patre et Spiritu sancto
 honor, virtus et gloria in saecula saeculorum. Amen. 21

PASSIO SS. VERISSIMI, MAXIMAE ET JULIAE (Cfr. supra, p. 337, 35^o).

**Passio sanctorum martyrum Christi Verissimi, Maximae et
 Juliae, qui passi sunt Olisipona in civitate die kalendas
 octobris.**

1. In temporibus illis cum per universas provincias ad Romanum imperium 22
 * *cod.* pertinentes paganorum jussione * principum christianitatis persecutio desaeiret
 jussio. nec esset omnino in orbe angulus in quo non verae religionis ardorem idolo-
 * *cod. qua.* rum cultura niteretur extinguere, in Olisiponense civitate, quam * in oceani li-
 * *cod.* tore ab Ulyxe * conditam ** memorat et retexit antiquitas, tres Christo nostro mar-
 Olexe. tyres pagani tunc praesulis persecutio consecravit. Qui cum praeceptis imperia-
 ** *cod.* libus fuisset admonitus ut diversis tormentis interficeret qui sacrificare idolis
 condita. distulissent, praeceptionis impiae nefarius executor, praedictae urbis indigenas
 deduci ad sacrificium per ministros suos contulit, quod secundum ritum pagani-
 tatis recursu forte temporis imminabat, contradicentibus poenam, decipiendis
 praemia promittentes.

2. Cumque inter alios, quos mundanarum rerum blandimenta deceperant adolere profanis altaribus, Verissimus, Maxima et Julia caperentur, discrepantes quidem sexu sed animi virtute consimiles, christianos se esse, Christum credere nec divelli posse ab ejus mysterio sunt professi. Quorum judex professione com-
 5 **S**perta, parari secretarium jubet, intromitti lictores, extendi martyres, admoveri verbera, conligari ungulas, exponi equuleorum tendiculas imperavit. Sed nihil horum Dei famulos aut terruit, promissum aut superavit appositum. Proficiebat siquidem per damna corporum virtus animorum, et per multiplices ac succiduos suppliciorum gradus ad repromissam beatitudinem fides in Deum stabilita ten-
 10 **O**debat. Ardescebat quidem iracundia persequentis cum vinci a martyribus inventionum suarum tormenta conspiceret, et per omnes calliditatis astutias mens diabolo dicata currebat; sed vinci immundi astutia agone non poterant * quos ad coronam caelestis praemii cooperte patientia divina monebat. Consumman-
 tur * tandem gladio tormenta martyrii, ut voce Christum confitentes, quem * *
 15 **S** mutare poena non poterat, spiritus emissus intraret in caelum.

3. Nec sic tamen saevientis judicis est expleta crudelitas. Nam inhumata reli-
 quit corpora et saxeis molibus * adgravata subvectione ** auferri jussit in pelagum, * *cod.* saxis
 ne impensae sepulturae testimonio exemplum confessionis ac fidei ad posteritatis mollibus.
 notitiam perveniret. Sed prius veneranda ad litus corpora, antequam nuntii subvectione.
 20 **O** reverterentur, pervenerunt. Occurrit plebs devota cum gaudio, tantae rei obstupefacta novitate, fide excitata martyrii, unanimositate corpora veneranda colligere et ad sepulturae locum cum maxima reverentiae veneratione transferre; nec ullum christianorum aut familiaris rei occupatio tenuit aut sexus retraxit aut infantia praepedivit quominus extractus deesset officium. Cujus populi nos hodie
 25 **S** exemplum sequentes, annua haec martyribus festa persolvimus, ut eorum intercessionibus adjuvemur; nec credere debemus defunctos quos throno caelesti novimus esse applicatos, per Dominum nostrum Jesum Christum, cui est honor et gloria, virtus et potestas in saecula saeculorum. Amen.

PROLOGUS IN VITAM S. ANTONII (Cfr. supra, p., 337, 39°).

30 **Incipit prologus in vita beati Antonii de ordine fratrum Minorum.**

Assidua fratrum postulatione deductus necnon et oboedientiae salutaris fructu provocatus, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei vitam et actus beatissimi patris ac fratris nostri Antonii caritati fidelium et devotioni scribere dignum
 35 **S** duxi. Id namque in vita sanctorum agitur quae posteritati fidelium scripto mandatur, quatinus, auditis miraculorum signis quae Deus operatur in sanctis suis, semper et in omnibus laudetur Dominus, et vitae correctioris regulam una * cum devotionis fervore ministrent fidelibus. Et quidem ad opus tantum me penitus insufficientem scio, nec tamen labia mea prohibeo, sperans quia propositum
 40 *cod.* unam.

meum perficiet qui intentionem cordis videt. Succincte enim, praevia tamen veritate; verbis licet imperitis loquar Christi supplicibus, ne fecunda verborum loquacitas aurium serviat pruritu et foliis utantur homines pro fructu. Denique non visa scribo, quae oculis ipse non vidi; domino tamen Sugerio Ulixonensi episcopo et aliis viris catholicis referentibus haec ipsa cognovi. Sic nempe Marcus 5 et Lucas evangelium, sic beatus Gregorius dialogum Petro interrogante conscribit, cum tamen virorum fide dignorum narratione tantum, ipso teste, quae refert didicerit. Ut autem fidelibus devote vitam istam legentibus detur occasio citius inveniendi quod quaerunt, opus istud in duas partes distinxit et rubricas singulis capitulis inserui. In priori quidem particula, conversationis ejus insignia et regularis habitus susceptionem, de multis quaedam brevitatis causa excipiendi, digessi. In sequenti vero, mira quae per eum operatus est Dominus, fratribus nostris et fidelibus aliis mihi astruentibus, subiciendo compegi. Hortor autem lectorem ego qui scripsi, ut cum haec legerit et me in aliquo vel minus bene dixisse vel certe incaute a loquacitate veritatis metas quispiam excessisse pro- 15 spexerit, non me mendacii aut falsitatis arguat, quin potius ignorantiae aut oblivionis meae miseriae misericorditer ignoscat.

EPILOGUS IN RANDEM VITAM.

Ecce, benignissime pater, tua gesta verbis imperitis utcumque scriptitando nar- ravi; ecce virtutis tuae magnitudinem, etsi non ad plenum, juxta scientiae pos- sibilitatem loquens annuntiavi. Recordare, obsecro, pie pater, mei cum ceteris tuae congregationis fratribus, ut qui felici sorte immortalitatis statione throno deitatis assistis, suspirantes ad te tuis extrahas meritis de lacu miseriae et luto faecis. Memento, inquam, viscerum misericordiae quibus, dum adhuc in carne praeter carnem viveres, erga miseros affluebas; qui misericordiae conjun- ctus fonti, voluptatis fonte potaris uberioris, rivum gratiae sitientibus effundas. 25

PROLOGUS IN VITAM S. GERALDI (Cfr. supra, p. 338, 45°).

Reverendo patri et domno Aimoni abbati, conservus fratrum et minimus abbatum Oddo, perpetuam salutem in Domino. Rogaveras, pater, una cum domno Turpione episcopo necnon et aliis non paucis nobilibus viris, ut de vita vel miraculis domni Geraldi aliquid scriberem. Quod ego quidem primo distuli, partim quia res propter suam novitatem mihi incerta videbatur, partim, fateor, quia timebam et adhuc timeo ne forte ista relatio per me convenienter edita non fuisset. Dubietas vero per hoc maxime suboritur, quia isdem vir in saeculo potens fuit, et ob hoc etiam, quod in quibusdam locis conventus rusticorum solet fieri et sicut res vana paulatim cessare. Sane, cum nobiles quidem laici simul et religiosi clerici, quos isdem domnus Geraldus a pueritia nutrierat, nobis conversationem ejus talem enarrassent, ut per voluntatem Dei miraculis indigna non sit, dubietatem postposuimus. 35

* cod. scribere.
.. cod. ergo.

* cod. quod.

VITA S. ELISABETH (Cfr. supra, p. 341, 69°).

1. Vas admirabile, opus Excelsi, vas in ardoris operibus rubigine consumpta conflatum, vas virtutum liquore confertum, odorem vitae diffundens et miraculorum pigmenta propinans, Elisabeth beatissima in caelesti aerario mirifice collocatur. Haec quidem Elisabeth, regis Ungariae filia, dum adhuc tenellam teneret aetatis infantiam, molles artus duriori jugo disciplinae premebat et rudes sensus sub ferula extorta rationis informans, in aeterni regis obsequium terreni patris sui regis commutabat affectum, prout impotentia poterat puerilis. Ipsa quidem, suae praenuntia sanctitatis, primos limites de perfectione virtutis ingressa, incompositos aetatis incessus illo gravitatis ordine componebat ut felicia ejus initia futurae sanctitatis certa indicia censerentur. Frequenter enim inter coevas puellulas occupationibus jocosis intenta, earum consortium gressibus furtivis evitans, ad ecclesiam properabat, et oscula devotissima parietibus imprimens, Christi laudes, quas imperitae linguae denegabat officium, membrorum nutibus pro aetatis modulo persolvebat.

2. Puerilibus igitur annis in Dei timore transactis, langravio Turingiae copulata, etsi ea quae sui viri erant pudicitia servata curaret, non minus quae Dei sunt sedula sequebatur, de Mariae prudentia et Marthae sollicitudine non recedens. Nocturno namque tempore, plumarum sprete mollitie, viri fugiebat amplexus, orationibus et genuflexionibus occupata, atque dum esset vir in accubitu suo, nardus ejus dabat sanctitatis odorem. Diebus quidem singulis pietatis officio dedita, licet exterius vestibus induta regalibus, ne terreni viri oculos offendere videretur, interius tamen sub cilicii tegmine caelestem sponsum gerebat absconditum, viduis, pupillis, aegrotis, carcerum inclusis ergastulis et egentibus singulis subventionis remedia ministrando. Cujusdam etiam pauperis, gravi capitis languore correpti, quasi filii curam gerens, capillos ejus manu tondebat propria, caput frequenter in pomerii secreto lavans, ut oculos effugeret ancillarum. Hanc siquidem felix papa Gregorius nonus suscepit in filiam, protexit devotam, ejus sanctae incoationis propositum usque in felicem exitum multa sollicitudine prosecutus : ejus sitibundam animam verbi caelestis potavit irriguo et evangelica eruditione refecit ; sicque regina, sapientia Salomonis instructa, salutiferum bibens imbrem, tot protulit manipulos operum quot suscepit semina praeceptorum. Quae Christo sponso cupiens copulari, terreni sponsi coepit declinare consortium, de cujus rebus nec contingere volebat aut vesci, nisi de redditibus propriis vel licite acquisitis. Cum autem Teutonium gravis urgeret inedia, captata viri absentia fidelis et provida dispensatrix, super afflictis pia gerens viscera, domus suae frumenta egentibus erogabat, cupiens in caelis metere quod per manus pauperum seminabat in terris.

3. Jamque a viri lege soluta, depositis gloriae saecularis exuviis, quibus interdum exterius pro conformitate saecularium utebatur, ne mens cultui religionis ascripta pulvere mundano sordesceret, vilis tunicae decore vestitur, ac divitiarum

contempta jactantia et generositate parentum, nobilissimis orta natalibus se mundo fecit ignobilem, ut nobilitaretur in caelis, pro corona suscipiens cinerem et cilicium pro fascia pectorali. Pallebant ora vigiliis, abstinentia, [paenitentis] confecta, et jam martyrem adhuc viventem caro praemortua testabatur. Sic enim mulier Chananaea de fluxu terrenae sollicitudinis liberata, se totis conatibus in 5 operibus misericordiae exercens, dum die quadam defixis in caelum oculis contemplationi vacaret, ut quasi de humanae conversationis consortio videretur abstracta, Dei filium dulcem Jesum ad se inclinatum caelis patentibus vidit, inter alia sibi consolationis lamenta dicentem : *Si tu vis esse mecum, ego ero tecum et a te nullatenus separabor.* Tunc sumptis propriis nobile hospitale construxit 10 ampla possessione donatum, sua quaeque pretiosa monilia et grandem pecuniae quantitatem eidem loco liberaliter elargita; in quo receptam multitudinem pauperum corporali visitabat obsequio, affluenter eis necessaria subministrans, pedes ipsorum et capita incredibili humanitate lavando. Leprosorum etiam ulcera, quae paene defluentibus membris aspectum ipsum horribilem efferebant, capitis 15 sui velo mundabat et votivo deosculabatur affectu, currentem detergens saniem officio pie manus, nec fastidientis indicio nec laboris taedio denotanda.

4. Demum propinquorum destituta suffragio, castris et possessionibus ceteris spoliatur, et velut profuga ita premittitur exilii vilitate ut ad declinandum caput diversorio denegato, inter porcorum agmina stratum quaerere sordidum cogere- 20 tur, atrioris panis et levioris aquae subsidium pro deliciis putatura. Sed mulier fortis et sancta hilaritate mentis injuriam et tolerantia superans paupertatem, sub afflictionis malleo super incudem patientiae dilatata, miserationis non oblita, lanam manibus operabatur et linum, de sui laboris impendio nudos pauperum humeros vestitura. Per alienas etiam aedes quasi quaesitura eleemosynas vena- 25 batur pauperum usibus erogandas, egere cupiens ut sibi abundaret. Cum autem plateae modum super lapides quosdam ad declinandum luteum compositos sub paupere habitu mulier veneranda transiret, in ipsius brevis itineris medio vetulam invenit obviam, dudum inter alias suae domus ancillas stipendiis propriis enutritam : quae dominam suam in habitus vilitate contemptam, cedere forsitan 30 erubescens, receptorum beneficiorum oblita, senilibus humeris armatis ad impetum delira vetula crudeliter immisit in lutum. Quae tandem aspectu placido videns et gaudens, concitavit fastigia in vetulae vilitate; non murmur resonat, non querimonia; non calumniam suscitatur, non interpellat ultores, sed patientiae loris et lenitate verborum vesaniam injuriantis infrenans, protinus in laudem 35 Dei et gratias Creatoris erupit, exemplo magistri superioris edocta, qui cum malediceretur non maledicebat, veniam pro transgressoribus deprecatus, frequenter etiam, dum pro aliquorum salute Dei misericordiam imploraret illis pro quibus orabat, sudor nimius erumpebat, quasi miserationis adipe per orationis instantiam circumfusus. 40

5. Talibus vitae cursu fideliter expleto, domesticis suis praedicens obitum, praescia sui finis, ei beatum reddidit spiritum cujus obsequiis se devovit, mundo

tam et se vitae felici commutatione commendans. Ipsius quidem corpus inhumatum non fetore corrupti cadaveris sed aromatum suavitate fragrabat. Concurrunt undique populi ad tam venerabile funus, lacrimarum lamenta portantes, non minus singulari [sui ipsorum] dispendio quam decedentis affectu. Fit procebus ex contactu domestici sanguinis causa non remota doloris; matris ubera dolor plebis illacrimat; deplorant pauperum latera secuturae nuditatis injuriam; collapsam adjutricis manum incurata dolent ulcera leprosum; plangit religio, religio quasi viduata torquetur, et matre communis subventionis extincta, tristem aeroris eventum non sexus non condicio declinavit.

6. Inter lamenta plorantium et tristes jubilantium voces votiva laetitiae causa accrescit, priora fomenta tanti doloris exstinguens, dum sanctissimae feminae corpus stupenda miraculorum novitate coruscans, ut miserationis viscera, quae ream proximos vivens exercuit, nec mortua claudere videretur. Inter varia siquidem admonitionis praerogativa notanda pauca de multis fastidientium aurium resonat auditus. Harcinanum, Coloniensis dioecesis, cujus anima fuerat extorta dispendio, de patibulo ad sepeliendum depositum, Elisabeth beatissima, propinquorum illius invocata lacrimis, a mortuis suscitavit. Joannes, Maguntinae dioecesis, suspensus laqueo, fracto fune patibuli, interventione liberatur ipsius. Westinum puerum, Maguntinae dioecesis, ad matris votum et lacrimas suscitavit a morte. Hericus puer, mortuus inventus in flumine, ipsius invocatione revixit. Ulrichardum scholarem, submersum in aqua cum ad piscandum pergeret, mortuum suscitavit. Puer quidam, mortuus de matris utero arte obstetricis eductus, de ejus invocationem spiritum vitae suscepit. Godefridum puerum, Coloniensis dioecesis, submersum in puteo dum aquam hauriret, jam mortuum vitae restituit. Edericus, Maguntinae dioecesis, existens in balneo, dum ibidem pauperem balneantem, quem beata Elisabeth illuminaverat, verbis et verberibus offendisset, de ejus sanctae invocationem, quae in paupere credebatur offensa, subito submersus est et praefocatus in aqua; facto tamen voto a parentibus et uxore, mortuus restitutus est vitae. Hericum, Maguntinae dioecesis, cujus animam acuta ebrietas extorserat, mortuum suscitavit. Monachus quidam, Henricus nomine, de Saxoniae partibus, morbo epileptico fatigatus, in somnis admonitus Elisabeth beatissimae se devovit, et restitutus est sanitati; voti executione dilata, recidivavit in idem; tandem soluto voto beneficium integrae sanitatis accepit. Ebereldis mulier, Maguntinae dioecesis, luminum caecitate percussa, soluto voto quod fecerat, juxta ipsius sepulcrum officium videndi resumpsit. Gertrudis puella uniusculi visum, quo per triennium privata fuerat, ipsa implorante recipit, visu quam lucubris caecis ejus meritis restituito. Gibbosa mulier Gerdruda, ad ejus delata sepulcrum, est restituta salutis. Benigna mulier, Maguntinae dioecesis, a daemonio graviter obsessa, curatur. Haec siquidem curat hydropicos, obsessos liberat, caecis visum, surdis auditum, claudis gressum, mutis loquelam interpellatione concedit, variis detentis languoribus optatae salutis beneficium largiendo.

7. His autem praedictus venerandus antistes fide dignorum testium assertione

compertis, gaudet pater in filia, in discipula magister exultat, fidelis laetatur agricola sui operis semina in regni caelestis horrea intulisse. Demum venerabilium cardinalium et praelatorum multorum diligenti examinatione praeambula, ipsorum suffultus consilio, in civitate Perusii, assidente turba innumera, illam venerabilem Dei famulam in sanctorum catalogo annotavit. Dignis igitur veneratur praeconiis quam stipendiis tam fidelibus Dominus honoravit, nec indigne praedictus venerabilis antistes eam sanctorum annumeravit collegio, ut saltem miseranda conditio devotione respondeat quae de feminae pectore beneficia accepit. Sumat, obsecro, saecularis gloria divitum de feminae pectore pauperis exemplum, et pauperis erubescat superbia, dum sic nobilis humilitate descendit. Discat suos impetus infrenare luxuria vitae pudicae feminae castitate, solvatur avaritiae laqueus, mulieris ejusdem liberalitate donante, ut ipsius meritum gratiae consortes efficiat qui non sunt ejusmodi venerationis expertes.

8. Obiit beatissima Elizabeth in Theutonia, civitate Marburch, anno praedicti pontificis III, regnante Domino nostro Jesu Christo, cum quo precibus ejusdem sanctissimae regnemus in caelis. Amen.

PASSIO SS. JUSTI ET ABUNDII (Cfr. supra, p. 343, 88°).

Incipit passio sanctorum martyrum Justi et Abandi, qui passi sunt [apud] Hierosolymam sub Numeria[no] imperatore et Olymbrio praefecto XVIII kalendas Januarii.

1. Post resurrectionem Domini nostri Jesu Christi et ascensionem ejus ad Patrem et postquam acceperunt beati apostoli Spiritum sanctum, ex eodem tempore multus sanguis sanctorum effusus est propter regnum Dei. Olymbrius autem praeses, missus a Numeriano imperatore ad persequendos christianos, cum venisset Hierosolymam, vocavit Justum cum ceteris qui erant cum eo. quem cod. jussit. interrogavit praeses, dicens: *Dic mihi, Juste, vanitatem illorum qui tibi tam oboedientes esse videntur.* Sanctus Justus respondit: *De quibus me interrogas, praeses? Ego christianus sum. Scriptum est enim: « Non temptabis Dominum Deum tuum ».* Olymbrius praeses dixit: *Noli conviciare, per deos; quia tormentis te tradere jubeo.* Sanctus Justus respondit: *Tyranne sanguinarius, numquid aliquis manus tuas evadit sine vindicta impunitus? Quomodo possum negare Dominum meum et vivere in hac mundo? Nomen enim Domini nostri negabile non est.* Olymbrius praeses dixit: *Alapis caedite eum, et dicite illi aliud pro aliud ne respondeat.* Cumque factum fuisset, jussit eum mitti in carcerem, et immolavit diis et sollemnes voces imperatoris recitavit, sicut consueverat.

2. Igitur die tertia jussit eum perducere de carcere, et dixit ei: *Si sacrificaveris diis nostris, dimitti jubeo et dabo tibi talenta auri et argenti.* Sanctus Justus respondit: *Et tu et aurum tuum simul peribitis in ignem perpe-*

* sic;
stilitum
barbarum
hujus
documenti
emendare
operae
pretium
visum
non est.

tuum. Olybrius praeses dixit : *Multum tibi indulsi ; ultra tibi non parcam.* Et jussit eum fustibus caedi. Qui continuo facti sunt quasi papyrus. Et dixit ei praeses : *Maleficus es tu.* Sanctus Justus respondit : *Infelix et miser, non agnoscis quia non sunt maleficia sed sunt Dei mirabilia.* Praeses dixit : *Imponite eum in rotis, ut confringatur corpus ejus.* Cumque factum fuisset, statim comminutae sunt rotae ut pulvis. Haec videns praeses, dixit ad eum : *Vides quantum te sustinent dii nostri et non te tangunt tormenta. Audi ergo me et consule tibi, quia puer tenerrimus es, ut non te consumat ignis.* Sanctus Justus respondit : *Consolationes tuae malitiae plenae sunt et omni nequitia ; tu te solum consulere et poenam aeternam quae te exspectant.* Tunc iratus praeses jussit mitti eum in fornacem ardentem. Cumque factum fuisset, beatus martyr benedicens Dominum dicebat : *Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum, et benedicat te anima mea hodie. Qui eripuisti Ananiam, Azariam et Misahalem de camino ignis ardentis, mitte mihi, Domine, auxilium tuum et Spiritus tuus ne discadat a me.* Praeses haec audiens, dixit : *Puto quia homo iste maleficus est qui missus est in igne : adhuc vivit. Vadam ergo et videbo eum qui in ignem talia loquitur.* Et cum accessisset ad fornacem, exiens ignis combussit faciem ejus ; etiam ex his qui stabant circa illum non paucos inflammavit ita [ut] morerentur. Praeses dixit : *Educite eum de fornace et facite alium caminum ardentem nimis, ut non vivat, et videamus si adjuvabit eum Deus suus.*

3. Cumque jussio praesidis impleretur, juvenis quidam, Habundus nomine, stans inter populos, dicebat : *O quomodo sanctus noster et doctor bonus custodiens legem Dei cum timore et abstinentia !* Quem * cum audisset * ^{cod. qui.} Alexander tribunus, nuntiavit praesidi, dicens : *Hic homo nescio quid mali patitur. Dicit quia hominem christianum injuste interficit praeses.* Iratus praeses jussit eum adduci et dicit ei : *Quare non timuisti jussioni meae detrahere, dicens eo quod ego hominem justum sine causa interfici jubeam aut temptem Dominum nostrum si vobis in igne adjutor ?* Sanctus Abundus dixit : *Praeses, noli insanire sicut canis latrans : quia poenis tuis non terreo neque minas tuas pertimesco. Timeo autem Dominum qui in caelis est, qui me creavit et judicaturus est vivos et mortuos et saeculum per ignem in gloria patris sui.* Praeses dixit : *Doleo, inquit, super te, quia juvenis es. Sed nunc audi me quasi filius patrem, et immola diis, ut tormenta possis evadere.* Sanctus Abundus respondit : *Cui me jubes immolare ?* Praeses dixit : *Sacrifica Jovi deo nostro.* Sanctus Habundus respondit : *Vere et tu similis es illi. Ille enim cum sorore et filia sua fornicatus est. Quomodo illi possum sacrificare ?* Tunc iratus Olybrius praeses jussit eum mitti in carcerem caminum, dicens : *Quid amplius tibi facturum sum, nisi ut simul ardeas cum illo ?*

4. Cumque factum fuisset, sanctus Habundus beato Justo dixit : *Serve Dei Juste, ora pro me ad Dominum ut possim sufferre tormenta ista.* Ille

autem cum lacrimis pro eo Dominum rogare coepit. Cui iterum beatus Habundus dixit : *Domine mi pater, si [non] possum sustinere tormenta, non recipio mercedem in caelo.* Cui beatus Justus respondit : *Sustine * et porta, filii, tormenta, quia Dominus noster Jesus Christus, dum esset in carne, passus est pro nobis ; et nos patiamur cum illo. Nihil enim est mundus iste, 5 filiole ; tamquam pulvis paulatim consumitur, et nobis omnibus mors superposita est : oportet enim impleri illud quod dictum est patri hominum.* Quibus haec loquentibus, vox de caelo facta est ad eos, dicens : *Ut quid dubitatis et non creditis Domino Deo vestro ? qui potens est misereri vobis et eripe[re] vos de manu tyranni praesidis, quia Deus miserator et misericors est, qui respicit super servos suos et super omnes timentes se. Vos autem relinquitae saeculum et venite ad regna caelorum ; ascendite et accipite coronas confessionis vestrae : opus vos habet Pater, ut vobiscum simul exultet.* Vox quidem audiebatur ; qui autem loquebatur non apparebat. Tunc sancti martyres audientes dixerunt : *Benedicimus te, Deus Abraham et 15 Deus Isaac et Deus Jacob et Deus xii prophetarum et xii patriarcharum, qui non dereliquisti nos, sed custodisti animas nostras usque in finem.* Quibus haec orantibus, caminus hora transacta extinctus est, et omnis flamma evanuit. Et vox iterum de caelo facta ad eos, dicens : *Ecce aperti sunt vobis caeli, et introite, sancti Dei, et habitaculum patris ; relinquitae corpora 20 vestra terrae, quia de terra sunt, quod autem de terra est in terram vadit, et quod de caelo est ad caelum ibit. Praeses autem tyrannus ingreditur ignem aeternum, in locum abyssi, qui ei praeparatus est.*

• 5. Tunc omnis populus gratias egit Deo, dicens : *Nihil est sol, nihil est Jovis Herculis. Solus vere magnus Dominus noster Deus christianorum.* 25 Tunc praeses confusus est, et videns se reum in omnibus, dixit : *Hi omnes aut magi sunt aut malefici, qui[a] non contingit eos ignis, aut certe magnus est Deus christianorum.* Et jussit eos praeses ut eicerentur de camino. Et cum aperuissent caminum, invenerunt frigidum sicut Ninivem ; et non contaminavit flamma vestimenta eorum neque capillum capitis eorum contigit, sed ambo quasi 30 in uno lecto ita erant positi, et circumvoluta erant corpora sanctorum. Omnis autem populus haec videns coepit [bene]dicere Dominum, et conditis aromatibus sepelierunt eos in novis sepulcris. Dominus autem suscepit martyres suos in pace : cui est honor et gloria, virtus et potestas, cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

CCV. Codex signatus num. 3815.

Olim Colbertinus 5124, deinde Regius C. 3635. 2.

Foliorum 185, maj. (0^m,44×0,32), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1° In inventione sancti Stephani, sermo beati Augustini episcopi de miraculis protomartyris Stephani (fol. 117^r-118^v).

t supra, cod. 3800, 1° (p. 326).

2° In assumptione beatae Mariae, sermo beati Hieronymi presbyteri (fol. 123^r-125^v et 129^v-131^r).

t ibid., 2°. Praetermissa sunt nonnulla (num. 9 extr. -13 init.).

3° Vita sancti Martini episcopi (fol. 177^v-181^v).

t ibid., 3°. Sed in fine mutila folio avulso, desinit in his verbis cap. 4 libri *virtutibus S. Martini*: *Haec sacerdote loquente notato tempore archi.*

CCVI. Codex signatus num. 3816.

olim Colbertinus 1093, deinde Regius C. 3760. 3.

oliorum 167, med. (0^m, 34×0,24), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

1° Inventio corporis beati Stephani (fol. 71^v-72^v).

x Adone, ad d. 3 Aug.

2° Passio sancti Laurentii martyris (fol. 73^r-75^r).

adem continet quae relata sunt in *Passione secundum Adonem edita Act.*, ad d. 10 Aug., p. 318-19, n. 1-3, sed fere prolixius enarrata; martyrium S. Laurentii ulterius non refert.

3° In natale sancti Hippolyti martyris (fol. 77^r-78^r).

x Adone, ad d. 13 Aug.

4° In assumptione sanctae Mariae sermo sancti Maximi episcopi ad Paulam * et Eustochium (fol. 78^r-87^r).

* cod.
Paulum.

videlicet Hieronymi epistola, ed. P. L., tom. XXX, p. 122-42. Desinit in num. 8 l. (...quia ipse eam elegerat sol justitiae ut nasceretur ab ea).

5° In natale sancti Aegidii confessoris (fol. 95^r-97^r).

ars Vitae editae *Act. SS.*, ad d. 1 Sept., tom. I, p. 299-303; videlicet num. 1-9 (...adventus illius ad vitam cognoverat).

6° In exaltatione sanctae crucis (fol. 105^r-106^r).

ars prior narrationis (fere scilicet quarta pars, usque ad verba *Illo itaque tempore Heraclius arcem tenebat imperii* cum linea seq.) editae ap. Momium, tom. I.

7° [Passio sanctorum] Alexandri, Eventii, Theoduli
(fol. 106^r-107^r).

Ex Adone, ad d. 3 Maii.

8° In dedicatione sancti Michaelis (fol. 108^v-111^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Sept., tom. VIII, p. 61-62. Omm. numm. 8 et 9.

9° Vita sancti Martini episcopi (fol. 121^v-129^r).

Vitae auctore Sulpicio Severo (ed. P. L., tom. XX, p. 159 sqq.) libri I capp. 1-7,
9, 10, 16, 21-23 a. m. (...*jamque se unum ex prophetis haberi volebat*).

10° Vita sancti Briccii episcopi (fol. 129^r-131^r).

Gregorii Turon. *Hist. Franc.*, lib. II, cap. 1.

11° [Passio sancti Andreae apostoli] (fol. 134^r-140^r).

Epistola ecclesiae Achaiae, ed. ap. Surium, ad d. 30 Nov.

CCVII. Codex signatus num. 3817.

Olim Colbertinus 153, deinde Regius C. 3596. 12.

Foliorum 282 (quorum superior pars humore exesa est), maj. (0^m,40×0,51),
columnis binis, exaratus saec. XIV.

1° In natale sancti Barnabae apostoli (fol. 148^r-150^r).

Ex *Act. Apost.*, capp. XIII et XIV.

2° In natale sanctorum martyrum Gervasii et Protasii
(fol. 151^v-153^v).

Epistola S. Ambrosii, ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Jun., tom. III, p. 821-22, num.
17-23.

3° In natale sanctorum Johannis et Pauli (fol. 153^r-
157^r).

Fragmentum Passionis sancti Gallicani ed. apud Mombritionum, tom. I. Omm. ea
quae post martyrium sancti Hilarini contigisse narrantur.

4° Vita sancti Benedicti (fol. 173^r-175^v).

Fragmentum Vitae editae *Act. SS.*, ad d. 21 Mart., tom. III, p. 277-88; scilicet
numm. 1, 2 ac dimidia pars num. 3 (...*et illos non invenisset*).

5° Inventio sancti Stephani protomartyris (fol. 186^r-
187^v).

Ut supra, cod. 3800, 1° (p. 326).

6° Passio sancti Sixti et sociorum ejus (fol. 188^r-190^r).

id. *Act. SS.*, ad d. 6 Aug., tom. II, p. 140-41, non paucis lectionibus varians.

7° Passio beati Laurentii martyris (fol. 190^v-193^v).

id. ap. Mombritium, tom. I. Initium paululum immutatum est, et omnia quae d. narrata sunt de S. Laurentii sepultura.

8° Vita sancti Augustini episcopi (fol. 208^r-208^v).

revisissimum Vitae sancti pontificis compendium, adjecta in fine mentione delici corporis ejus translatione, in Sardiniam primo, deinde Ticinum.

9° Vita sancti Aegidii abbatis (fol. 211^v-212^v).

fragmentum Vitae ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Sept., tom. I, p. 299-303; scilicet num. 1-6 ac prior pars num. 7 (usque *foribus legentem*).

10° Passio beatissimi Cornelii martyris (fol. 216^r-217^r).

id. ap. Mombritium, tom. I.

11° Passio sanctorum Thebaeorum Mauritii sociorumque ejus, quae est x kal. octobris (fol. 222^v-224^r).

fragmentum Passionis ed. ap. Surium, ad d. 22 Sept.; scilicet num. 1-6 med.

12° Passio sanctorum Cosmae et Damiani (fol. 224^v-226^v).

tertia Passio, ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Sept., tom. VII, p. 473-74. Stilus nutatus est et omm. capp. 1 et 3.

13° In memoria beati Michaelis archangeli iii^o kal. octobris (fol. 226^v-227^v).

narratio edita *Act. SS.*, ad d. 29 Sept., tom. VIII, p. 61-62. Omm. passim phrases innullae.

14° Vita sancti Hieronymi presbyteri (fol. 231^v-233^v).

id. P. L., tom. XXII, p. 173-84. Desinit in verbis *in monasterio conficiens sseret* (p. 180 a. m.).

15° In natale sanctorum iii^{or} coronatorum (fol. 141^v-142^r).

x Adone, ad d. 8 Nov.

16° In natale sancti Martini episcopi et confessoris (fol. 242^r-244^r).

fragmentum epistolae Sulpicii Severi ad Bassulam, ed. P. L., tom. XX, p. 181- scilicet inde a *Martinus igitur obitum suum*; et Gregorii Turon. *Hist. inc.*, lib. I, cap. 43.

17° Vita sancti Briccii episcopi et confessoris (fol. 244^v-246^r).

Gregorii Turon. *Hist. Franc.*, lib. II, cap. 1.

18° Homilia Albini magistri de vita sancti Martini (fol. 246^r-247^r).

Ed. P. L., tom. CL, p. 657-62. Omm. numm. 7-11.

* cod.
sancta C.
virgo et
martyr.

19° Passio sanctae Caeciliae virginis et martyris * (fol. 247^v-250^v).

Ed. ap. Mombritium, tom. I. Om. prol.

20° Natale sancti Clementis (fol. 251^r-253^v).

Ed. ibid.

21° In natale sancti Chrysogoni (fol. 253^v-254^v).

Pars prior Passionis editae ibid. Om. prol. et initium paululum immutatum est.

22° [De sancto Francisco] (fol. 255^r-282^v).

Vita auctore Thoma de Celano, ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Oct., tom. II, p. 683-723. In cod. initio mutila inc. *intrinsicus ad subitum rerum* (num. 10), in fine om. hymnus *Sanctus pater*, et haec addita sunt : *Apud Perusium felix dominus papa Gregorius nonus in gloriosi pontificatus sui anno quinto kal. martii legendam hanc recepit, confirmavit et censuit fore tenendam. Gratias omnipotenti Deo salvatori nostro super omnia dona sua nunc et per omne saeculum. Amen.*

CCVIII. Codex signatus num. 3820.

Olim Colbertinus 152, deinde Regius C. 3396. 7.

Foliorum 227, max. (0^m,52×0,368), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1° VI kal. julii, sanctorum martyrum Johannis et Pauli (fol. 5^r-5^v).

Ex Adone, ad d. 26 Junii.

2° [Vita sancti Martialis] (fol. 8^r-15^v).

Ed. apud Surium, ad d. 30 Junii. Foliis avulsis, initio mutila inc. a fine num. 2; et omm. num. 21 et seqq.

3° Passio sanctae Margaretae virginis et martyris (fol. 15^v-16^r).

Initium Passionis editae ap. Mombritium, tom. II.

4^o In festo beati Cleti papae et martyris (fol. 16^r-16^v).

esumpta ex Libro Pontificali; sed imperitus scriptor S. Cleto attribuit lapsum in eodem libro refertur de S. Marcellino.

5^o Passio sancti Victoris cum sociis suis (fol. 16^v-19^v).

l. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 317-21.

6^o Vita beatae Mariae Magdalenae (fol. 19^v-20^v).

d. apud Faillon, *Monuments*, etc., tom. II, p. 433-36. Praepositus est prol. et..., ed. ibid., p. 436.

7^o Passio sancti Jacobi apostoli fratris Johannis evangelistae, qui observatur viii^o kal. augusti (fol. 23^r-25^v).

l. ap. Mombritium, tom. II.

8^o Vita beatae Annae matris virginis Mariae (fol. 26^r-28^v).

primo paraeneticus, in quo nonnulla narrantur excerpta ex Pseudo-Matthaei evangelio, cap. 1-4 (ap. Tischendorf, *Evang. apocr.*, p. 33-60).

9^o Vita beatae Marthae hospitae Christi (fol. 28^v-34^v).

l. ap. Mombritium, tom. II. Terminatur Vita in obitu beatae virginis.

10^o Revelatio corporis beati protomartyris Stephani Luciano presbytero ostensa (fol. 36^v-39^r).

l. P. L., tom. XLI, p. 807-15.

11^o In festo beati Dominici confessoris ordinis Praedicatorum (fol. 39^r-39^v).

c. *Beatus Dominicus, Praedicatorum dux et pater inclitus, qui propinquante mundi termino quasi novum sidus emicuit, ex Hispaniae partibus villa quae dicitur Galaroga....*

s. *Accensa igitur pyra, uterque libellus examinandus immittitur... rudo iterum injectus ac tertio, aequo prosiliit incombustus.*

12^o Passio sancti Sixti episcopi et martyris (fol. 41^r-42^v).

- *Act. SS.*, ad d. 6 Aug., tom. II, p. 140-41. Incipit ut notatum est *Cat. SS.*, tom. I, p. 14, 58^o.

13^o Passio beati Laurentii levitae et martyris, qui passus est Romae sub Decio imperatore (fol. 42^v-45^r).

l. ap. Mombritium, tom. II.

14° Vita sanctae recordationis beatae Rusticulae sive Martiae (fol. 47^r-54^r).

Auctore Florentio, ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Aug., tom. II, p. 637-64.

15° Vita beati Hippolyti cum sociis suis, qui passi sunt sub Decio imperatore (fol. 54^r-54^v).

Fragmentum Passionis editae ap. Mombritium, tom. II; scilicet usque ad sepulturam sanctae Concordiae. - Sequitur brevis annuntiatio S. Cassiani ex Adone, ad d. 13 Aug.

16° Vita beati Bardulphi abbatis, cujus festivitas celebratur XIII^o kal. septembris (fol. 69^r-70^r).

Ed. P. L., tom. LXXXVII, p. 1061 seqq. Narratio abrumpitur in medio num. 10 (p. 1064).

17° Passio beati Ludovici episcopi et confessoris de ordine fratrum Minorum (fol. 70^r-72^v).

Ex bulla Joannis XXII, a verbis *Qui facit mirabilia magna solus... usque ad... conspectibus repraesentans* (*Act. SS.*, ad d. 19 Aug.).

18° Canonizatio beati Ludovici episcopi et confessoris de ordine fratrum Minorum (fol. 72^v-73^r).

Initium ejusdem bullae (*Sol oriens-laetabundam*) et finis (*Ceterum catalogo adscribendum*).

19° In festo beati Bernardi abbatis et confessoris (fol. 73^r-73^v).

Brevissimum compendium, in quo agitur tantum de nativitate et adolescentia beati confessoris.

20° Passio sancti Bartholomaei apostoli, VIII^o kal. septembris (fol. 73^v-76^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Aug., tom. V, p. 34-38.

21° Passio beatissimi Christi martyris Genesii Arelatensis (fol. 78^v-79^r).

Haec Passio eadem quidem et eodem ordine refert quae paulo inferius descripta (fol. 80), et passim etiam iisdem verbis concepta; sed aliquanto prolixior est, adeo tamen simplice stilo ut incertum nobis videatur utra ex altera derivata sit. Itaque eam hic in Appendice integram exhibere visum est.

22° Item de virtutibus beati Genesii Arelatensis martyris (fol. 79^r-80^r).

Ex Gregorio Turonensi *De Gloria martyrum*, capp. 68, 69.

23° Item passio ejusdem Genesisii martyris (fol. 80^r-80^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Aug., tom. V, p. 133.

24° Passio beati Caesarii episcopi Arelatensis (fol. 80^v-96^r).

Auctoribus Cypriano, Firmino et Viventio episcopis, ed. *ibid.*, ad d. 27 Aug., tom. VI, p. 64-83.

25° v° kal. septembris, vita beatissimi Augustini episcopi Hipponensis, a beato Possidio episcopo edita Calamensi (fol. 96^r-102^v).

Fragmentum Vitae ed. *ibid.*, ad d. 28 Aug., tom. VI, p. 427 sqq.; scilicet numm. 3-18, 44-48, 50-66, una cum rescripto sancti doctoris ad Honoratum.

26° xviii° kal. octobris, exaltatio sanctae crucis (fol. 114^r).

Ex Adone, ad d. 14 Sept.

27° Ipso die, passio sanctorum martyrum Cornelii et Cypriani, qui passi sunt xviii° kal. octobris (fol. 116^r-117^r).

Ex eodem, *ibid.*

28° Passio sancti Matthaei apostoli, qui passus est sub Hytreo rege in Aethiopia civitate xi° kalendas octobris (fol. 117^r-121^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II. Deest finis (*Zaroes autem et Arfaxar...*).

29° Passio sanctorum martyrum Agaunensium Mauritii, Exuperii, Candidi, Victoris, Innocentii et Vitalis, qui passi sunt sub Maximiano imperatore sub die x° kal. octobris (fol. 122^r-124^r).

Ed. apud Surium, ad d. 22 Sept. In fine (quod saepe contingit in hoc documento) post num. 9 sequitur continuo num. 11 et pars numeri 12 usque *virtus Domini operatur*, deinde apponitur num. 10.

30° Vita sanctorum martyrum Cosmae et Damiani atque Eupreprii, qui passi sunt in Egea civitate sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus xi° kal. octobris (fol. 124^r-126^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Sept., tom. VII, p. 444-47. Omm. numm. 1, 2, 14-16.

31° III° kal. octobris, venerabilis memoria sancti Michaelis archangeli (fol. 126^r-126^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 29 Sept., tom. VIII, p. 61-62, nonnullis lectionibus variantibus.

32° Vita beati Hieronymi presbyteri (fol. 131^r-134^r).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 173-84. Desinit in verbis *imperitiam recognoscere* (p. 185 in.).

33° Passio beati Leodegarii episcopi et martyris, VI nonas octobris (fol. 134^r-140^r).

Auctore Ursino, ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Oct., tom. I, p. 483-90, adjecta historia translationis.

34° In festo sancti Francisci confessoris, ordinis fratrum Minorum (fol. 140^r-141^r).

Vitae auctore S. Bonaventura numm. 6-11 (*ibid.*, tom. II Oct., p. 632-33).

35° Vita beati Dionysii vel sociorum ejus, qui passi sunt septimo kalendas octobris (fol. 141^r-143^v).

Auctore Fortunato, ed. P. L., tom. LXXXVIII, p. 577-84. Num. 3 bis descriptus est.

36° In festo beati Virgilio archiepiscopi Arelatensis (fol. 143^v-144^r).

Ex Vita ed. *Act. SS.*, ad d. 5 Mart., tom. I, p. 400 sqq., num. 1-4 usque *vice rat, non timebat* (p. 401 c).

* *vox erasa.* 37° In festo beati Geraldii... * et confessoris (fol. 144^r-144^v).

Ex Vita ed. *ibid.*, ad d. 13 Oct., tom. VI, p. 300 sqq., num. 4-8 usque *actus decorabat* (p. 302 d).

38° Vita sancti Florentii episcopi et confessoris (fol. 144^v-145^v).

Haec Acta ad eam classem pertinent de qua in *Act. SS.*, ad d. 17 Oct., tom. VIII, p. 76, num. 2.

Inc. *Beatus igitur Florentius natione Gallus civisque Turonensis fuit nec ab ipso ambitu parentum studiis enutritus....*

39° xv° kal. novembris, natale sancti Lucae evangelistae (fol. 145^v-146^v).

Homilia in festivitate beati evangelistae, quae incipit: *Lucas, cujus hodie festivitas colitur a fidelibus Christi, Antiochensis, arte medicus et discipulus apostolorum extitit; postea vero Paulum apostolum usque ad confessionem secutus, servivit Domino sine crimine...*

40° Vita sanctorum undecim milium virginum (fol. 146^v-148^r).

Concinnata ex revelationibus Elisabethae Schonaugiensis (ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Oct., tom. IX, p. 163-72); ubi continentur fabulae de Cyriaco, Marculo, etc.

41° Passio sanctorum apostolorum Simonis Chanaei et Judae * Zelotis, qui passi sunt die v° kal. novembris (fol. 148^r-152^v).

* cod. Judaei.

Ed. ap. Mombritium, tom. II.

42° Vita beatissimi Amantii [Ruthenensis] episcopi (fol. 159^v-162^v).

Auctore Fortunato, ed. P. L., tom. LXXXVIII, p. 313 sqq. Desinit mutila in fine numeri 10 in verbis *et ita fuit majoris miraculi* (p. 523 in.).

43° Vita beati Martini archiepiscopi Turonensis (fol. 162^v-166^v).

Ut supra cod. 3800, 3° (p. 326), nisi quod in priori parte adjuncta sunt ex Vita conscripta a Sulpicio capp. 6 et 7 et in fine totius documenti cap. 6 libri *de Miraculis S. Martini*.

44° Vita beati Johannis pii patriarchae Alexandriae (fol. 166^v-175^r).

Eadem referens quae Simeon Metaphrastes (P. G., tom. CXIV, p. 893-966), sed alio ordine et diverso stilo.

45° Vita sancti Briccii archiepiscopi Turonensis (fol. 175^r-175^v).

Gregorii Turon. *Hist. Franc.*, lib. II, cap. 1.

46° Vita beati Verani episcopi (fol. 175^v-178^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Oct., tom VIII, p. 467-70, multis lectionibus variantibus.

47° In festo beati Mitrii martyris (fol. 178^r-178^v).

Ed. ope hujus cod. *Anal. Boll.*, tom. VIII, p. 10-15.

48° Passio sanctorum Romani, Esychie et Bar[ullae] martyrum, qui passi sunt in Antiochia civitate sub imperatoribus Diocletiano et Maximiano XIII kalendas decembris (fol. 178^v-180^r).

Versio altera Passionis editae ap. Mombritium, tom. II. Inc. *Cum esset persecutio in partibus orientis et apud Antiochiam, Dominus diabolicam jussionem per famulos suos, id est Romanum, Esychium, Barulam parvulum, superare dignatus est. Volente itaque Asclepiade praefecto ingredi ecclesiam Dei, dixit beatus Romanus: Stemus ergo fideliter, fratres, in nomine Domini et eum per virtutem Jesu Christi confundamus....*

49° Passio sanctae Caeciliae virginis et martyris (fol. 180^r-183^v).

Ed. *ibid.*, tom. I.

50° Passio sancti Clementis episcopi et martyris, qui passus est Roma (fol. 183^v-186^r).

Ed. *ibid.* Clausula Passionis adscripta est primo miraculo, quod continue omisso prologo annexum est ipsi Passioni; secundum miraculum om.

51° VIII° kal. decembris, passio beati Chrysogoni martyris cum sociis suis (fol. 186^r-189^v).

Ed. *ibid.* Omm. ea quae sepulturam sanctarum Chioniae et Agapes subsecuta sunt.

52° Passio beatae Catherinae virginis et martyris (fol. 189^v-192^r).

Ex *Legenda Aurea*.

Inc. *Katherina dicitur a catha, quod est universum, et ruina, quasi universalis ruina. Omne enim aedificum....*

Des.... *quando oravit pro agentibus sui memoriam. Haec omnia fuerunt in beata Katherina, sicut patet in legenda.*

53° Vita sancti Lini episcopi (fol. 192^r).

Ex Adone, ad d. 20 Nov. In fine add.: *Hic constituit ex praecepto beati Petri ut mulier in ecclesia velato capite introiret.*

54° Vita beati Siffredi episcopi et confessoris (fol. 192^r-193^v).

Ed. ap. Surium, ad d. 27 Nov.

55° Vita beati Saturnini Tholosensis episcopi et martyris (fol. 193^v-194^v).

Ed., sed stilo mutato, ap. Surium, ad d. 29 Nov. Omm. numm. 1 et 6.

56° Passio sancti Andreae apostoli, qui passus est apud Achaiam in civitate Patras sub Egea proconsule pridie kal. decembris (fol. 196^r-198^v).

Epistola ecclesiae Achaiae, ed ap. Surium, ad d. 30 Nov.

57° De miraculis beati Andreae apostoli (fol. 198^v-202^r).

Ed. P. L., tom. LXXI, p. 1099 sqq.; sed in cod. discerpto folio non nisi capp. 1-11 fuere descripta.

58° In festo sancti Eligii episcopi et confessoris (fol. 203^r-204^v).

Brevissimum compendium Vitae S. Eligii.

59° Vita sancti Nicolai episcopi et confessoris (fol. 203^r-208^v).

. apud Carminium, p. 112 sqq. Om. num. 1 ; Ueinde, foliis avulsis, abrupta arratio num. 7 in verbis *januas appropinquasset* (p. 116 extr.) ac resumitur . 10 verbis *regium exactorem* (p. 118 p. m.). Num. 12 exhibetur lectio britiana; quae hunc numerum sequuntur omissa sunt.

60° In conceptione beatæ virginis Mariæ (fol. 208^v-209^v).

milia, cui annexa est historia duplex institutionis hujus festi, scilicet per revelationem facta Elsinio abbati et per revelationem factam temporibus Caroli regis eo cuidam qui erat germanus regis Hungariæ.

61° In festo beatæ Luciae virginis et martyris (fol. 210^r-211^v).

sio edita ap. Surium, ad d. 13 Dec. — Sequitur (fol. 211^v-212^v) *Vita beati tri episcopi et martyris*, quæ nihil aliud est quam homilia in Lazari scitationem.

62° Vita beati Thomæ apostoli, qui passus est in India, XII° kal. januarii (fol. 213^v-218^v).

. apud Mombritium, tom. II. In fine mutila, foliis excisis.

Appendix ad cod. 3820.

PASSIO S. GENESII NOTARII (Cfr. supra, p. 366, 21°).

Genesius sanctus, urbis Arelatensis civis, etiam patronatus nomen per virum moriendi suscepit. Quem et cives sui et ubique christiani, scientes beatitatem ejus, gloriosum martyrem venerantur, in tantum ut scripto ejus martyriasi repræsentatione rerum et Deus glorificetur et homo confortetur.

Sanctus ergo Genesius in juventutis flore primaevæ provinciam militiamque, etiam in officio præsidis præfectus est, non quidem a minoribus annis, sed per naturale ingenium sollers, [ut] advocatorum excepta verba et verum eminentiorum brevibus enotata compendiis manu raperet et exceptionis fide per memoriam sensus sonum vocis æquaret, quia jam spiritualem futuræ imaginem præfigurabat, ut præcepta dominica celeriter adimpleret. it etiam ut, eodem in militia constituto, impia sacrilegaque mandata per se intromissa apud judicem legerentur. Sanctus autem Genesius subito modis versutiam illam, per quam in coetu militiæ florentissimus habebatur u quaestuofo, quibus cotidianis diebus exultans lætabatur, cum esset can-

* cod. re-
præsentationem.

cellarius praesidis, repente omisit, atque proruit, et claudens tabulas dixit: *Unde venerunt ista insanissima et inania praecepta?* In quem respiciens iudex dixit: *Desperate, jussa imperatorum umquam sunt iniqua et inania!* Genesius sanctus dixit: *Vere stulta sunt valde et nimis prava.* Praeses dixit: *Quid est quod agis, Genesi? Nescio qua dementia te video fuisse arreptum. Sed considera tecum et omitte verba insipientia quae in contumeliam imperatorum loqueris, et aperi codices tuos ad implendum officii tui locum, ut jussa sacra gestis nostris inserendo publicentur.*

3. Genesius autem sanctus cum majori strepitu vocis projecit tabulas ante pedes iudicis, dicens: *Nulla est amentia neque contumacia jussa nequissima renuere atque respuere malum, quae ad culturam daemonum pertinent.* Haec audiens iudex dixit: *Custodiat pro foribus dum ea quae suscepta sunt praecepta sacra pro salute imperatorum apud acta ditionis meae incorporentur, ut paulo post periculum nostrum plenius interrogatus qua temeritate ausus fuit in injuriam imperatorum tam infausis verbis insurgere, et si de errore suo provolutis genibus ad vultus dominorum imperatorumque nostrorum convolaverit indulgentiam petens et obaudiens fuerit ad vota triumphalium exsolvenda et diis magnis sacrificaverit, venia illi tribuatur; sin autem perduratus in hac persteterit pertinacia qua coepit, sententiam qualem meretur blasphemus ac rebellis imperatorum nostrorum accipiat.* Et cum eiectione esset de auditorio sanctus Genesius, et omne officium ad audienda esset sollicitum, videntes eum hilari vultu ac securum sedentem sibi, et ipsi secuti fuerunt in observatione ejus. Sed Genesius sanctus, cujus jam Christus totus erat in corde, ut in nullo a praeceptis evangelicis actu martyrii deviare, quibus declinare * persecutionis impetum vel declinaret. permittitur vel jubetur, in alia atque alia non solum latebra sed etiam civitate mutata, secundum quod et in alio loco scriptum est: *Spiritus quidem promptus, caro autem infirma*, stupentibus in re officialibus subterfugit ab eis. Et cum confecta fuissent gesta legationis sacrae, jussit iudex sanctum Genesium intramitteri atque offerri sibi. Requirentes autem eum minimeque inventum, nuntiatum est iudici eum in fugam conversum. Haec audiens iudex, indignatione animi commotus ac furialibus stimulis accensus, jussit eum omni instantia perquirendum, ut ubi inveniri potuisset, gladio crudelissimae poenae afficeretur.

4. Genesius autem sanctus, cum esset in loco abdito, non infirmitate spiritus sed carnis titillatus trepidatione, pro confirmatione fidei, quoniam necdum erat ex aqua et Spiritu sancto renatus, veniens occulte ad antistitem catholicae fidei, donum baptismatis postulavit. Sed ille pro temporis angustiis, vel juvenili aetate diffidens, et perurgentia illius vota distulit ac fideliter indicavit quod plenam consummationem daret hujus muneris prompta pro Christo cruoris effusio. Haec cunctatio sacerdotis divino aestimari certum est nutu atque iudicio procurata vel disposita, ut circa ejus sollemnem consecrationem officia humana cessarent, cui baptismatis duplex gratia, ex utroque scilicet Christi latere, aqua et sanguis paratur.

5. Sed jam Dominus per Spiritum sanctum intima futuri martyris scrutatus arcana, sub et inde constantiam passionis quam fecerat evidebat, neque patiebatur differre coronam, cum sciret paratam esse victoriam. Ideo percussoribus suis eum obtulit et his quorum in eundem avida crudelitas inhiabat ostendit. Sed
- 5 Genesis sanctus at ubi sensit ab inquirentibus se investigatum, instinctu Dei Rhodanum petiit et sancta fluvio membra commisit, ut eum illic, qui Jordanis undas * palam, hic occultus baptista purgaret et mutuo alternoque et aquis corpore et aquas corpore consecraret. Et haec causa profecto extitit ut natali admi-
niculo ad ripam alteram perveniret. * *cod.*
undis.
- 10 6. Et qui exemplum beatissimi Petri, ad Christum tendens per summa gurgitum, imitatus, Christo sponsore transfretandi in ulteriore fluminis devenit in eodem loco quo effundi sanguinem gloriosum Dominus elegerat, et securum jam ex alia parte impius prospiciendo percussor, rapidus adsequitur, et evaginato gladio ictu festinante ad Dominum animam vinculis quibus tenebatur absolvit;
- 15 et utramque substantiam propriae originis elementa suscipiunt: terrena interim terris membra commendat, caelestem animam emisit ad caelum. Providerunt tamen fideles Dei servi ut utramque fluminis ripam geminatis urbibus ambiendam * unius martyris titulo munirent. Nam in ipso beatæ passionis loco consecrati cruoris vestigia relinquentes, in alterum fluvii latus honoratas * reliquias
20 transtulerunt, ut u[tro]bique praesens Genesis, illic sanguine haberetur, hic corpore. * *cod.*
abiendam.
* *cod.*
honoratas.
7. Haec omnia fideliter, [ut] gesta sunt, libentibus devotisque animis gloriam tanti martyris per singula qui noveratis recognoscite; qui ignorabatis, agnoscite; et gloriam tanti martyris crescentem in saecula aeterna veneramini, et unus-
25 quisque pro viribus ad similia, si ita res desideraverit, animas praeparate. Et ut beatus Genesis throno Domini usque in vindictae suae tempus adsistens, sacerdotibus, ministris, clero vobisque omnibus, et ei qui instructioni vestrae istud composuit, patrocinetur orate, ut sit nomen Domini benedictum in saecula saeculorum. Amen.

CCIX. Codex signatus num. 3822.

Olim « Ex libris Joannis Bapt. Lud. Gastonis de Noailles, Abbatis de alto Fonte » (fol. 146^r).

Foliorum 147, med. (0^m, 28 × 0, 215); columnis binis, exaratus saec. X.

1^o Epistola Aviti presbyteri ad Walconium papam
[de reliquiis S. Stephani et de Luciani epistola a
se in latinum versa] (fol. 33^r-34^v).

Ed. P. L., tom. XLI, p. 805-8.

2° Visio Luciani presbyteri [seu epist. de revelatione corporis S. Stephani] (fol. 34^v-41^r).

Ed. *ibid.*, p. 807-17 (ex edit. Ulim. et Lov.).

3° [Miracula sancti Stephani] (fol. 41^r-76^v).

Ed. *ibid.*, p. 833-34. In fine legitur haec clausula : *Alia vero quae singulorum quorumque libellis etiam propriis continentur si Domino adjuvante huic operi potuerimus annectere, ab alio melius exordio digeremus. Explicit liber secundus.* Et statim subsequitur

4° [De homine sanato per orationes S. Stephani] (fol. 76^v-82^r).

Ed. P. L., tom. XXXVIII, p. 1442-47 (serm. 320-324).

5° Relatio translationis corporis sancti Stephani protomartyris ab Hierosolymis Constantinopolim (fol. 90^v-95^r).

Ed. P. L., tom. XLI, p. 817-822. Circa variantes lectiones signatas *ibidem* nota in codice hoc Parisino legi (num. 1) *indictione quinta et Itaque post annos quinque*, (num. 2) *ad patrem suum, Decentes et Constantino*, (num. 4) *Mane vero facto venimus* (sequitur vox *et*, deleta) *ad angusta chalanis propter principem augusti* et (in fine) *taurum*, (num. 5 init.) *Constantinum*, (*ibid.* med.) *Tunc audiens hoc pater meus*, (*ibid.* extr.) *et in ipso est vila mea et spes mea*, (num. 6 p. m.) *populus*.

6° Sermo sancti Augustini episcopi de miraculis ejusdem beati martyris (fol. 95^v-99^v).

Augustini *De Civ. Dei*, lib. xxii, cap. 8, numm. 10-19, 21 (usque ad... *latere non sinit*), 22 et 9 init. (usque ad... *hujus fidei testes fuerunt*), P. L., tom. XLI, p. 766-71.

7° Gregorii episcopi Turonensis ex libro miraculorum de virtutibus sancti Stephani (fol. 99^v-101^v).

Gregorii *De gloria martyrum*, cap. 34.

8° Passio sanctissimi ac beatissimi Vincentii archidiaconi et martyris, quae celebratur xi kal. februarii (fol. 102^r-111^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jan., tom. II, p. 394-97.

9° Passio gloriosi martyris Christi Laurentii, quae est iii idus augusti (fol. 111^v-115^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II. Foliis dilaceratis, non exhibetur integer finis.



CCX. Codex signatus num. 3835.

olim coenobii Vindocinensis, deinde Colbertinus 6000, postea Regius C. 4471.3.
 foliorum 146, min. (0^m,175×0,13), lineis plenis, exaratus diversis manibus
 u potius compactus ex laciniis diversorum codicum) saec. XI.

1° Vita sancti Alexis confessoris (fol. 51^r-55^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Jul., tom. IV, p. 231-53.

2° Passio sancti Victoris, quae est xii kal. aug. (fol. 60^v-68^r).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 317-21.

3° [Libellus de nativitate beatæ Mariae] (fol. 82^r-89^r).

Vid. supra cod. 1864, 1° (p. 87).

4° [De sancto Matthæo] (fol. 102^r-108^v).

Ed. *Apost. Hist.* lib. VII, scilicet a cap. 3 init. (*qui eum susceperat omni
 electione*) usque ad cap. 10 extr. (*Ita et nuptiarum donarum conjugia cum*),
 Fabricium, *Cod. apocr. N. T.*, tom. II, p. 640-59.

5° [Passio sanctorum martyrum Thebaeorum] (fol. 115^v-116^v).

Initium Passionis ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Sept., tom. VI, p. 345; scilicet num.

CCXI. Codex signatus num. 3851 A.

olim Sancti Martialis Lemovicensis 134, deinde Regius C. 4240.2.
 foliorum 133 (1), med. (0^m,28×0,195), partim lineis plenis (fol. 1-56 et 124-133),
 partim columnis binis (fol. 57-132), exaratus diversis manibus saec. X.

1° [De sancto Christophoro] (fol. 17^r-19^r).

Reliqua pars Passionis cujus initium est in fine cod. Vid. infra, 26°.

2° Passio sanctorum apostolorum Petri et Pauli,
 quod est iii kal. julii (fol. 19^r-24^v).

Epistola Marcelli, ed. ap. Fabricium, *Cod. apocr. N. T.*, tom. II, p. 632-53.

3° Passio sancti Andreae apostoli, quod est ii kal.
 decembris (fol. 24^v-27^r).

Epistola ecclesiae Achaiae, ed. ap. Surium, ad d. 30 Nov.

1) Seu potius 136 : nam bina folia signata sunt num. 87 et numero carent folia
 decerata post folia 89 et 96.

4° Passio Philippi apostoli, quod est kal. maii (fol. 27^r-27^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Maii, tom. I, p. 11-12. Om. num. 1.

5° Passio sancti Bartholomaei apostoli, quod est viii kal. septembris (fol. 27^v-30^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 23 Aug., tom. V, p. 34-38.

6° Vita [et miracula] beatissimi Martialis confessoris et martyris [Christi] (fol. 30^v-32^v).

Ed. ex hoc codice ap. Arbellot, *Documents inédits sur l'apostolat de saint Martial* (Paris, 1860), p. 34-42.

7° Passio sanctorum martyrum Vitalis et Agricoli quod est iiii kal. maii (fol. 33^r-34^r).

Epistola S. Ambrosii, ed. P. L., tom. XVII, p. 747-49. Sicut et in praecedente documento, series narrationis misere perturbata est.

8° Passio sanctorum Eventii, Alexandri et Theoduli, quod est vi nonas mai (fol. 34^r-35^v).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 218-23.

9° Vita sancti Leodegarii episcopi (fol. 35^v-41^v).

Complectitur a) (fol. 35^v-39^v, lin. 4) Vitam auctore Ursino, ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Oct., tom. I, p. 485-90. In fine legitur: *Hoc vero sexto die...* (cfr. *ibid.*, p. 491. annot. *ii*); b) (fol. 39^v-41^v) Miracula post mortem et translationem corporis, scilicet alterius Vitae num. 51-76 (*ibid.*, p. 479-81), nonnullis tamen in codice praetermissis.

10° Vita sanctae Euphrosynae virginis (fol. 42^r-45^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Febr., tom. II, p. 537-41.

11° Vita actusque beati Hieronymi presbyteri (fol. 45^r-48^r).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 173-84.

12° Passio sanctae Christinae virginis et martyris, quae celebratur viii kal. augusti (fol. 48^r-52^r).

Ed. ap. Mombrinium, tom. I, multis lectionibus variantibus.

13° Passio sanctorum martyrum Cosmae et Damiani (fol. 52^r-53^v).

Proxime accedit ad secundam Passionem ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Sept., tom. VII, p. 471-72. Adjectum est prodigium de quo *ibid.*, p. 477, num. 13.

14° Revelatio sancto Stephano papae, quod est v kalendas augusti (fol. 53^v-54^r).

d. ap. Surium, ad d. 9 Oct. Sequitur (fol. 54^r-54^v) carta donationis apocrypha
 ibuta Visbio, filio Lisbii, ed. ap. Joan. Morinum, *De ordinationibus*; p. 39,

15° in nonas augustas, in Hierosolymis inventio cor-
 poris beatissimi Stephani et sanctorum Gamalieli,
 Nicodemis et Abibon (fol. 54^v-56^v).

pistola Luciani, ed. P. L., tom. XLI, p. 807-15.

16° Vita sancti Martini episcopi et confessoris (fol.
 57^r-70^r).

uctore Sulpicio Severo, ed. P. L., tom. XX, p. 159-76. Sequuntur (fol. 70^r-76^r)
 idem Sulpicii epistolae ad Eusebium, ad Aurelium et ad Bassulam, editae ibid.,
 175-83.

17° Liber secundus [et tertius] dialogi Severi de vir-
 tutibus sancti Martini episcopi et confessoris (fol.
 76^r-89^v).

ed. ibid., p. 201-22.

18° Epistola de obitu sancti Martini episcopi (fol.
 89^v-89^{bis v}).

Gregorii Turon. *Hist. Franc.*, lib. I, cap. 42.

19° Versiculus de obitu sancti Martini episcopi (fol.
 89^{bis v}-90^r); item versiculus de transitu sancti Mar-
 tini (fol. 90^r-90^v); item alius quando corpus ejus
 translatum est (fol. 90^v).

ijusdem *De miraculis S. Martini*, lib. I, cap. 4-6 init. Sequuntur (fol. 91^r-91^v)
 nullae inscriptiones quibus exornata erat Sancti Martini ecclesia et (fol. 92)
 toria constructionis et dedicationis basilicae Sancti Martini per S. Perpetuum
 scopum Turonensem, quae legitur apud Gregorium Turonensem, lib. I *De*
tutibus S. Martini cap. 6 (ed. Krusch, p. 592, *Adeptusque...*)

20° [Passio sancti Mauricii et sociorum martyrum
 Thebaeorum] (fol. 96^{bis r}-99^v).

Passionis ed. ap. Surium, ad d. 22 Sept., num. 1-12. Folium 96^{bis}, in quo de-
 iptum fuit initium Passionis usque ad finem num. 3, fere totum avulsum est;
 . num. 10.

21° Vita beati Carilefi [abbatis] monasterii Anisolen-
 sis, kal. julii (fol. 99^r-110^v).

d. *Act. SS.*, ad d. 1 Jul., tom. I, p. 90-98.

22° Vita beati Maximini abbatis [Miciacensis] (fol. 110^v-121^r).

Ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 581-91. Folio avulso post 110, desideratur pars documenti, videlicet a fine num. 28 (post verba *jejunium paene continuum*) usque ad initium num. 33 (...*perveniret gloriam*).

23° De inventione sanctae crucis, quod est v nonas maii (fol. 121^r-124^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Maii, tom. I, p. 445-48.

24° Miracula beati Michaelis archangeli (fol. 124^v).

Initium narrationis editae *Act. SS.*, ad d. 29 Sept., tom. VIII, p. 61-62. Cetera desiderantur, foliis avulsis.

25° Vita vel gesta sancti Eustachii martyris Christi (fol. 130^r-131^v).

Compendium Vitae editae *Act. SS.*, ad d. 20 Sept., tom. VI, p. 123-33.

26° Passio sancti Christophori (fol. 131^r).

Initium Passionis, ed. *ibid.*, ad d. 25 Jul., tom. VI, p. 146-49; scilicet numm. 1, 2. Cfr. supra, 1°.

CCXII. Codex signatus num. 4126.

Quem olim suum fuisse testatus est subscriptione sua « Gulielmus Cecilius ml. Dr de Burghley » (fol. 1^r); deinde Colbertinus 3120, postea Regius C. 3696. c. Ejus ultimam partem descripsit « Fr. Petrus Maymeti Ord. Carm. Parisiis » (fol. 200).

Foliorum 206, med. (0^m,505×0,19), columnis binis, exaratus diversis manibus saec. XIII et XIV.

1° [Translatio reliquiarum S. Andreae apostoli in Scotiam] (fol. 31^r-32^r).

Narrationem hanc nusquam editam repperimus. Itaque eam hic exhibere visum est.

Qualiter acciderit quod memoria sancti Andreae apostoli amplius in regione Pictorum quae nunc Scotia dicitur quam in ceteris regionibus sit; et quomodo contigerit quod tantae abbatiae ibi factae antiquitus fuerint quas multi adhuc saecularis viri jure hereditario possident.

1. Andreas, qui interpretatur secundum hebraeam etymologiam decorus sive respondens, sermone enim graeco a viro virilis interpretatur, germanus beati Petri

es autem ejus gratia, secundum Johannem evangelistam primus u Christo Domino nostro electus, secundum vero Matthaëum Mar-
 lus. Hic sorte praedicationis aquilones nationes, Scythias Picto-
 mo Achaïas ipsamque civitatem nomine Patras accepit, in qua
 pensus est ii kalendarum decembrium, ibique occubuit, et in qua
 ossa illius usque ad tempus Constantini Magni, filii Helenae, et filio-
 t Constantini cum Constante, quasi spatio cc.lxx. trium annorum.
 rno a Constantinopolitanis miro favosque * ductu inde suscepta

* sic.

sunt Constantinopolim, et cum magna gloria et maximo honore
 ta sunt et manserunt semper usque ad tempus Theodotionis chri-
 ris, spatio scilicet c.x. annorum.
 divino instinctu rex Pictorum, nomine Ungus, filius Hurginst, cum
 consurgens, Britannicas nationes dexteram hujus insulae habi-
 sissima vastatione interficiens, postremo pervenit usque ad campum
 navit. Eo tempore omnes paene totius insulae gentes unanimo
 es circumdederunt eum, volentes eum cum exercitu suo penitus
 autem die evenit regi praedicto cum septem comitibus amicissimis
 circumfulsit eos divina lux, et proni in facies suas, non valentes
 ceciderunt in terram. Et ecce vox de caelo audita est : *Ungus,*
me apostolum Christi, Andream nomine, qui missus sum
mdum atque custodiendum. Sed vide signum crucis Christi
aere atque praecedat contra inimicos tuos. Verumtamen

* vox
sedulo
erasa.

* sic.

*tem hereditatis tuae partem ut * elemosynam Deo omnipo-*
*nore sancti Andreae * ejus offer.* Tertia autem die divina voce
 im exercitum in xij turmas divisit *, et signum crucis unamquamque
 lebat ; lux autem divina uniuscujusque signi capite fulgebat. Tunc
 Deo omnipotenti atque sancto Andreae apostolo gratias egerunt.

* cod. et.
(S. A.) cod.
sanctae Andreae.
* cod.
dimisit.

utem venientes incolumes *, decimam suae hereditatis partem Deo
 eae apostolo venerabili volentes offerre, implendo quod scriptum
 osynam et omnia munda sunt vobis, incertum vero habebant
 cialiter vertigalem Deo, principalem civitatem sancto Andreae
 rent. Tunc inito consilio, binis, trinis, quadriduanis diebus jeju-
 ei omnipotentis misericordiam postulantes, unus custodientium
 ndreae apostoli Constantinopoli visione divina et revelatione am-
 instructus est dicente : *Exi de terra tua et de cognatione tua*
tris tui, et vade in terram quam monstravero tibi. Tunc

* cod.
incolimes.* cod.
Andreo.

mitante atque viam illius custodiente prospere pervenit ad verti-
 gis, id est Riginud. Eadem autem hora qua illic lassus sederet cum
 mitibus, lux circumfulsit divina regem Pictorum venientem cum
 l specialem locum qui * dicitur Kartenan, et claritatem non feren-
 in facies suas ; et sanati sunt claudi et caeci numero septem et
 e caecus illuminatus est. Et inde vidit ** locum plenum visitatione

* cod. quae.

* sic.
** cod. fudit.

4. Postremo Dei ordinatione rex cum suo exercitu venit ad locum quem Dominus illo caeco qui illuminatus fuerat ostendit. Regulus vero monachus a Constantinopolitana urbe peregrinus regi obiavit cum reliquiis sancti Andreae apostoli, quas secum hinc huc adduxerat, ad portam quae dicitur Matha, id est Mordurus. Salutaverunt se invicem cives et hospites atque tentoria ibi fixerunt ubi nunc est aula regis. Rex vero Ungus hunc locum et hanc civitatem Deo omnipotenti sancto Andreae apostolo ea semper libertate dedit ut sit caput et mater omnium ecclesiarum quae sunt in regno Pictorum. Ad istam enim civitatem conveniunt peregrini palmarii de Jerusalem, Romani, Graeci, Armenii, Theutonii, Alimanni, Saxones, Dani, Gallicani, Galli, Anglici. Britones, viri et feminae, divites et principes, sani corpore et aegri, claudi et caeci, in equis et curribus debiles huc deferruntur atque per Dei misericordiam ad honorem et gloriam sui summi sancti apostoli Andreae perfectissime curantur. Virtutes et signa et innumerabilia prodigia per suum sanctum apostolum Andream Dominus fecit, hic facit et facturus est, quae hic non possunt scribi. 15

* *cod.*
festissime.

5. Regulus vero abbas atque monachus cum suis caris comitibus habitavit in loco isto, in monachica vita serviens Deo die ac nocte in sanctitate et iustitia cunctis diebus vitae suae. Quorum corpora hic requiescunt. Iste Regulus tertiam partem totius Scotiae in manu sua et potestate habuit et per abbatias ordinavit atque distribuit. Patria illa siquidem Pictis, Scotis, Dacis, Norguagentibus ceterisque qui ad vastandum insulam applicuerant, situ locorum amoenitatisque paverat; at si aliquando refugii opus fuisset, tutum receptaculum eis semper praestabat, et sese infra eam quasi in propria castra receperunt.

* *sic.*

(Abrumpitur hic scriptio, reliquo folio vacuo relicto).

CCXIII. Codex signatus num. 4212.

Olim coenobii Moissiacensis, deinde Colbertinus 662, postea Regius C. 3864. 3. 3.
Foliorum 182, med. (0^m,35×0,253), partim (fol. 1-166), lineis plenis exaratus saec. X, partim (fol. 167-182) columnis binis saec. XII.

[Vita sancti Ambrosii] (fol. 167^r-174^v).

Auctore Paulino, ed. P. L., tom. XIV, p. 27-46.

CCXIV. Codex signatus num. 4214.

Olim coenobii Fulcardimontensis, deinde Colbertinus 2661, postea Regius C. 3750. b. b.

oliorum 102, med. (0^m,33×0,24), columnis binis (ternis fol. 101, 102), exarsaec. XIV.

Passio sanctae Agnetis virginis versificata a quodam magistro (fol. 100^v-101^v).

uctore Hildeberto Cenomanensi, ed. P. L., tom. CLXXI, p. 1307-14.

CCXV. Codex signatus num. 4334.

lim coenobii Sancti Dionysii Remensis (fol. 54^v), deinde Philiberti de la Mare, postea Regius C. 4506. 2.

oliorum 106 (1), min. (0,22×0,145), lineis plenis, exaratus diversis manibus, n. XIII.

1° [Vita sancti Augustini] (fol. 36^r-53^v).

on multum diversa a Vita auctore Possidio, ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Aug., tom. p. 427-40, num. 3-71.

ic. prol. *Beatum Augustinum magnum fuisse doctorem et per cuncta dabilem...*

ic. Vita. *Beatus itaque Augustinus ex provincia Africa civitate Tagasi de numero curialium honestissimis valde parentibus oriundus t; cujus carnalis pater Patricius...*

es. *Erat enim non solum eruditus scriba in regno caelorum, de thero suo proferens nova et vetera...*

2° v idus octobris, translatio corporis beatissimi Augustini episcopi (fol. 53^v-54^v).

rratio verbis, sed non rebus, diversa a narratione Philippi de Harveng, slationis scilicet e Sardinia in Longobardiam saeculo VIII; de qua videsis *SS.*, ad d. 28 Aug., tom. VI, p. 368, n. 758-62.

3° Passio sancti Symphoriani martyris (fol. 76^r-80^r).

l. *Act. SS.*, ad d. 22 Aug., tom. IV, p. 496-97. Om. posterior pars numeri ni (post vocem *haberetur*, lin. 9).

4° [Miraculum sancti Symphoriani] (fol. 80^r-84^v).

Gregorii Turon. *De gloria martyrum*, cap. 52, ed. *ibid.*, p. 492, num. 7.

5° Passio sanctorum martyrum Timothei et Apollinaris (fol. 80^v-84^r).

Mem quae descripta est *Cat. Brux.*, tom. I, p. 40, 84^a (cod. 98-100).

Quorum primum signatum est numero 4, computatis scilicet inter codicis tribus chartaceis insiticiis, quae et vacua relicta sunt, nisi quod uni inscripta revis nota circa contenta in codice.

6° Exaltatio sanctae crucis, xviii kal. decembr. (fol. 84^r-89^r).

Ed. ap. Mombritium, tom. I.

7° Passio sancti Cornelii papae (fol. 89^r-91^v).

Ed. ibid.

8° Passio sancti Cypriani episcopi et martyris (fol. 91^v-94^r).

Ed. ibid. Praemissa est notitia de S. Cypriano ex Hieronymi libro *De viris illustr.*, cap. 67.

9° Passio sanctorum martyrum Mauritii sociorumque ejus (fol. 94^r-104^r med.).

Ut in cod. Brux. 7483-86 (*Cat. Brux.*, tom. II, p. 60, 7° et p. 67-68).

CCXVI. Codex signatus num. 4387.

Olim « coenobii Sancti Eligii Noviomensis, deinde ex Bibliotheca D. de Cange 159 », postea Regius C. 4504.3.3.

Foliorum 183, min. (0,167×0,12), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

Vita sancti Benedicti abbatis, edita a beato papa Gregorio (fol. 155^v-183^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Martii, tom. III, p. 277 sqq. Praemittitur index capitulorum; sed foliis avulsis desinit Vita mutila in primis verbis cap. 19: *Non longe autem a monasterio vicus erat in quo non minima mul...* (tom. cit., p. 285 D.).

CCXVII. Codex signatus num. 4628 A.

Olim coenobii Sancti Dionysii juxta Parisios (fol. 184^r) (1).

Foliorum 184, min. (0^m,235×0,183), columnis binis, exaratus saec. X.

(1) Sed et fol. 2^r legitur formula haec donationis aureis litteris descripta (sicut et epigrammata fol. 1^v et 2^r): *Anno Dni MDCXXXVI... Illustrissimo Pictavensi Episcopo Henrico Lodoico Chasteigner de la Rocheposé D'abein, Patrono suo beneficentissimo Joannes Milon Cler. Pictav.*

Vita Karoli Magni imperatoris, ab Einardo dictata
(fol. 174^r-182^v).

Edita, ope hujus et aliorum multorum codicum qui infra recensendi venient,
Mon. Germ., tom. II, p. 443-63. Cfr. *ibid.*, p. 433, 6. Mutila desinit in fine cap. 16.

CCXVIII. Codex signatus num. 4631.

Olim Antonii Faure 114, deinde Regius C. 5192. 2.

Chartaceus, membranis intermixtis (ita ut post decem folia chartacea sequantur membranæ duo), foliorum 121, med. (0^m,285×0,20), columnis binis, exaratus sæc. XV.

Vita Karoli Magni ab Einardo * dictata (fol. 105^v-111^v). * (ab E.) cod. a Bernardo.

Manifeste descripta ex codice 4638 A vel exemplari prorsus simili, et iisdem verbis mutila desinens. Itaque in editione documenti potius sub numero 6 quam sub numero 3 (cfr. tom. cit., p. 433), collocandus erat codex iste Par. 4631.

CCXIX. Codex signatus num. 4841.

Olim Collegii Soc. Jesu Claromontani, deinde Petri Pithoei, deinde Thuaneus, deinde Colbertinus 3603, postea Regius C. 5960. 5.

Foliorum 101, min. (0^m,20×0,14), lineis plenis, exaratus diversis manibus sæc. IX et X.

1° [Epitaphium S. Augustini episcopi Hipponensis]
(fol. 32^v-33^r).

Carmen disticha complectens tredecim, quorum primum citavit Possidius in *Vita S. Augustini* (*Act. SS.*, ad d. 28 Aug., tom. VI, p. 440, num. 71).

2° [Epitaphium S. Augustini Cantuariensis (?)] (fol. 34^v).

Inc. Suscipe, terra, tuo corpus de corpore sumptum

Des. Nam mercedem operum jam suarum (sic) sine fine tenes.

Disticha octo, quæ cur de S. Augustino Cantuariensi agere censeamus solatio est quod legitur

v. 5. *Pontificis summi hoc clauduntur membra sepulchro;*

t v. 11. *Ad Christum Anglos convertit pietate magistra.*

CCXX. Codex signatus num. 4877.

Olim coenobii Saviniacensis, deinde Colbertinus 279, postea Regius C. 3786. 2.
Foliorum 171, med. (0^m,36×0,23), columnis binis, exaratus saec. XIII.

Vita Karoli Magni imperatoris (fol. 141^r-150^v).

Auctore Einhardo, edita ope hujus codicis *Mon. Germ.*, tom. II, p. 433-63
(cfr. *ibid.*, p. 436 extr.).

CCXXI. Codex signatus num. 4887.

Olim « Liber Sancti Petri de Cella » in dioecesi Tricassina, deinde Claudii
Puteani, postea Regius C. 4902.

Foliorum 102, med. (0^m,325×0,23), columnis binis, exaratus saec. XII.

**1° Vita sancti Brendani confessoris atque abbatis
(fol. 80^v-86^v).**

Ed. ap. A. Jubinal, *La légende latine de S. Brendaines*, p. 1-53. Desunt in
codice duae ultimae sententiae pag. 53.

2° Vita beati Hieronymi presbyteri (fol. 92^r-95^r).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 201-15. Desunt quae leguntur *ibid.*, p. 203 med. 205
fin.; terminatur sicut indicatum est *ibid.*, p. 213, not. c.

**3° Sermo de collectione sancti Johannis Baptistae
(fol. 95^r-97^v).**

Relatio scilicet fabulosa translationis capitis S. Joannis ad monasterium Ange-
riacense, ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Jun., tom. IV, p. 737-59, num. 254-63.

**4° Passio sanctorum Sergii et Bacchi martyrum (fol.
97^v-102^r).**

Altera versio Passionis editae *Act. SS.*, ad d. 7 Oct., tom. III, p. 863-69.

CCXXII. Codex signatus num. 4892.

Olim coenobii Sancti Petri Malleacensis, deinde Mazarinaeus, postea Regius C.
4720.

Foliorum 253, maj. (0^m,375×0,27), columnis binis, exaratus diversis manibus
saec. XIII.

[Translatio corporis sancti Rigomeri] (fol. 253^v-255^r).

Id. *Act. SS.*, ad d. 24 Aug., tom. IV, p. 789-91.

CCXXIII. Codex signatus num. 4895 A.

olim (1) Colbertinus 2042, deinde Regius C. 5154. 3.

Foliorum 162, med. (0^m,33×0,23), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1° Liber de sanctitate beati Caroli Magni imperatoris (fol. 125^r-132^v).

editus. Cfr. quae indicata sunt ap. Wattenbach, *Deutschlands Geschichte*, ed. V^a, tom. II (1886), p. 378, not. 4.

2° Historia de vita Caroli Magni [auctore Turpino] (fol. 132^v-140^v).

Et supra in cod. 3350, 5^o (p. 234). Inserta est et descriptio illa septem artium liberalium quam edidit Reiffenberg, tom. cit., p. 627-28.

CCXXIV. Codex signatus num. 4937. 2 (2).

Foliorum 27, min. (0^m,23×0,163), columnis binis, exaratus saec. XIII.

[Vita Caroli Magni] (fol. 1^r-12^v).

Auctore Einhardo, ed. *Mon. Germ.*, tom. II, p. 445-63.

CCXXV. Codex signatus num. 4955.

olim Thuaneus, deinde Colbertinus 2578, postea Regius C. 5264. 3.

Compositus ex multis codicibus vel codicum laciniis, quorum diversa est forma (maximus patet 0^m,28×0,21; minimus vero 0^m,245×0,20) et admodum diversa aetate. Partes infra citandae exaratae sunt saec. XI.

1) Folio insiticio D in capite codicis inscripta est haec nota: *Liber iste scriptus est domini Joannis Cancellarii domini regis Romanorum.* — Cfr. L. Delisle, *Catalogue des manuscrits des fonds Libri et Barrois*, 1888, p. 201.

1° Vita Karoli regis atque imperatoris (fol. 54^r-63^r) (1).

Auctore Einhardo, ed. *Mon. Germ.*, tom. II, p. 443-63.

2° [Passio sanctae Columbae virginis] (fol. 104^r-107^r).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 302-6. Initio mutila inc. *Tu et filius tuus, quem sponsalia jura...* (num. 3 med.).

3° [Vita sancti Silvestri] (fol. 107^r-109^v).

Initium Passionis editae ap. Mombritium, tom. II. Desinit mutila in his verbis: *Ipse autem sanctus Silvester cotidiana doctrina.*

CCXXVI. Codex signatus num. 4977.

Olim Colbertinus 733, postea Regius C. 3833. 6. 6.

Foliorum 240, med. (0^m,33×0,243), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1° Nomina sanctorum Lemovicensis diocesis (fol. 174^r-179^v).

Sub nomine Bernardi Guidonis ed. ap. Labbe, *Nov. Bibl. mss.*, tom. I, p. 629-38.

2° Gesta Karoli magni regis et imperatoris de captione Carcassonae et Narbonae civitatum et constructione et consecratione altaris et ecclesiae monasterii Crassensis (fol. 193^r-214^v).

Ed. ap. Ciampi, *Gesta Karoli Magni ad Carcassonam et Narbonam et de aedificatione monasterii Crassensis* (Florentiae, 1823), p. 1-130.

3° [Historia de vita Caroli Magni, auctore Turpino] (fol. 214^v-227^v).

Ut supra, cod. 3830, 5° (p. 234).

CCXXVII. Codex signatus num. 4998.

Olim coenobii Sancti Medardi Suessionensis, deinde Colbertinus 433, postea Regius C. 4728. 3.

(1) Quem exseripsit titulus D. Schneegans (*M. G.*, II, 433), recentiori manu fol. 54^r inscriptus est.

Foliorum 144, med. (0^m,353×0,24), columnis binis, exaratus saec. XIV.

Historia Turpini de Karolo Magno (fol. 20^v-25^v).

Ut supra cod. 3350, 5^o (p. 254).

CCXXVIII. Codex signatus num. 5019.

Olim, ut videtur, coenobii Sancti Petri Malleacensis (1), deinde Baluzianus 610, postea Regius C. 4503. 3.

Foliorum 147, min. (0^m,215×0,16), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

Vita cum miraculis sancti Benedicti (fol. 132^v-133^v).

Breve compendium Vitae conscriptae a S. Gregorio M. (ed. Act. SS., ad d. 21 Mart., tom. III, p. 277 sqq.); in fine mutila folio exciso.

CCXXIX. Codex signatus num. 5043.

Olim conventus Fratrum Praedicatorum Pictaviensium (2), deinde Colbertinus 6315, postea Regius C. 4503. 6.

Foliorum 330, min. (0^m,19×0,13), columnis binis, exaratus saec. XIV.

Nomina sanctorum Lemovicensis diocesis (fol. 327^r-337^r).

Ut supra, cod. 4977, 1^o.

CCXXX. Codex signatus num. 5058.

Olim coenobii Moissiacensis, deinde Colbertinus 3000, postea Regius C. 3730. 1.

Foliorum 169, med. (0^m,365×0,25), lineis plenis, exaratus diversis manibus saec. X-XIII.

[Acta S. Timothei episcopi Ephesini] (fol. 166^r-167^r).

Ed. Act. SS., ad d. 24 Jan., tom. II, p. 566.

(1) Fol. 147^r inscripta est haec nota : *Anno Domini m^o cc^o lxx^o eodem die veneris ante passionem Domini Philippus rex Francie venit apud Mallesiacum invitatus a Reverendo patre domno Radulpho tunc temporis abbate dicti loci; ibidemque manducavit et pernoctavit ad expensas supertacte abbacie, in crastinoque recessit.* — (2) Fol. 349^v.

CCXXXI. Codex signatus num. 5075.

Olim « de abbacia sancti Salvatoris Vic[ecomitis] Const. dioc. », deinde Caroli de Montchal 86, deinde Telleriano-Remensis 47, postea Regius C. 4171. 1. 2.

Foliorum 144, med. (0^m,28×0,19), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Publica Theophili paenitentia (fol. 130^v-135^r).

Versio altera Passionis editae *Act. SS.*, ad d. 4 Febr., tom. I, p. 483-87.

2° Vita sancti Germani episcopi et martyris (fol. 138^r-144^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 2 Maii, tom. I, p. 261 sqq. Excisis foliis mutila desinit in verbis *Cernens igitur sua aliorumque quorundam industria Hispaniam etc* (tom. cit., p. 266; col. 2, lin. ult.).

CCXXXII. Codex signatus num. 5084.

Olim Thuaneus, deinde Colbertinus 1300, postea Regius C. 4262. 2. 2.

Foliorum 292, med. (0^m,28×0,19), lineis plenis, exaratus saec. XI.

Vita sancti Sori confessoris (fol. 286^v-292^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Febr., tom. I, p. 199-204.

CCXXXIII. Codex signatus num. 5129.

Olim coenobii Sancti Amandi Elnonensis, deinde Telleriano-Remensis 374, postea Regius C. 3833. 2.

Foliorum 141, med. (0^m,315×0,23), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Relatio miraculi in regione Saxonum facti tempore sancti Heriberti Coloniensis archiepiscopi (fol. 67^r-68^r).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. II, p. 382-83 (ex cod. 9823-24).

2° Passio sancti Victoris martyris (fol. 106^v-109^v).

Passio metrica auctore Marbodo ep. Redonensi, ed. P. L., tom. CLXXI, p. 1615-28.

3° Passio sancti Mauriti sociorumque ejus (fol. 109^v-111^r).

Auctore eodem, ed. *ibid.*, p. 1623-30.

4^o [De S. Laurentio] (fol. 111^r-113^v).

actore eodem, ed. *ibid.*, 1607-14.

CCXXXIV. Codex signatus num. 5133.

olim Mazarinaeus, deinde Regius C. 4290.

foliorum 74, min. (0^m,24×0,15, at fol. 57-64 et 71-73 minora sunt), lineis pleniter eadem folia), exaratus diversis manibus saec. XIII.

Passio sanctorum martyrum Donati et Hilariani (fol. 65^r-70^v).

de qua *Act. SS.*, ad d. 7 Aug., tom. II, p. 180, num. 5; quam scilicet edidit Petrus Buonamicus typis Florentinis anno 1607.

CCXXXV. Codex signatus num. 5134.

olim Philiberti de la Mare 337, deinde Regius C. 3833. 2.

foliorum 43, med. (0^m,32×0,23), columnis binis, exaratus saec. XIII.

Vita sanctissimi Leonardi confessoris (fol. 38^r-40^v).

de opere hujus codicis ap. Arbellot, *Vie de saint Léonard*, etc., p. 277-89.

CCXXXVI. Codex signatus num. 5137.

olim Sancti Martialis Lemovicensis 187, deinde Regius C. 5250. 2.

foliorum 148, compactus ex multis codicibus et codicum laciniis, non ejusdem aetatis (maximus fere 0^m,25×0,18 patet) nec ejusdem aetatis: quae ex eo citatis infra, exarata sunt saeculo XIII.

1^o [Vita S. Brendani] (fol. 3^v-7^v).

de ap. Ach. Jubinal, *La légende latine de S. Brendaines*, p. 1 sqq. Foliis desinit mutila in verbis *at vero cum sanctus pater benedixisset por-*... (*ibid.*, p. 25 extr.).

2^o Purgatorium sancti Patricii (fol. 140^v-145^v).

de ap. Colgan, *Trias Thaumaturga*, p. 275 sqq.; sed in cod. mutilum

desinit documentum in verbis *ut per ejus consilium susciperet habitum religionis* (cap. 21).

CCXXXVII. Codex signatus num. 5229.

Olim coenobii Moissiacensis, deinde Colbertinus 879, postea Regius C. 3810. 7.
Foliorum 176, med. (0^m,28×0,22), lineis plenis, exaratus saec. XI.

Epitaphium discipulorum sex beati Gregorii papae
(fol. 1^v).

*Sunt hic Angliaci clarissima lumina regni,
Hi sex pontifices, Domini qui signa ferentes,
Ad Christum claro populos duxere triumpho.
Sidera nunc sedem retinent, mausolea partem.
Augustine pater, tu primus signatus isti ;
Tum lauro dignus Laurentius iste secundus ;
Tertia palma fuit Mellitus praesul amandus ;
Doctor justitiae stat quartus in ordine Justus ;
Quintus et Honorius, honor et decus hic venerandus ;
Deus dedit hoc proprium, vere Deus et dedit ipsum.*

CCXXXVIII. Codex signatus num. 5231.

Olim « Liber beate Marie Crass[ensis] » (fol. 3), deinde Telleriano-Remensis 51,
postea Regius C. 3810. 2.

Foliorum 130, med. (0^m,33×0,24), columnis binis, exaratus saec. XII et (inde a
fol. 130) saec. XIII.

1° Vita S. Nicolai episcopi et confessoris (fol. 130^v-
134^r).

Ut ap. Mombrinium, sed versione diversa inde a *Praeterea in Phrygiae partibus...* Post hanc narrationem (quae desinit fol. 134^r... *remisit illos ad propria gaudentes et exultantes in D. J. C.*) sequitur : *Igitur postquam beatissimus Nicolaus...* (de oleo manante e sancti sepulchro)... *semper accipiat incrementum.*

2° [Vita S. Polycarpi episcopi Smyrnensis] (fol. 134^v-
136^v).

Concinnata ex his quae de S. Polycarpo tradit Eusebius *Hist. eccl.*, lib. IV.

capp. 14, 15, inserta inter utrumque caput mentione epistolarum S. Ignatii quam memorat idem Eusebius lib. III, cap. 36. Quibus subjecta sunt quae de missione SS. Andochii, Thyrsi, Benigni et Andeoli in Galliam narrantur in Actis SS. Andochii et Thyrsi et in Actis S. Andeoli.

3° [Passio S. Ignatii episcopi Antiocheni] (fol. 136^v-137^v).

Passionis editae *Act. SS.*, ad d. 1 Feb., tom. I, p. 29 sqq., num. 1-9.

CCXXXIX. Codex signatus num. 5233.

Olim Colbertinus 112, deinde Regius C. 5647. 2. A.

Foliorum 159, maj. (0^m,413×0,29), columnis binis, exaratus saec. XII (ultima folia saec. XIII).

Passio sanctorum martyrum Vincentii, Orontii et Victoris (fol. 155^v-159^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jan., tom. I, p. 590-95.

CCXL. Codex signatus num. 5235.

Olim Petri de Luna (Benedicti XIII) antipapae, deinde Collegii Fuxensis, deinde Colbertinus 2750, postea Regius C. 5810 (?). 5. 5.

Foliorum 134, med. (0^m,365×0,24), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1° Vita beati Gregorii papae (fol. 115^v-123^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Mart., tom. II, p. 150-57.

2° [De eodem S. Gregorio] (fol. 123^r-134^v).

Excerpta ex Vita conscripta a Joanne Diacono, ed. *ibid.*, p. 137 sqq.; videlicet lib. I, num. 9-13, lib. II, numm. 11-15, 17-51, 44 a. m. (*Hujus ergo mansuetudinem judicis...*), 43, etc.

CCXLI. Codex signatus num. 5240.

Olim Sancti Martialis Lemovicensis 107, deinde Regius C. 2802. 5.

Compactus ex multis codicibus et codicum laciniis, qui saec. X, XI et XII exarati snt.

Foliorum 48, med. (fere 0^m,325×0,24), lineis plenis. Quae modo citabimus documenta descripta sunt, primum quidem saec. XI, secundum vero, tertium et quartum saec. X.

1° Epistola domni Johannis papae [XIX] de veritate purissima apostolatus beati Martialis, eo quod ille non pseudoapostolus est, directa per magnificum abbatem Odolricum et plures nobilium ad destruendam contentionem sive haeresim imperitorum omnium (fol. 9^v-10^r).

Ed. P. L., tom. CXLI, p. 1147-48.

2° Vita beatissimi Justiniani pueri, cujus festum colitur XVII kal. augusti (fol. 128^v-135^v).

De hujus sancti confessoris historia nihil rescire potuerunt majores nostri (cf. Act. SS., ad. d. 16 Jul., tom. IV, p. 172), nec alibi uspiam quidquam de illo vulgatum reperimus. Ejus Vitam itaque hic exhibere visum est. Vid. Append.

3° Quae miracula [facta sint] post translationem beati almique pueri confessoris[s] Justiniani in loco ubi corpus jacet humatum * (fol. 135^r-139^r).

* cod. jacit.
humatus.

Inedita. Vid. Append.

4° Vita sancti Pardulfi abbatis (fol. 140^r-146^v).

Ed. Act. SS., ad d. 6 Oct., tom. III, p. 453-58.

Appendix ad cod. 5240.

VITA S. JUSTINIANI PUERI (Cfr. supra, 2°).

Incipit praefatio in vita beatissimi Justiniani pueri, cujus festum colitur XVII kal. augusti.

1. Angelico oraculo jubetur divinitus in Apocalypsi evangelistae et apostoli Domini Johannis ut laudum praeconia persolvant Domino omnes servi ejus, pusilli et magni. *Magnus enim est Deus noster et laudabilis nimis*, sicut praecinuit praesaga egregii vox psalmographi; et ideo rite congruit ut magnitudinem ipsius laudis cuncti unanimiter decantent populi, omnis aetas et omnis sexus, omnis voluntas et intellectus, necnon et omnis omnino coetus christianitatis in ejus necesse est exultet laude divinitatis, dicens cum spiritibus angelicis: *Gloria Dei in altissimis et in terra sit pax hominibus bonae voluntatis*. Laudent ergo

dominum magni servi ejus, qui sunt potentes in opere et sermone, et ut veritatem praedicent et dicant et justa nihilominus opera meditentur et faciant. Laudent tiam Dominum omnes servi ejus pusilli, quia complacuit patri ejus dare illis regnum aeternae felicitatis, si non sint parvuli sensu sed malignitate et calliditatis istu. Laudemus quoque illum et nos infimi et indigni ipsius famuli, qui si non meremur ad mensam caelestis cenae cum patribus residere vel si non possumus sequi vestigia agni quocumque ierit cum innocentibus parvulis, satagamus tamen cum catulis colligere micas panis, id est alimonia salutis, sub mensa ferculi, id est clementia divinae pietatis. Proinde, si non possumus cum rege et propheta laudare Dominum in tympano et choro, in chordis et organo vel in cymbalis benesonantibus, aut si nequimus psallere illud canticum novum quod nemo potest dicere nisi illi tantum in quorum ore non est inventum mendacium, non intermittamus tamen passim offerre illi puram devotionem mentis cum mansuetudine cordis et assidua confessione vocis, laudantes illum in sanctorum ipsius meritis gloriosis, ut ipsis suffragantibus illo pervenire mereamur quo canitur trinitati simplici Deo laus indeficiens et ubi viget gaudium jure et laetitia sine fine. Ad horum ergo suffragium expetendum toto mentis nisu anhelemus, ipsis pro posse digna servitii munia exhibere studeamus, ut ipsis pro nobis, sicut jam dictum est, intervenientibus, quod nostris non valemus obtinere meritis ipsorum mereamur suffragiis adipisci.

2. Ex quorum collegio gloriosissimi Justiniani, Deo electi infantuli, vitae actus describere adgressus, obsecro legentes mente supplici ne temeritati adsignent hujusmodi conatum sed devotioni, videlicet qui opus a peritioribus quibusque olim intermissum audeam enarrare, veluti aliqua facundia praepollens, cum sim lesidia torpens atque revera socors et iners. Nec enim hoc meis praesumam viribus, sed in illo confusus qui brutum animal articulata, dum voluit, jussit effari lingua, conabor referre non visa sed audita, scilicet sicut relatio antiquorum solita est inferre gesta priscorum in auribus posterorum. Quod si non quivero coeptum opus congruis verbis enucleare, obsecro ne propter inertiam fatui relationis spernantur actus et virtutes sanctissimi et admirabilis viri: stultus enim esse actor creditur, si propter nigrum atramentum quo liber scribitur respuit lectionis saluberrimos fructus. Si vero aliquis sciolus hoc legens subsannare voluerit opus, recogitet quod mihi in pretio sit ex mediocribus esse poetis, dum illi satis sit dixisse: *Ego mira poemata pango*. His ergo omissis commentationibus, tuto rerum arbitri auxilio fisus, coeptum exordiar peragere opus. Adsit mihi tua, o praeclarae indolis Justiniane, oratio, et quem a plurimis saepissime in tirocinio litterarum eruisti verberibus, adjuva nunc laborantem in tuis laudibus, ut tibi ligna valeam persolvere praeconia et ignorantibus queam decenter tuam venerabilem intimare memoriam.

**Incipit istic Justiniani vita beati,
Quem beavit Dominus matris ab uberibus.**

3. Beatissimus igitur Justinianus, infantulus Deo acceptissimus, Mauritania (1) Burdegalensi confinio conceptus et in Engolismensi pago est Deo disponente nobilissimis quam plurimum parentibus generatus. Cujus pater Anianus, mater vero 5 Justa, antiquorum relatione vocitati referuntur; ipse vero corruptis genitorum vocabulis composito nomine a Justa matre et Aniano patre, illis hoc volentibus, Justinianus in sacro baptismate est cognominatus. Antedicti namque genitores illius, infecundi diu, dum paganis ritibus tenerentur implicati, permanentes, divino munere, ut fama promulgavit, post ablutionem salutaris lavaeri obtinere 10 meruerunt ut filium generarent. Qui qualiter ad divini cultus pervenerint agnitionem, non aliter quam est sermo explanabit subsequens. Cum enim post admirabilem ascensionem Domini ad caelos... (2). Sed ut ad ea unde digressi sumus paululum revertamur, cum haec agerentur, accessit ad beatissimum Martialem 15 quidam praeclarae generositatis vir, nomine Anianus, cum conjuge sua consimilima, vocabulo Justa, cupiens baptizari ab eo cum omni domo sua, quia cognoverat jam pridem a fidelibus quibusdam non contemptibilem sed perfectam acceptabilemque fore christianorum culturam. A quo perfectissime eruditus divinae legis dogmatibus, confessus illi omnes pristini erroris reatus, quibus in infidelitate fuerat implicatus, cum uxore sua et plurimis domus suae vernaculis et amicis, 20 affinibus, a beato Martiale aeternae salutis est lavacro submersus, perfectissimus deinceps existens catholicus.

4. Aliquantisper denique pro aedificatione suae novellae fidei cum eodem sanctissimo apostolo * commorati, quadam die, dum cum eo familiariter colloquerentur, inter dulcia caelestis vitae colloquia coeperunt illum devotis precibus efflagitare ut suis apud Dominum orationibus impetraret quatinus, priusquam illos ultima mortis sors ab invicem dirimeret, virilis sexus sobolem illis generare concederet. Nam cum essent jam utriusque provectiores aetate pariterque cum laudabili fama consenuissent, sicut de Zacharia legitur et Elizabeth, non erat illis filius qui illorum senilem deliniret aetatem. Cujus rei gratia permoti aviditate, coeperunt 30 beato Martiali more Annae prophetissae polliceri fideliter quod, si illis Deus marem prolem gignere dignaretur annuere, se illum ejus servitio mancipaturum * quamdiu viveret. Quos beatissimus Martialis tranquillo animo, placido vultu, delectabiliter amplectens, consolatus est dicens: *Nolite metuere, filioli mei carissimi; quia antequam vos secernat ab invicem mors ultimae vocationis, 35 talem filium Deo annuente habebitis qui dignus sit deservire in conspectu regis aeterni in aula siderei regni.* Tum denique laeticatis animis, tam

nratura;
et sic
passim
inferius.
r. supra,
. 201, not.

* sic.

(1) Vulgo *Maurienne*. — (2) Sequitur brevis relatio missionis S. Martialis in Galliam post dispersionem apostolorum, sanationis Sigeberti comitis Burdegalensis (cfr. Vit. S. Martialis ed. ap. Surium ad d. 30 Junii, num. 17) et adventus S. Martialis in Mauritaniam seu Mauritaniam (ibid., num. 19 init.).

pro amicabili sancti viri consolatione quam pro pollicita optatae sobolis procreatione, quaesita et impetrata a sancto apostolo dominica benedictione, laeti et alacres reversi sunt ad propria, Deo gratias agentes. Praeterea gloriosissimus apostolus Christi **M**artialis, Mauritaniam circuiens Burdegalensemque peragrans **5** regionem Wasconiamque circumlegens, sanans quamplurimos ubique languidos, confirmans dubios convertensque incredulos, baptizabat concurrentes ad se veluti apes ad alvearium populos; jamque repletis credulitate Dei omnibus in quibus fuerat regionibus, commendans Domino Sigebertum comitem et ejus conjugem Benedictam, cum laudum et precum melodia reversus est Lemovicis ad sedem **10** suam, perpetrans in revertendo multa mirabilia.

5. Praeterea, cum comperissent illuster vir Anianus et ejus felix uxor Justa quod benignissimus doctor illorum Martialis ad sedem reverteretur propriam, completi maxima doloris maestitia, fatebantur ad invicem lamentantes perpetuo abhinc se permansuros steriles, eo quod ablata esset omnis spes quam habebant **15** in beato apostolo ut filium generarent: *Si essemus, aientes, digni ut memor esset nostri sanctissimus apostolus, non remeasset ad propria, ut credimus, priusquam impetraret nobis a Deo, quem fideliter colimus, ut filium habere possemus, sicut suo nobis sanctissimo ore fuerat pollicitus.* Cum igitur isset recubitus venerabilis Justa cum hujusmodi maeroris anxietate, arrepta, ut assolet lugentibus evenire, alta soporis quiete, visum est ei quod ex aureola dragma, quae pectori ejus ornatus gratia inhaerebat, veluti radius solis micuisset totumque spatium cubiculi ubi quiescebat illustrasset. Quod cum facto mane viro suo secus se quiescenti narravisset, ille ait ad eam quasi ironice: *Nisi illuderet te fallax illusio phantasmatis, videretur mihi haec visio **20** nativitatem futuri significare filii. Verum noli jam ultra sollicita esse; quia senilis alvus mulieris decrepitae ab anno quinquagesimo filio caret.* Ad quem illa haec sagaciter inquit: *Nequaquam, inquit, consuevit apparere larvarum vel phantasmatum visio cum claritate luminis, sed cum tetrae horredine et caligine noctis; et si mentiatur interdum sabuli **25** versutia, angeli lucis claritatem alta illius favilla petens, repetit mox ima relabens. Haec vero quam conspexi lucifera et salubris visio nisi esset ex Deo, arva relinquens non penetraret caelos. Quapropter conjectoris confido adimpleri oraculum, ut largiente Deo et intercedente beato Martiale queam diu optatum adhuc parere filium.* Cum haec igitur **30** alterna confabulatione ex stratu proprio exsurgentes, sanctorum quamprimum adierunt oratorium, divinum efflagitaturi suffragium, ut haec admirabilis visio verteretur in bonum, habens juxta Domini libitum, sicut ipsi optabant, salubrem effectum. Paucis deinde evolutis diebus, agnita religiosus vir Anianus conjuge sua Justa, gignendae prolis magis quam explendae voluptatis desiderio, genuit filium **40** opitulante Domino idque obtinente in caelo clarissimo insignis apostoli Martialis merito; cognovitque diu infecunda mulier, licet sero sterili intumescente utero, quid pro unico patiat laboris mater filio.

6. Interea congratulantibus amicis et affinibus quod tam nobilium virorum
ic; leg. continuare? filius foret conceptus, qui parentum nomen valeret continere* adultus, tripudian-
 teque omni familia eo quod ex dilecto domino suo heredem haberet qui patri
 jure succedens sese aliquando rite gubernaret, cum jam proximus concepti filii
 praestolaretur partus, ait ad beatam Justam dilectus vir suus Anianus : *Noveris, 5*
dilectissima conjux, animi mei esse desiderium pergendi ad beatissi-
imum Martialem patronum nostrum, ut antequam ipse ad caelos de corporeo
emigret habitaculo, ipsius sale condito merear informari eloquio
ac cum ejus benedictionis munimine pergere Romam ad beatum Petrum
apostolorum principem pro expetenda meorum reatumum absolutione. 10
 Quod audiens sectatrix justitiae Justa, sui nominis heres, ait ad eum submisso
 vultu ac placabili mente : *Si haec, ut dicis, gestis adimplere, o benivole*
compar, dignum est ut peragas illud sicut animi tui sese habet voluntas.
Hoc tamen rogo, carissime, tuam dulcissimam caritatem, quam erga
me exhibuisti semper, ut usque Lemovicis ad domni nostri Martialis 15
gloriosissimam sedem non me dedigneris habere itineris nostri sociam com-
temque. Ibi enim hunc ex quo gravida sum desidero parere infantulum
et beato Martiali, qui mihi illum suis precibus a Deo impetravit, offerre
in servitium. Ad haec beatus respondit Anianus : Quantum desiderii tui
 * *sic.* *adfuert aviditas, tantum, o mi* dilecta conjux, indivisibiliter depositam 20*
 * *sic.* *sine cunctatione cum Dei amminiculo proficiscamur viam. Praeparatis*
 igitur itineris necessariis dispositaque domo sua, ut mos est omnibus iterantibus*
 agere, in Christi providentia se ipsos committentes, arripiunt iter Lemovicis
 versus tendens.

7. Cumque jam unius et semis diei iter peregissent, devenerunt ad quandam 25
 locum in Engolismensi pago haud longe a Carantone fluvio, ubi nunc est ecclesia
 sita quae Benaïas dicitur vulgo; ubi advenit venerabili Justae tempus parturi-
 tionis, et hospitans ibidem, enixa est puerum admirabilis pulchritudinis. Cui
 secundum aetatis suae teneritudinem tam lepidus inerat aspectus, tam pius oculo-
 rum intuitus, in articulis quoque manuum ac pedum tanta proceritas et in omni 30
 habitudine corporis tam mira elegantia ut intuentes eum dicerent aliquid illum
 habere insolitum extra humanam naturam. Natus enim non, ut aliis mos est
 infantibus, in vocem erupit fletus, sed stans in gremio genitricis, cum incredibili
 patientia congratulabatur omni rei quam videbat, spernensque veluti terrae
 caduca inspicere, saepius ad caelos oculorum convertebat aciem; omnium viro- 35
 rum feminarumque illum gestare volentium adtactus paternos quasi vel maternos
 diligebat amplexus. Cernens igitur genitor illius tam elegantem pueruli effigiem,
 fatebatur circumstantibus cum quadam mentis compassione dicens : *O quantum*
forem, amici et fratres, laetus et alacer, si scirem hunc parvulum pro-
lixo tempore vivere : quia, sicut cernitis, juxta figuram habitudinis 40
suae felicitis hominis videtur imaginem habere. Sed heu ! pro dolor ! hor-
reo vereorque ne illius infantilis aetatis spiramen acerba adimat mors

*corpore. Ad haec prudens mater respondit sagaciter, dicens : O conjux ben-
 issime, quid sit futurum cras fuge quaerere : quia Deus, qui pias laetis
 imas reponit sedibus virgaque levem coercet aurea gregem, novit si puer
 e, quem ipse nobis dedit, superis sit gratus animis, satisque superque
 um ejus benignitas hac illacque ditabit sine fine. Tu tantummodo cave
 mors illum rapiat absque sacro baptismate. Obsecro vero, carissime,
 jubeas illum deferri ad beatissimum Martialem, efflagitans obnixè ut
 a eum dignetur benedictione sacrare ac fonte salutari regenerare.*

B. Morabatur tum temporis beatus Martialis in Briusensi regione, corroborans
 commonens illic degentem plebem divina eruditione, eo quod essent illius
 igitur homines, ut sunt hactenus, ab aliis circumjacentibus morum qualitate
 ociores, ideoque contra robur illorum feritatis certabat pugione et parma san-
 e praedicationis, ut eliminaret a plasmate omnipotentis Dei infitias et inolitas
 des hostis antiqui. Ad quem rogatu beatæ Justæ properans vir Dei Anianus,
 tulit ei ex se genitum parvulum cunabulo impositum, grates innumeras refe-
 as quod ejus oratione longæ aetatis homo ex sterili conjuge filium genuisset.
 em gratanter amplectens sanctissimus sacerdos, tradidit illum catechizandum
 ato Ausonio, quem ipse demum praefecit antistitem Engolismensi populo. Cum
 ro secundum morem perventum esset ad nominis impositionem, orta est satis
 ochra altercatio inter circumstantes : quidam enim illum paterno vocabulo
 lebant censerì, quidam vero Justum ex matris nomine melius dicebant conve-
 re nuncupari. Quam altercationem beatus Martialis volens dirimere, ex utro-
 mque vocabulis composito nomine vocavit illum Justinianum, dictum mirabile.
 nsecratisque lymphis mysterii salutaris ipse sanctissimus apostolus Martialis
 ptizavit illum manibus propriis in nomine sanctæ et individuae Trinitatis ; et
 racto officio baptismatis, decenter elevavit eum reverenter de trina fontis sub-
 ersione cum suo nobili discipulorum grege, id est Alfiniano, Austricliniano et
 tedicto Ausonio, Aureliano quoque et Hildeberto filio Archadii comitis Picta-
 nsis, quos suscitaverat a mortuis, aliisque quam plurimis, quos longum est
 censerì.

9. Convocato deinde fidelissimo sibi viro Aniano, beatus apostolus commisit ei
 iolum suum Justinianum cognomine, remisitque eum conjugi suæ cum divina
 nedictione, praedicens illi ut sollicitus existeret, quia die quadragesimo nativi-
 lis suæ migraret ad Dominum idem clarissimus puer, tantum merito celsus
 antum corpore mundus, caelebs et castus. Remeans igitur saepedictus vir ad
 njugem suam, cum retulisset ei omnia quæ acta, quæ dicta, quæ gesta fue-
 nt, ad ultimum retulit ei verba sancti apostoli, scilicet quod die quadragesimo
 ae nativitatì migraret ad Dominum Justinianus puer gloriosæ indolis. Quod illa
 diens, licet natura vim doloris inferret, tamen femineos doloris singultus de-
 imens, in hanc fertur erupisse vocem, Deum recipere ad custodiendum quod
 dit, dicens : *Magnum debet esse gaudium, o mi dilecte, et mihi et tibi ;
 eoque propter hoc benedictum sit nomen Domini et fiat illius voluntas in*

nobis. Servantes igitur beatissimum Justinianum puerum parentes ejus cum magna cautela providentiae, praestolabantur intenti orationibus et vigiliis diem quando ejus nitidae infantiae specimen debitum mortis munus feliciter in Domino, sicut praedictum fuerat, solveret.

10. Electus namque infans elinguis a Domino, sola gratuita illius miseratione, 5 non propter sui laboris opus, quod non quiverat exercere, sed pro parentum ipsius religiosae vitae conversatione necnon et pro beati apostoli Martialis sanctissima intercessione ac manuum impositione, praefigurabat jam tunc, in teneriori positus aetate, quid vellet agere si illi in virile robur adolescere licuisset. Nullius enim umquam iracundiae motibus, nullius rixae stimulis ejus innocentissimus 10 visus est animus commoveri, sicut alii soliti sunt infantuli irarum aculeis exacerbari matrumque ubera pro posse velle discindi pectusque calcibus pedum secundum vires contundi; sed semper placida mente, tranquillo vultu illius exiguum et lepidum permanebat corpusculum. Erat enim satis pulchrum spectare in puerili mente existere gravitatem senilem, dum non ut infans insensibilis qui non potest 15 contineri immobilis, sed quasi quaedam videretur permanere pulchrae figura imaginis. A terrenis siquidem rebus intentum avertens, caelorum assidue desiderabat culmen videre; matrisque ubera, nisi raro, sugere renuens, sola, ut credimus, alebatur divina contemplatione.

11. Cum igitur completi essent triginta vel eo amplius ab ortu ejus dies, rece- 20 dentes inclitus vir Anianus et ejus conjux Justa de illo quo commorati fuerant loco, lenta deambulatione pervenerunt in quodam agello vocabulo Cantreciaco, in eodem Engolismensi pago sito secus praefati ripam fluminis Carantoni in capite saltus Lubertini; ibidemque rursus sunt castrametati. In quo loco dum aliquam- 25 diu quievissent, advenit beati Justiniani quadragesimus nativitatis dies, in quo, sicut praedictum fuerat a beato Martiale, ultimum exhalavit spiritum vitae. Suscipiendus denique ex hoc saeculo ad regnum aeternae felicitatis ephebus puer Justinianus, ut probatior et mundior redderetur, velut aurum quod in igne septu- 30 plum examinatur, corripitur aegritudine corporali per aliquot dies, ut mundaretur in illo si quid forte mundialis inhaesisset reatus: non enim potest inveniri, sicut in divinis Scripturis legitur, in hac aerumna saeculi homo immaculatus, nec infans cujus non est in terra vita nisi diei unius, ideoque necesse erat ut plenus per aegritudinis molestiam purgaretur, ut qui credebatur jam in oculis hominum per sinceritatem suae innocentiae satis Deo acceptus, examine tamen summi opi- 35 ficis omnimodis expolitus per omnia perfectissimus haberetur. Cum detineretur igitur biduo triduoque gravi artuum dolore, deficiens tandem corporeis viribus prae nimia lassitudine, cum declinasset nobile caput in gremio genitricis 40 die suae nativitatis, id est septimo decimo kalendas augusti, ex hac vita ad Dominum migravit. Cujus anima assumpta ab angelis collocata est in caelis inter innocentes virgines, fulgens inter illos sicut inter ignes luna minores, psallens cum ipsis canticum novum post vestigia agni, sequens illum quocumque ierit.

12. Verum ut manifestaretur cujus meriti esset idem beatissimus puer, visum

it genitrici ejus, ante duas fere horas quam ipse spiritum exhalaret, quod circum numeratae lucernae tenerentur accensae, sed a quibus tenerentur non poterat penitus videre. Unde quis dubitet sanctorum innocentum clariflua illic invenisse agmina cum lampadibus accensis, ut spiritum almae coetanei sui Justiniani ante tribunal illius veri offerrent agni qui abstulit peccata mundi? Hanc igitur tam admirabilem virtutem dindimae visionis tam mirifici est comitata, ut rursus, suavitas odoris ut crederet se venerabilis Justa, et ceteri circumpositi, in amore positos paradisi, ubi redolet mira flagrantia rosarum et lili[or]um, cinnamomi quoque et balsami ac nectar totius amoenae delectationis. Discedente vero caesari claritate luminis, suavitas remansit odoris, quam omnis praesens sensit congregatio populi, quousque praeclari pueri venerabile corpus Justiniani urna gereretur sepulcri.

13. Perterrita denique illius saepedicta genitrix tam potenti terrore prodigii, aeneque exanimata pro unici sui ademptione filii, hujusmodi lamentando nittebat concentus clamoris : *O mearum grande decus columnaque rerum, a te Justiniane, a te meae si maximam partem animae rapit maturior is, quid te moror? Altera exigua subsequitur particula. O Justiniane, raesidium et dulce decus meum, tam sero a me editus, tam exiguo tecum commoratus, tam cito mihi es ablatas. Tibi, si viveres, fides et inenii benigna vena esset, teque pauperem petisset dives, spem, auxilium, salutem consiliumque quaerens.* Ad haec religiosus vir ejus Anianus respondit, cupiens eam consolari : *Noli flere, o dulcissima conjux, sed amarum nimium lento tempera risu : quia aequa tellus pauperi aperitur regumue pueris et pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas regumue turres. Quapropter desine flere, corpusque filii nostri dignissimae adamus sepulturae, spiritum quoque ejus divinae commendemus misericordiae, ut in aeterna pauset quiete, securi de ejus recuperatione in ltima corporum resurrectione.*

14. Celebrantes igitur ex more nocte illa exequias funeris congruenter, sepe erunt illum facto mane honorifice cum magna populi multitudine. Super cujus umbam beatus Martialis demum jussit ecclesiam construere : quae usque in praesentem diem in ejus nomine claris virtutibus pollet. De quibus virtutibus caetera de pluribus narrabimus in consequentibus.

MIRACULA S. JUSTINIANI POST MORTEM (Cfr. supra, p. 392, 3°).

tem quae miracula [facta sint] post transitum beati almique pueri confessoris Justiniani in loco ubi corpus jacet humanum*.

1. Prima igitur beatissimi Justiniani virtus, quae ad indicium sanctitatis illius post reconditionem sanctissimi corpusculi ejus ostensa est hominibus, haec esse dinoscitur. Cum enim post quietissimam pausionem ejus in Domino

* cod. jacit humatus.

pater ipsius et mater Romam profecti essent, sicut in superioribus gestorum ejus scriptis illos agere retulimus disposuisse, et incertum esset incolis Engolismensis pagi, ubi ejus, ut dictum est, primum fuit sacratissimum reconditum corpus, cujus meriti vel sanctitatis esset beatissimus Justinianus, minus ei quam decuerat debitus honor et reverentia exhibebatur ab hominibus regionis illius 5 aliisque confinibus. Volens vero Deus ad laudem nominis sui magnificare nomen ejus, coepit populis demonstrare quale ei officium honoris deberent. Coeperunt enim nocturno tempore plurimae lucernae accensae videri ab aliquibus fidelibus circa sarcophagum ejus saepiusque a plaga orientali magna ibidem descendere claritas luminis sonitusque dulcissimae cantilenae audiri. Quod cum ab his qui 10 videbant paulatim populis diffamaretur, coeperunt pedetentim illie accedere infirmi celeriterque vires recipere optatae sanitatis. Jamjamque hujusmodi fama passim adrescente, usitaverunt populorum turbae ad sepulcrum ejus gregatim accedere ac vota sua illi offerre animarumque et corporum salutem suppliciter ab eo efflagitare. Sic denique Domini clementia disponente factum est ubique 15 nomen ejus celebre et benedicitur per eum nomen Domini, qui est semper mirabilis in sanctis suis.

2. Inter reliquas virtutum opes illud etiam mentioni commendandum occurrit quod in ejusdem beati hujus confessoris coenobio mirabiliter actum deprehenditur testibus iisdem in cujus praesentia fieri contigit. Annuis enim recursibus 20 dies ille ingruerat qui sollemniter ab omnibus incolis venerandus erat. Feriantibus igitur his universis, in pistrino fratrum erat quaedam puella [quae] triticum cribro purgabat, quae saepius [quod] otio vacaret monita, importunius operi insistebat. Malens nimirum Dominus evidentissimo signo colendam gloriosi sanctissimi viri sollemnitatem omnibus ostendere, eundem cribrum, in quo triticum 25 purgabat, utrisque manibus astrictae inlidi permisit, et sic jura potestatis suae mirabili indicio patenter intimavit. Quo viso, omnes formidare omnesque reatum suorum commissa sibi reputare, ac omnes attonitis clamoribus divinam potentiam coeperunt unanimiter praedicare. Destitit forum publica negotia[ti]o lucrorumque negotia, lucrorumque penitus immemor, pro magno quaestu ducit hujus 30 visionis gratiam. Denique vallante populorum circumquaerque concursu ad monasterium fatalis puella compellitur sanctoque pignori venerabilis confessoris suppliciter adsistitur. Quid plura? Orantibus quippe universis, divina virtus super illam miseram caelitus illabatur, haerentesque vasculo manus resolvit protinus; sed ne fallaci simulatum figmento id putaretur, utraque palma cute abacta cum 35 cruore decoriata reperitur. Sic omnis monachorum coetus, evangelicum hymnum vespertinalibus votis alternans, novis supervenientibus inceptos destitit jubilos, angelicosque vicissim concentus omnium honorum largitorem conlaudando frequentat, exultantibus animis [ejus] ingeminat laudes qui multiplices meretur sollemnitatis obtinere honores. 40

* *cod.*
trítico.

3. Quis ergo popularis concursus, quisve laudum concentus, quis tantae facundiae praeditus ut lingua recensente valeat explicare finetenus? Omnis namque

pulationis ordo, senex videlicet atque puer, ephebus sive plumigeram faciem
rens, mixtumque vulgus in utroque sexu, in laudum operam vertitur; totaque
ndinalis negotiatio quaestibus absistens, in sola votorum celebratione immora-
r. Justinianum vero sacrae ac memorandae justitiae cultorem vere digne pro
ritis praedicant, ob cujus gloriosa merita caelitus talia praestantur miracula.
i licet puerilibus adhuc pubescens annis caelestibus in morte decumbendo
seratur gaudiis, pro summae sanctitatis apostoli * Martiali[s] meritis virtutum
nen decoratur incrementis, a quo salutaris vitae jam dudum hausit dona in
te baptismatis. Spiritalis enim pater filium spiritalem genitrice unda partu-
rit, quem denique superna benedictione consecratum omni spurcitie veteris
ntagii immunem praeviente morte inter caelestes concives locavit. Contulit
nocenti pueritiae suae sublime sanctitatis culmen perfectio regenerantis pa-
ris, per quem, deposita veteris hominis macula, illum novum hominem indue-
t qui secundum Deum creatus est in omni plenitudine deitatis. Non enim dis-
epat ulla in Christo aetas, qui etiam vagienti aetatae deservire promisit
aestimabilem suae divinitatis excellentiam. Omnia profecto quaecumque vult
minus facit in caelo et in terra et in omnibus abyssis. Illius nutu universa
sponuntur, imperiumque jubentis Dei quocumque jubetur omnis rerum sub-
stantia prona sequitur. Erigit humiles, deponit sublimes, ac nemine resistente
universis prosperatur voluntatis ejus effectus. Ejus itaque provida bonitate
rtutum incrementis beati Justiniani adolevit pueritia, quem per virum aposto-
rum voluit quondam sanctitatis gratia imbui. Tunc quidem antiquae abjecto
olis, caelestibus eum innovavit rudimentis, quem postmodum veluti in ange-
tis albis ante quamquam carnalis immunditiae sordem stelliferis immaculatum
lmisit in palatiis. Simplex innocentia futurae senectutis meritum non perdit, in
nero corpore manens perspicua. Si enim justus praeoccupatus fuerit morte
tercedente, in refrigerio permanebit perpetuus, nec perit in juvenili corpore
aemium mercedis, cum vita immaculata habeatur aetas senectutis. Sic igitur
nerandus confessor Justinianus, eum * sanctificante beato Martiale viro sancto
ostolico, mundus ab omni veteris piaculi luvione effectus, candentibus rosis et
iis atque nive candidior, Domino vocante mortale excessit corpus portasque su-
rnae Hierusalem, quas nemo immundus neque incircumcisis transit, impolluto
amite ingreditur, vitaeque sanctitatem, quam hic Domino largiente suscepit, illic
minet fructificantem in multarum virtutum profectibus. Et quia prophetico testi-
onio mirabilem Deum esse in sanctis suis comprobatur, semper tali deliberatione
ncta quae facit ipse mirabiliter moderatur, ut publica laude benedictus Deus
r saecula praedicetur.

* *cod.*
apostolus.* *cod. eo.*

4. Item alia miracula. — Non multo post tempore ex decretis episcoporum
u ceterorum Dei Ecclesiae rectorum apud Lemovicum statui concilium gene-
liter convenit, ad quod etiam ex diversis urbium partibus sanctorum religiosa
gnora adduci in commune placuit; sicque memorati confessoris Justiniani
numenta illo deferri conventuique hujuscemodi interesse senioribus ejusdem
CATAL. PARIS. T. I.

- * *cod. sacrata.* loci sedit animus. Quod dum fieret, contigit ut beatae Ursae Deo sacratae * virginitatis ecclesiae adpropinquarent; depositaque super altaris crepidinem sanctarum reliquiarum ad terra, circumfunditur ex diversis parrochiis turba non modica. Adstitit autem et quaedam paupercula quam male fuderat humo ante prior natura: nam nec pedibus gressum nec manibus palpatum nec etiam oculis carpebat visum. Quam cunctipotentis Dei miserata clementia extemplo ut ipsa catervis immersa sancti corporis astitit praesentiae in omni usuali membrorum reformare dignata est potentia. Reseratis enim diu clausis oculorum limitibus, infusum divinitus jubar propulsa caecitate novam domum ingreditur pallentesque tenebras radio suae lucis eliminat velocius. Denique digiti utrarumque manuum volis inlinsi, in directum extensi, mobilitate coeperunt vigere resque inusitata capacitate sui apte constringere. Surgunt quippe crura a cognato pulvere atque novum iter stupent meditari novellae plantae. Sic quoque tribus modis paupercula illa reformatur, quam dudum sub trino vocabulo caelestis lavacri unda voluit regenerari cunctipotens Dominus. Augent ista praeconia gloriosissimi Justiniani confessoris, 15
cujus meritis opitulantis creduntur caelitus praestari.
- * *cod. pulchriorque* 5. **Alia pulchrioraque Justiniani miracula.** — Sed neque illud reticendum putamus quod etiam divina clementia obiter patratum procul dubio novimus. Dum enim iter institutum celebrarent, appropinquantibus illis Ischiddolio castro, turba populi obviam exiit atque cum laudum praeconii beatissimi viri corpori * devote occurrit. Inter innumeras igitur populi phalanges muliercula quaedam, oculorum luce ab ortu privata, accessit, quae cum cetera turba votorum sollemniam concinere * studuit. Prostratis sane corporibus dum sese humo suppliciter dedissent, preces caelo sustollunt, tanto altiores mentibus effecti quanto proniores humiliter in terra projecti. Illa vero paupercula, de qua superius vobis diximus, accepto ab aliis signo corpus in terram proiciens, omnipotentis Dei misericordiam attentius cum lacrimis sollicitat, quatinus per sacratissimi sui confessoris * Justiniani praeclara merita lucis ei gratiam in pupillarum lampadibus misericorditer accendat; sicque fit ut surgentibus cunctis a pulvere, illa de tenebrarum exurgit caligine. Ingrediente tamen renatas oculorum fenestras die, 20
nox cum sanguinis rivulo fugatur claustraque genarum cruentata largis saniei defluit * torrentibus. Cernentibus insuper universis squamea velamina a superficie oculorum direpta utrisque dependent in genis, quae diu fuscata lumina suis operuerant techis: tetra igitur dirimuntur velamina claraque infunduntur lucis spiramina. Videt illa oculis redditis; videt et omnis coetus potentia merita sacrati 25
confessoris. Redicere certant in utraque constipatione cuncti debitas laudes altissimo regi Domino, cujus mirifica ope digni habiti sunt frui per interventum venerabilis confessoris * sui Justiniani, quo adventante partes eorum meruerunt optatae percipere munera salutis. Praedicant vere felicem atque sanctissimum puerum Justinianum, qui tantum ac tale illis Domino favente dignatus est patre 30
miraculum.

CCXLII. Codex signatus num. 5248.

Olim Mazarinaeus (antea Peirescianus ?), deinde Regius C. 4199.

Foliorum 158, med. (0^m,30×0,20), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° [Vita sancti Ignatii episcopi Antiocheni] (fol. 146^r-150^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Febr., tom. I, p. 29-32. Desunt scilicet numm. 20 et 21.

2° Passio sanctae * Deivotae virginis (fol. 155^v-156^v et 158^r).

* *cod.*
sancta.

Ed. *ibid.*, ad d. 27 Jan., tom. II, p. 770-71.

CCXLIII. Codex signatus num. 5256.

Olim Colbertinus 2442, deinde Regius C. 4200.5.5.

Foliorum 183, med. (0^m,275×0,225), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

1° [Vita sancti Ignatii episcopi Antiocheni] (fol. 141^v-146^r).

Ut in codice praecedente.

2° Passio sancti Georgii martyris, qui passus est Militanae et * Cappadociae sub Daciano imperatore VIII kal. maias (fol. 176^r-182^v).

* *sic.*

Inc. In illis diebus hic tribunus militavit sub tempore Daciani imperatoris, qui fuit persecutor christianorum vel ecclesiarum. Hic ergo misit praefatos ad omnes potestates quae in regno ejus erant...

CCXLIV. Codex signatus num. 5265.

Olim coenobii « Sanctae Walburgis in sancta Silva » (1), deinde Mazarinaeus, postea Regius C. 4171.

(1) Fol. 165^r: « Scire volumus universos praesentium inspectores et lectores hunc librum esse monasterii Sanctae Walpurgis in Sancta Silva, ordinis Sancti Benedicti. Quem prior Hermannus quondam abbas ipsius loci proprio sumptu suoque labore comparavit ac eum pro remedio animae suae Deo et beatae Mariae virgini et sanctis apostolis Philippo et Jacobo patronis ibidem, sanctaeque Wal-

Foliorum 187, med. (0^m,30×0,205), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

1° Gesta Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, quae sunt inventa in codicibus publicis (fol. 1^r-15^r).

Ed. sub titulo *Evangelium Nicodemi* ap. Tischendorf, *Evang. Apocr.* (ed. 1853), p. 314-93; nonnulla passim in codice praetermissa sunt.

2° Miracula beati Andreae apostoli, quae gessit in Myrmidona civitate (fol. 15^r-36^r).

Ed. inter opera Gregorii Turonensis a B. Krusch, p. 826-46.

3° Passio sancti Andreae apostoli (fol. 36^r-39^v).

Fere, id est paucis verbis subinde mutatis, ut in Pseudo-Abdiae *Apost. Hist.*, lib. III, cap. 39 med.-42 (ap. Fabricium, *Cod. Apocr. N. T.*, tom. II, p. 506-15).

4° Passio sanctae Luciae virginis (fol. 39^v-44^r).

Ed. ap. Surium, ad d. 13 Dec.

5° Passio et actus sancti Thomae apostoli (fol. 44^r-60^v).

Apost. Hist. lib. IX, ap. Fabricium, tom. cit., p. 687-720. Desinit scilicet mutila med. cap. 17 (...*nec propriae pepercisset uxori*).

6° [Passio sanctae] Columbae virginis (fol. 60^v-63^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. I.

7° Passio sanctae Anastasiae virginis (fol. 63^v-75^r).

Ed. *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 179-84.

8° Actus Silvestri episcopi (fol. 75^r-106^r).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II. In fine mutila, desinit in conversione populi Romani post resuscitationem tauri a S. Silvestro patatram.

9° Passio sancti Potiti (fol. 106^r-116^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Jan., tom. I, p. 754-57.

10° Passio Agnetis virginis (fol. 116^r-126^v).

Auctore S. Ambrosio, ed. *ibid.*, ad d. 21 Jan., tom. II, p. 331-34.

11° Passio Georgii martyris (fol. 126^v-149^r).

Inc. *In illo tempore arripuit diabolus regem Datianum ducem Persarum, qui regnavit super quatuor cedros scriptorum saeculi, qui prior fuerat super omnes reges terrae. Misit edictum super omnem terram, et ut omnes reges convenirent in unum. Et cum congregati fuissent septuaginta et duo reges, sedente eo pro tribunali....*

purgae virgini summae patronae praefati monasterii, necnon omnibus sanctis (f. 165^v) quorum passiones et gesta continentur in eodem volumine, fideliter obtulit et donavit. Omnis ergo quicumque praesentem codicem auferre vel furari praesumpserit.... » (sequuntur solitae imprecationes).

Des. *Haec ego servus Georgii Passigradis secutus dominum meum scripsi gesta : secundum imperatorem * omnia haec conscripsi. Martyrizatur autem Dominus meus Georgius mense aprilis viij kalendas maii, bravium veritatis sumens. Et [qui] crediderunt in Christo numerus hic est : viginti et tres, dcc. xc. et viij, excepta illa Alexandrina regina. Quae vero Alexandrina in bona confessione adducta est in gloria in paradiso. Per Dominum....* * sic.

12° [Passio] Jacobi (fol. 149^r-153^v).

Pseudo-Abdiae *Hist. apost.*, lib. vi, cap. 2-6 (ap. Fabric., tom. II, p. 594-606).

13° [Passio] Philippi apostoli (fol. 153^v-155^v).

Ejusdem *Hist.* lib. x, cap. 2-4 (tom. cit., p. 738-42).

14° Inventio sanctae crucis (fol. 155^v-165^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Maii, tom. I, p. 445-48.

15° Passio beati Bartholomaei apostoli (fol. 166^r-174^v).

Hist. apost., lib. viii (p. 669-87).

16° Passio sancti Matthaeei apostoli (fol. 174^v-187^v).

Ejusdem *Hist.* lib. vii, a cap. 1 med. (p. 658-68).

CCXLV. Codex signatus num. 5267.

Olim Sancti Martialis Lemovicensis 180, deinde Regius C. 4173. 2.

Foliorum 123, med. (fere 0^m, 275×0,19), lineis plenis, exaratus saec. XIII.

1° [Miracula beatae Mariae] (fol. 1^r-24^v).

Miracula decem, quorum primum inscriptum est *De quodam judaeo*, ultimum *De monacho cujus oratione linteamen vino rubeo tinctum, ab illa candidum est effectum*.

2° [Alia] miracula beatae Mariae (fol. 25^r-71^r).

Miracula quinquaginta quattuor, quorum primum inscriptum est *De Toletano archiepiscopo Hildefonso **, cui *beatissima virgo Maria vestimentum * cod. attulit* (P. L., tom. XCVI, p. 50, num. 8-10), ultimum *De muliere cui sensum Hildefonsum quem amiserat reddidit, et etiam capitis sanitatem ab ea recepit*.

CCXLVI. Codex signatus num. 5268.

Olim Colbertinus 3743, deinde Regius C. 4134. S. A.

Foliorum 143 (praeter unum in capite codicis fere omnino dilaceratum), mel. (fere 0^m,275×0,19), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

1° [Miracula beatæ Mariæ] (fol. 1^r-39^r).

Miracula quinquaginta, in tres libros distributa, quorum duo priores singuli viginti miracula referunt, tertius vero decem. Praemittitur praefatio toti operi et singulis libris index capitulorum.

2° Quomodo apparuit beatus Gregorius cuidam episcopo ejus libros diligenti (fol. 39^r-40^r).

Ed. P. L., tom. LXXX, p. 989-90.

CCXLVII. Codex signatus num. 5269.

Olim Antonii Faure 120, deinde Regius C. 3863. 4.

Foliorum 153, med. (0^m,33×0,225; fol. 147-153, 0^m,30×0,215), exaratus saec. XIII (eadem manu fol. 3-146, aliis fol. 1-2 et fol. 147-153).

1° De sancto Victore, feria II (fol. 1^r-2^r).

Miracula ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Julii, tom. V, p. 148-50, num. 4-11.

2° Passio [et miracula] sancti Stephani protomartyris (fol. 3^r-7^r).

Act. Apost. capp. vi, vii, additis ex Augustino *De Civ. Dei*, lib. xxii, cap. 8. num. 10-20 (P. L. tom. XLI, p. 766-71).

3° [De sancto Johanne evangelista] (fol. 7^r-13^r).

Epistola Melitonis ed. P. G., tom. V, p. 1230-50. Subsequitur (fol. 13^r-14^r) historia de juvene jam saepius memorata (cfr. supra, p. 238, 4°).

4° Passio sancti Thomae martyris et Anglorum archiepiscopi (fol. 16^r-19^r).

Ed. P. L., tom. CXC, p. 329-34, sub titulo *Passio Quarta*.

5° Vita beatæ Genovefæ virginis (fol. 19^r-29^r).

Ed. ope hujus cod. apud Kohler, *Étude critique sur le texte de la vie latine de S^{te} Geneviève*, p. 49-72; cfr. ibid. p. xxix, 7°.

6° Vita sancti Simeonis, scripta ab primo de discipulis nomine Antonio, qui discipulus ejus fuit et

eum secutus est usque ad obitum ipsius (fol. 29^v-32^v).

alia versio Actorum quae edita sunt *Act. SS.*, ad d. 5 Jan., tom. I, p. 264-68.

7° Passio sanctorum martyrum Luciani, Maxiani atque Juliani (fol. 32^v-35^v).

id. *Act. SS.*, ad d. 8 Jan., tom. I, p. 466-68.

8° Passio sanctae Columbae virginis, quae celebratur pridie kal. januaris (fol. 35^v-37^r).

convenit cum Passione edita apud Mombrinium, tom. I.

9° Passio sanctae Martianae virginis (fol. 37^r-38^r).

id. *Act. SS.*, ad d. 9 Jan., tom. I, p. 569.

10° Vita beati Hilarii, quae celebratur idus januarii (fol. 38^r-41^v).

ib. i Vitae auctore Fortunato, ed. *ibid.*, ad d. 13 Jan., p. 790-93.

11° Vita beati Felicis (fol. 42^v-43^v).

id. *ibid.*, ad d. 14 Jan., p. 931.

12° Vita sancti Fursei confessoris, quae celebratur xvii kal. februarii (fol. 43^v-50^r).

d. *ibid.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p. 36-41.

13° Vita beati Sulpicii * episcopi, quae celebratur xvi kal. februarii (fol. 50^r-57^v).

* *cod.*
Supplicii.

i. *ibid.*, ad d. 17 Jan., tom. II, p. 167-74. Om. prologus.

14° Passio sancti Vincentii martyris, quae celebratur xi kal. februarias (fol. 57^v-60^v).

proxime accedit ad textum editum *Anal. Boll.*, tom. I, p. 263-70.

15° Passio sancti Sebastiani martyris (fol. 61^r-77^r).

i. *Act. SS.*, ad d. 20 Jan., tom. II, p. 263-78.

16° Passio sanctae Agnetis virginis et Emerantianae, quae est xii kal. februarii (fol. 77^r-80^r).

auctore S. Ambrosio, ed. *ibid.*, ad d. 21 Jan., p. 331-34.

17° Passio sancti Asclae, quae celebratur x kal. februarias (fol. 80^v-82^r).

d. *ibid.*, ad d. 23 Jan., p. 456-57.

18° Passio sancti Polycarpi episcopi et martyris, quae celebratur vii kal. februarii (fol. 83^r-86^r).

κ Eusebii Caesariensis *Hist. eccl.*, interprete Rufino (ed. Romae, 1740), IV, capp. 14, 15 (tom. I, p. 202-14).

19° Vita sanctae Paulae, quae commemoratur v° kal. februiarias (fol. 86^r-98^v).

Auctore Hieronymo, ed. *Act. SS.*, ad d. 26 Jan., p. 712-22.

20° Vita sanctae Brigidae, quae celebratur kal. februiarias (fol. 98^v-105^v).

Auctore Cogitoso, ed. *ibid.*, ad d. 1 Febr., tom. I, p. 133-41. Om. prologus.

21° Passio sanctae Agathae virginis, quae celebratur nonas februarii (fol. 110^v-114^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 5 Febr., p. 615-20, non paucis lectionibus variantibus, praesertim initio.

22° III° nonas februarii, passio beati Blasii episcopi et martyris (fol. 114^r-116^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 3 Febr., tom. I, p. 336-59. Inc. *In illis diebus elegit Dominus ex Sebastia Cappadociae civitate sibi fortissimum propugnatores, nomine Blasium, ut per fidem quae in eo constabat, caritatem atque confessionem, eos confirmaret qui secundum gratiam Dei filii et coheredes existebant.*

23° Vita sancti Amandi (fol. 116^v-118^v).

Fragmentum Vitae ed. *ibid.*, ad d. 6 Febr., p. 848-54; scilicet numm. 26, 40, 13, 16, 17, 18, ommissa hujus ultima parte. Add. visio quam habuit S. Aldegundis, de qua *ibid.*, p. 872, num. 74.

24° Vita sanctae Dorotheae (fol. 119^r-122^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 6 Febr., p. 773-76.

25° [Passio sanctorum] Marii, Marthae et Audifax (fol. 122^r-125^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 19 Jan., tom. II, p. 216-19. Om. numm. 12-14.

26° [Passio] sanctae Julianae virginis (fol. 125^r-126^v).

Fragmentum Passionis ed. *ibid.*, ad d. 16 Febr., tom. II, p. 873-77; scilicet numm. 1-3 et 17-22, paucis subinde omissis.

27° Vita sancti Benedicti abbatis, quae celebratur XII° kal. aprilis (fol. 126^v-138^v).

Auctore S. Gregorio, ed. *ibid.*, ad d. 21 Martii, tom. III, p. 277-88.

28° Passio sanctarum virginum Perpetuae et Felicitatis martyrum (fol. 138^v-140^r).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 138-61.

29° Vita sancti Ambrosii episcopi Mediolanensis,

scripta a sancto Paulino episcopo, quae celebratur pridie nonas aprilis (fol. 140^r-146^v).

Ed. P. L., tom. XIV, p. 27 sqq. Foliis avulsis desinit mutila in verbis *quosdam ratos ad praedam criminationis* (num. 39 med.).

30° [Passio sanctorum] Cosmae et Damiani (fol. 147^r-153^r).

Ed. Act. SS., ad d. 27 Sept., tom. VII, p. 474-78. In cod. pro *Licet-festinare* um. 1) praefixus est prologus multo amplior, qui incipit : *Gloriosissimo-em martyrum veneranda trophea a reverentissimis viris iccirco sunt ena fide edita ut per succedentia tempora fideles agnoscant quanta o fide Christi martyres gloriosi pertulissent supplicia...* Deinde ad m. 13 non pauca addita sunt quibus extollitur prodigium cameli loquentis et fertur cum prodigio asini alloquentis Balaam. Tandem in fine subjunctum t miraculum de filio unico cujusdam matronae, qui deserviens in templo san- drum, diabolica fraude ex alto praecipitatus occubuit, et a matre ad altare san- drum martyrum delatus, revixit.

CCXLVIII. Codex signatus num. 5270.

olim Comitum Bethuniolorum *Theol.* 75, deinde Regius C. 3889.

Foliorum 84, med. (0^m,35×0,252), columnis binis, exaratus in. saec. XIII.

1° Passio sancti Jacobi fratris Domini (fol. 1^r-2^r).

Ed. ap. Mombrithum, tom. II, lectionibus variantibus sicut notatum est *Cat. ex.*, tom. I, p. 203, 4°.

2° Passio sancti Marci evangelistae (fol. 2^r-4^r).

Ed. Act. SS., ad d. 23 April., tom. III, p. 347-49, sub titulo *Apostolatus Ale- xandrinus*.

3° Passio beati Marcelli papae, quae est vii kal. februarii (fol. 4^r-8^v).

Ed. ibid., ad d. 16 Jan., tom. II, p. 5-9.

4° Vita sancti Germani Autisiodorensis episcopi (fol. 8^v-26^v).

uctore Constantio, ed. ibid., ad d. 31 Jul., tom. VII, p. 202-20. Praemittitur ex capitulorum, non vero epistola ad Censurium et prologus (tom. cit., p. 201). inquit Vita in verbis *quam nimium* (ibid., p. 220, col. 2, lin. 9).

5° Vita sancti Philiberti abbatis (fol. 26^v-32^v).

Ed. ibid., ad d. 20 Aug., tom. IV, p. 75-80.

6° Passio beatissimi Floriani martyris [et Florentii]
III^o nonas maii (fol. 32^v-36^v).

Constat Actis S. Floriani, ed. *ibid.*, ad d. 4 Maii, tom. I, p. 462-63 (versio codicis proprius accedit ad passionem de qua *Cat. Brux.*, tom. I, p. 150, 88°), et Actorum S. Florentii, ed. *ibid.*, ad d. 22 Sept., tom. VI, p. 428-30, numm. 1-11.

7° Item de miraculis sancti Florentii confessoris
(fol. 36^v-39^r).

Eorundem Actorum S. Florentii numm. 12-21 (tom. cit., p. 430-32).

8° Passio sancti Benigni presbyteri et martyris (fol.
39^r-40^v).

Ed. ope hujus cod. *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 153-59.

* *sic.* 9° Acta Cypriani magi ad Justinam virginem * (fol.
40^v-45^v).

Constant parte I, ed. *ibid.*, ad d. 26 Sept., tom. VII, p. 200-202, et parte III, ed. ap. Martene, *Thes. nov. Anecd.*, tom. III, p. 1643-50.

10° Vita beatissimi patris nostri Augustini Hippo-
niensis episcopi, scripta a Possidio ejus discipulo
(fol. 45^v-62^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Aug., tom. VI, p. 427-40.

11° Vita sancti Firmini episcopi et confessoris, quod
est kal. septembris (fol. 62^r-65^r).

* *sic.* Ed. *ibid.*, ad d. 1 Sept., tom. I, p. 178-80. Nonnulla subinde prolixius enarrata sunt et praepositus est prologus aliquis communis, qui sic incipit: *Apostolica auctoritate sanctorumque traditione patrum insignatum * est esse egregium decusque magnificum summaeque utilitatis praecipuum sanctorum ascribere vitam...*

12° Vita sancti ac beatissimi Evurtii episcopi et con-
fessoris (fol. 65^r-71^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 7 Sept., tom. III, p. 52-58. Om. prologus.

13° Vita sancti Bavonis confessoris (fol. 71^r-76^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 1 Oct., tom. I, p. 230-53. Om. prologus.

14° Inventio sanctae crucis, quae est quinto nonas
maias (fol. 76^v-80^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 4 Maii, tom. I, p. 443-48.

15° Relatio de reversione sive exaltatione sanctae
crucis (fol. 80^v-82^r).

Ed. ap. Mombrinium, tom. I.

16° Passio sancti Quiriaci episcopi et martyris, qui ante Judas dictus est (fol. 82^r-84^v).

versio altera Passionis editae *Act. SS.*, ad d. 4 Maii, tom. I, p. 449-50. Prae-
sus est prologus de quo *ibid.*, p. 446, et foliis avulsis desiderantur numm.
26.

CCXLIX. Codex signatus num. 5271.

olim « Liber Sancte Marie de Tribus Fontibus » (fol. 129^v), deinde Antonii
re 57, postea Regius C. 3864. 5.

foliorum 129, med. (0^m, 32 × 0, 222), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° [Passio S. Jacobi apostoli] (fol. 1^r-1^v).

eadem quae in cod. 5270, 1°; sed hic folio exciso est initio mutila. Inc... *tio
laeorum, scribarum atque Pharisaeorum. Et comprehendentes Jaco-
m....*

2° Inventio sanctae crucis, qualiter a beata Helena
regina matre Constantini inventa est in Golgota
quod interpretatur Calvariae locus (fol. 1^v-2^v).

d. Act. SS., ad d. 4 Maii, tom. I, p. 445-48; sed foliis avulsis desinit in verbis
ocum nostri haec eis dicentibus (num. 7).

3° [Passio S. Alexandri ac sociorum ejus] (fol. 3^r-6^r).

d. ibid., ad d. 3 Maii, p. 371-75. Initio mutila incipit: *Hermes dixit: non
permisisti* (num. 4 in.).

4° Passio sanctorum martyrum Gordiani et Epimachi
(fol. 6^r-7^v).

d. ibid., ad d. 10 Maii, tom. II, p. 552-53.

5° Sanctorum martyrum passio Nerei et Achillei (fol.
7^v-13^v).

d. ibid., ad d. 12 Maii, tom. III, p. 6-15.

6° Passio sancti Pancratii martyris (fol. 14^r-15^r).

d. ibid., p. 21.

7° Passio sanctorum Marcellini et Petri (fol. 15^r-17^v).

d. ibid., ad d. 2 Jun., tom. I, p. 171-75.

8° Passio sanctorum Primi et Feliciani (fol. 17^v-20^v).

d. ibid., ad d. 9 Jun., tom. II, p. 152-54.

9° Passio sanctorum Gervasii et Protasii (fol. 20^v-23^r).

Optime convenit cum Passione de qua *Catal. Brux.*, tom. II, p. 33, 3^o.

10° De revelatione sanctorum reliquiarum Gervasii et Protasii et de eorum passione (fol. 23^v-25^r).

Epistola Ambrosii, ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Jun., tom. III, p. 821-22, num. 17-23. Omm. numm. 19, 20 et num. 21 usque *migraret ad Christum*; in fine quaedam addita sunt de miraculis factis Mediolani dum inventa sunt corpora.

11° Passio sanctorum martyrum Johannis et Pauli (fol. 25^r-28^v).

Ed. ap. Mombritium, tom. I (in Actis S. Gallicani).

12° Passio sanctorum martyrum Processi et Martini (fol. 28^v-30^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Jul., tom. I, p. 303-4.

13° Passio sanctae Felicitatis cum vii filiis suis (fol. 30^r-31^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 10 Jul., tom. III, p. 12-13.

14° Passio sancti Arnulphi gloriosissimi martyris Christi (fol. 31^r-35^v).

Ea scilicet cujus breve fragmentum edidit Andr. Chesnius, *Hist. Franc. Script.*, tom. I, p. 533, quamque Joannes Maan a S. Audoenno conscriptam tradidit (cf. *Act. SS.*, ad d. 18 Jul., tom. IV, p. 400, num. 17). Ex eadem excerpta videtur Vita edita tom. cit., p. 403-7. Non integram illam exhibet codex noster, sed hujus lacunam supplet cod. 5206, ubi et praemittitur prologus qui hic deest. Itaque ex duplici hoc codice, 5271 (1) et 5206 (2), illam antiquiorem, ut videtur, vitam exhibemus infra in Appendice.

15° De sancta Maria Magdalena (fol. 35^v-39^r).

Sermo Odonis, ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jul., tom. V, p. 219 sqq., num. 170-86. Desinit in verbis *reversi sunt ad semetipsos* (num. 182).

16° Qualiter sancta Maria Magdalena venit Massiliam, dein in Provinciam (fol. 39^r-40^r).

Ed. ap. Faillon, *Monuments*, etc., tom. II, p. 433-36. Omm. quae spectant ad S. Maximinum.

* *cod.*
herus?
* *sic.*

17° Adventus sacrati pignoris ejusdem * Magdalene Mariae Jesu fragrantis * amicae (fol. 40^r-42^v).

Ed. *ibid.*, p. 745-52. In codice occurrunt lectiones variantes notatae *Anal. Boll.*, tom. I, p. 316, 69°. Post historiam translationis add. miraculum ed. ap. Faillon, tom. II, p. 737, num. 4°.

18° Passio sancti Victoris martyris (fol. 42^v-45^v).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 317-21.

19° Passio sancti Apollinaris martyris et episcopi
(fol. 45^v-51^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Jul., tom. V, p. 344-50.

20° Passio sanctae Christinae virginis (fol. 51^v-58^r).

Convenit cum Passione edita ap. Mombritium, tom. I.

21° Passio sancti Christophori martyris (fol. 58^r-61^r).

Proxime accedit ad Passionem ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Jul., tom. VI, p. 146-47.

22° Passio sancti Cucufatis martyris (fol. 61^r-65^r).

Ed. ap. Surium, ad d. 23 Julii.

23° Passio VII dormientium qui dormiunt in Epheso,
VI kal. augusti (fol. 65^r-71^v).

Versio diversa Actorum ed. *Bibl. Casin.*, tom. III, Floril. p. 252-59.

24° Passio sancti Pantaleonis (fol. 71^v-78^r).

Rebus narratis convenit cum Passione ed. apud Mombritium, sed stilo diversa est.

25° Translatio sancti Benedicti abbatis et sanctae
Scholasticae sororis ejus (fol. 78^r-82^r).

Auctore Adalberto, ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Mart., tom. III, p. 302-3.

25° Passio sanctorum Abdon et Sennen gloriosorum
martyrum (fol. 82^r-84^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 30 Jul., tom. VII, p. 137-38.

26° Passio sancti Calisti papae urbis Romae (fol. 84^r-
87^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 14 Oct., tom. VI, p. 439-41.

28° Translatio beati Calisti papae in Gallias (fol. 87^r-
91^r).

Ed. *ibid.*, p. 443-46. Inserta est (num. 4) laus Evrardi ed. *Catal. Brux.*, tom. II, p. 277, 13°, et in fine legitur clausula prolixior nihil momenti habens.

29° Qualiter festività sancti Petri ad vincula insti-
tuta sit (fol. 91^v 92^v).

Ed. partim *Act. SS.*, tom. V Jun., p. 451, partim *Anal. Boll.*, tom. I, p. 617-18, adjectis quae de S. Alexandro papa ac Donato episcopo leguntur ap. Mombritium, tom. II, ubi de eadem institutione agitur.

30° Passio beati Stephani papae et martyris (fol. 92^v-97^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Aug., tom. I, p. 159-45.

31° Passio sanctae Aefrae martyris (fol. 97^v-101^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 5 Aug., tom. II, p. 53-59.

32° Passio sancti Marcelli papae et sanctorum martyrum Saturnini, Sisinnii et Cyriaci diaconi (fol. 101^v-106^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 16 Jan., tom. I, p. 5-9.

33° Passio beati Systi papae et Felicissimi et Agapiti (fol. 106^r-108^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 6 Aug., tom. II, p. 140-41.

34° Passio beati Laurentii archidiaconi (fol. 108^r-110^v et 116^r).

Ed. ap. Mombricitium, tom. II.

36° Passio sancti Agapiti (fol. 113^r-114^v et 111^r).

Ed. *ibid.*, tom. I.

37° Passio beati Symphoriani (fol. 111^r-111^v et 117^r-118^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Aug., tom. IV, p. 496-97.

35° Passio sancti Hippolyti cum aliis multis (fol. 116^r-116^v ac 112^r-113^v).

Ed. ap. Mombricitium, tom. II.

38° Passio sanctorum Timothei et Apollinaris (fol. 118^r-119^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Aug., tom. IV, p. 578-79. Inserta sunt ea quae indicata sunt *Catal. Brux.*, tom. I, p. 40, 84°.

39° Passio sancti Genesii, edita a sanctae memoriae Paulino episcopo (fol. 119^v-121^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 25 Aug., tom. V, p. 133.

Appendix ad cod. 5271.

VITA S. ARNULPHI (EPISC. TURON. ?) (Cfr. supra, p. 412, 14°).

incipit prologus in vita vel passione sancti Arnulphi episcopi .

* *Prologom.* 2.

lerosque saecularis disciplinae philosophos inanis gloriae favor ad scribendum vocat et ad studium gloria transitoriae laudis inclinat : quod certe officium erroribus non incongruum stili quidem decorat oratio, sed aeternae mortis inat proscriptio. Ibi quippe superfluo verborum ambitu decolorata tantum et falsitas, sed tabescit relicta per incuriam veritas ; sermo dulcis mellifluus fundit sententias, sed easdem mendacii deturpat horrore. Nihil autem ad illam am sempiternamque beatitudinem poterit esse proficuum quod aut vitio depravum aut humanis constat inventionibus imperfectum. Operae pretium est ergo vorum Dei opera, virtutes et magnalia stili signare officio et haec posteris traere ad exemplum sanctitatis emolumento. Si enim illi non perennem sed aliuntulum conceptae spei consecuti sunt fructum, nobis certa fides rependetur aeternae immortalitatis praemium. Ideo vitam sancti Arnulphi scripturus suscepi, non virium praesumptione sed sancti Spiritus administratione. Cujus ductu ita singula discurram ut nullus falsitatis naufragium incurram. **Explicit prologus.**

incipit passio sancti Arnulphi gloriosissimi martyris Christi . * *Vit. om.* 2.

1. Igitur beatus Arnulphus nobilissimis Francorum parentibus ortus est et natus, qui inter confessores Christi et martyres confessor egregius, martyr veritus et sacerdos refulsit venerandus. Pater ejus, nomine Quiriacus, primo natalis, post fidei dono claruit insignis. Mater vero *, cognomine Quintiana, simili modo diabolica fraude irretita, postremo divinae cognitionis suscepit sacramenta. tunc cum gentili paganorum errore impliciti ac idolatriae daemonum tenerentur periclitii, hac ratione suae meruerunt signaculum salutis. Ea tempestate sanctus Arnulphus, divini verbi agricola studiosissimus, vicem agebat commissi pontificatus : in quo tanta fulgebat praedicationis gratia ut verbi potentia dura quoque barbarorum sterneret colla. Discedens enim confundebatur iniquitas et gaudens agebatur in Christo fidelium credulitas. Hic itaque beatissimus pontifex cum imperisset hos, de quibus sermo habetur, vanis superstitionibus impediri, mentem adhibuit diligentiam, quo eorum animos ad eum qui est via, veritas et vita converteret. Quorum siquidem mentes et spiritualibus disciplinis cotidie excoquebat et vomere studii caelestis exarabat. Perterrebat eos futuri supplicii timore, et rursus animabat promissi regni perceptione. Quid plura ? Uterque credidit et optissimi gratiam adeptus est. Mutatis vero gentilitatis nominibus, ille Rogationus *, la dicta est per congruam sui nominis etymologiam Eufrosia .

* Rogationus 2.
* Eufrosia 2.

2. Antequam igitur baptizarentur, erant ambo steriles et amore sobolis coartabantur per singulos dies. Unde factum est quod omnia quae in villa, Reiteste ***traderent 2.** nomine, habere videbantur, sancto Rēmigio tradiderunt *, ut ejus meritis sibi filius condonaretur. Sub qua proditione arrhabonem ei etiam dederunt ut, si hoc
- * om. 1.** eis * contingeret, ipse pater ejus spiritualis fieret **, et esset, nec renueret adopti- 5
**** pariter** vum habere filium quem de sterili parente sciret nasciturum. Nec multo post
add. 2. angelico oraculo susceperunt filium, cui ab antiqua senatorum prosapia nomen imposuerunt Arnulfum. Quem cum baptizari fecisset sanctus Remigius, ipse pater acceptionis ejus est in baptismate factus. Baptizatum vero genitrici nutriendum
- * (d. ac p. tr.)** dedit, ac post triennium * sibi reexhibitum disciplinis liberalibus imbuendum tra- 10
om. 1. didit. In quibus nimirum artibus et cotidie proficiebat et sibi coaetaneis * tam
*** coaetaneos 2.** meritis quam studiis longe praeibat. Infra pubertatis suae tempora constitutus,
*** animo 2.** jam tunc anima * perfectus putabatur et moribus. Erat enim fide perfectus, sensu sobrius, sermone cautus, elemosynarum largitate profusus, vigiliis et orationibus deditus, sed et omni bonitate repletus; ita se conformabat bonis omnibus ut 15
virtute putaretur angelicus et angelicae vitae socius. Adhuc in aetate puerili, meditabatur die ac nocte in lege Domini, hanc corde concipiens, opere complens, juxta illud psalmistae: *Bonum mihi lex oris tui super milla auri et argenti.* Ideo ante Deum suis temporibus inventus est justus, et sicut lignum quod plantatur secus decursus aquarum, pretiosum dedit bonorum operum fructum. Acc- 20
*** habuit 2.** pit enim benedictionem a Domino et misericordiam a Deo salutari suo, innocens manibus et mundo corde; qui non accepit * in vano animam suam nec juravit in dolo proximo suo.
3. Processu vero temporis, cum jam in robur virilis venisset aetatis, divinitus accedit quod Clodoveus rex, eatenus gentilis, christianitatis legem suscepit. Quem 25
cum omni Francorum exercitu sanctus Remigius baptizavit et baptizato sanctum
- * tolleret 1;** Arnulphum prece qua potuit commendavit, ac ut plurimum coleret * suppliciter
ab eo dili- obsecravit. Qui in tanta apud eum habitus est honoris reverentia ut inter suos
geretur 2. domesticos praecipuam meruisset familiaritatis gratiam. Hinc actum * est ut ei
*** auctum 1.** neptem suam, nomine Scaribergam, traderet loco sponsae et conjugis cum comi- 30
tatu Remensi et honore frequenti. Hos ambos legitimo matrimonio junctos rursus venerando pontifici Remigio reconsignavit, et ut eos bene vivendi regulam et chris-
*** exorsus 1.** tianorum legem edoceret satis superque exhortatus * est. Quos ille cum gaudio suscipiens, fortiter in fide et amore nominis Christi confirmavit, ac postremo ut virginitatis jura inter se inviolata custodirent ammonuit. Cujus monitis aures 35
cordis applicuerunt, et velut boni discipuli a bono magistro edocti, in custodia
- * quippe 2.** pudoris se permanere devoverunt. Agebant ergo * corporaliter carnalem copu-
*** sanctimo-** lam, sed servabant spiritualiter castitatis sanctitatem *. Beatus est ergo, Domine,
niam 2. iste sanctus quem elegisti: habitabit in atriis * tuis, replebitur in bonis domus
(in atriis; tuae, satiabitur cum apparuerit gloria tua, revelata credentibus in te. 40
enim in
habita-
culis 2. 4. In hoc ergo * proposito beatus Arnulphus cum decrevisset vitam terminare
*** itaque 2.** omnino, protinus ad majora virtutum promotus est caelesti dono. Et quia omnis

qui ad supernam pertinet civitatem peregrinus est mundi *, nocte quadam, cum esset in somnis, vox divina alloquitur eum his verbis : *Si quis non renuntiat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus*. Et iterum : *Si vis esse perfectus, inquit, vade, vende omnia quae habes et da pauperibus, et* 5 *habebis thesaurum in caelo, ac veniens sequere me*. Qua voce delectatus statim cum summa festinatione Remis ad sanctum Remigium abiit et ei divinae legationis arcanum innotuit. Cujus fidei sponsam suam credens et testamento sua omnia relinquens, viaticum * accepit. Benedictione itaque petita et obtenta, nec 10 *etorum* * Petri et Pauli suffragia expetiit: ubi etiam cum gemitu et lacrimis aliquantum temporis exegit. Inde transiens, apostolorum patrocinio percepto, Constantinopolim urbem devenit successu secundo : in qua urbe cum circumquaque positas circuiret ecclesias, si quae fuerunt, pio religionis studio sanctorum veneratus est reliquias. Postremo plurimo devotionis genere Hierosolymis applicuit, ac 15 *salutare crucis lignum, in quo dominica membra fuerant aptata supplicio, religioso excepit officio. Ad sepulcrum vero Domini cum venisset, genuflexit, ibique diutissime oravit. In quo loco finem corporis accipere maluisset, si ita divina providentia statuisset.*

5. Sed Deus omnipotens, qui fideles suos pressuris tribulationum probat, 20 *noluit electum suum silentio contegi nec lucernam modio supponi aut civitatem in edito positam occultari. Qui scilicet beatus Arnulfus postquam in peregrinatione sua decem et septem annos laicali habitu tectus perfecit, denuo per angelum ut rediret ammonitus, inter cetera reversionis suae hospitia* * *Ravennatum urbem* 25 *sua illustravit praesentia ac mirabili suarum virtutum initiavit potentia* (1). [Ubi dum pro viri]um recreatione paulisper demoraretur, [cum die] dominica post matutinos solus r[emanens in eccle]sia ad solita orationum exercitia [incumberet] ac divinis interesset secretis, cujusdam [viri ani]ma corporeo carcere soluta est : q[uam diabolus si]bi per iniquitatem sociam ad infer[nalia tra]hebat claustra. Quae dum nim[iis angeretur tor]mentis, hac voce sanctum Arnulfum [interpel- 30 lavit :] *Arnulfe sancte, Arnulfe Dei electe, succurre mihi, quaeso, et poenis hostilium inimicorum [eripe me. Tribula]tionum enim angustiis me v[allant undique,] iniquitatis phantasmate me [conturbant] et torquent. Incutiunt min[as,] intentant mortem, timorem [iniciunt et permag]num dolorem. Adjuva ergo, sancte, lapsam, adju[va peri] turam, 35 et malis meis apud Deum, cui intimus [exstas, impetra] veniam. Tunc ille his fletibus commotus, [lacrimis sin]um implevit obortis ac prostrato om[ni corpore] in terram, Domini attentius implorabat [indulg]entiam : *Domine Jesu Christe, inquit, qui [es vita vi]ventium, spes credentium, salus aeter[na omnium,] qui dixisti : « Nolo mortem peccatorum, sed [ut magis] conver-**

(1. Quae sequuntur, usque ad num. 17, praetermissa sunt in cod. 5271 ; sed et in codice 5296 folii parte avulsa. nonnulla passim hoc numero et initio sequentis per conjecturam supplenda fuerunt.

*tantur et vivant in aeternum, » ad[esto servi] tui precibus et exaudi deprecationem [nostram] e caelo propitius. Potentiae tuae dextera hanc [malign]orum spirituum contere turbam et redime i[magine]m ad similitudinem tuam factam per eam [qua miser]is semper redundas misericordiam. Moveat [te vox] supplicantis et ascendat ante conspectum [tuas] 5
ma]jestatis gemitus animae pereuntis. Posteaquam [haec precatus] est, tota Spiritum sanctum mente concipiens, mox [divi]nam virtutem adesse sensit; de terra surrexit, [malig]nos spiritus terribili increpatione corripuit : [Recedite,] ait, inimici et date locum fidelibus Christi. [. . .] inum mancipium Christi sanguine redemptum relin]quite, et edaces, ut meriti estis, 10
atrocium [flamma]rum ignes repetite. His dictis omnis ille [daemonum]chorus disparuit et tetram quam mere[batur] territus fugit in umbram. Quid multis im[moror ? A]nima ad corpus rediit, homo oscitavit, [palpitare] luminibus coepit ac rediviva caro resur[rexi]t et circumstantes miraculi novita[te] percudit.] Cujus meritis salvatus sit indicavit, [quantus iste] Arnulfus peregrinus esset 15
clara voce prae[dicans] notum fecit. Exultat inde omnis Ravenna[ensis] civitas, congaudent omnes de sancti hujus [praeclara] gratia, praeconiorum gaudiis attollunt [benignissimum] Deum ac digna ut decet devotio[ne] celebrant] ejus famulum. Post haec beatus [Arnulfus, tim]ens ne in hoc facto ei aliquid ina[men]is gloriae] surripere posset, delituit et occul]tans se civit]atis illius habitatores effugit. 20*

6. [Deinde noctis] silentio ab angelo visitatus ac [ejus voce est admonit]us ad sanctum Remigium redire [gradu festi]no. Consurgensque primo diluculo ante primam auroram iter arripuit in [Galliam et infr]a paucorum dierum spatium ve[nit ad Sequana]m fluvium, ad locum cui Cellas dicunt esse vocabulum. Ad 5
cujus adventum loculi feretro quidam efferebatur mortuus, cujus corpus sequeba-
tur promiscuae multitudinis vulgus. Quem cum a longe prospiceret, flexis solutenus genibus oravit Dominum, dicens : *Omnipotens Deus, qui es in trinitatis unitate perfectus, qui vivos mortificas et mortuos solius voluntatis potestate vivificas, magnificetur nomen tuum per infinitas praesentium populorum catervas. Vivifica itaque, quaeso, hunc mortuum et parentibus suis 10
atque amicis reassigna vivum. Si ductu angelico ac voluntate tua huc me venire contigit, ostende quod fidelibus tuis alibi promisisti : « Quodcumque petieritis fiet vobis. » Fiat tamen hoc non meis meritis, sed intercessione et obtentu sancti Remigii pontificis. Necdum intra se verba finierat, protinus qui defunctus fuerat resurrexit ac suorum luctum in gaudium convertit. 15
Qui portabant lecticam funeris, attonitis haerebant animis et nihil virium habentes tabescebant, arentibus nervorum juncturis. Postremo redierunt sibi ac magnificabant Deum, qui est mirabilis in operibus suis. Cumque omnes stupore adhuc tenerentur miraculi, ille qui resuscitatus fuerat inter promiscuas turbas occurrit et ad beati Arnulfi vestigia provolutus corruit : *Tu es, inquit, Domine pater, 20
liberator animae meae ac reparator corporis, cujus merito et poenalis loca evasi et rursus ad superna redii. Te omnibus diebus vitae meae non**

lere linquam, et quocumque ieris, tecum individuus pergam. Cognovit taque populus quod patenter esset Dei servus quem Deus tantis virtutum decorabat magnalibus.

7. Multa quoque et innumera mirabilia per eum vis divina exercebat quae et arrula pagina refugit et nostra relatio prae sui magnitudine praeterit. Nec du-rium quod in minimis fuerit promptissimus, qui in maximis tam inventus est efficacissimus. Nam ut plurima praeteream, subducta caecorum plerumque red- didit lumina et intorta claudorum reparavit vestigia, illis videndi usum ac istis ambulandi praestans officium. Surdos, mancos, aridos saepe relevabat ope suae intercessionis ac in melius convallescere faciebat pia indulgentia futuri sacerdotis. Elephantinus morbus divinis per omnia cedebat virtutibus ac febris anhela subja- cebat ejus meritis singularibus. Quicquid natura monstri vel vitii contraxerat, otum indifferenter virtus indiscreta reformabat. Discedebat enim adjuratus ab hominibus languor, sed redibat reparatus singulis artubus vigor. Qualis autem fuerit, ipse solus discernit qui eum et praesentibus sublevavit beneficiis et aeter- nis in caelestibus glorificavit praemiis.

8. Nunc ad propositum nostrum articulum vertamus et qua ratione ad sacros ordines promotus quove modo ad pontificatus honorem sit assumptus explicemus. Peregrinationis suae tempore peracto, ad sanctum Remigium beatus Arnulfus regressus, secum hominem adduxit qui fuerat a somno mortis resuscitatus. Quod cum vidisset venerabilis antistes, nimium gavisus est in Domino et exultavit spi- ritus ejus in Deo salutari suo. Utrumque enim cordis sui laetificabat animum, et resurrectio mortui et reditus atque praesentia quem invicem diligebat amici. Hujus rei gratia mutua inter se celebrantes gaudia, ex voto caritatis castissima dabant oscula et prae gaudio amara fundebant suspiria. Protrahitur inde in longum oratio et divina inspiratione compunctionis aperitur devotio. Oratione facta, consederunt ac longum de caelestibus sermonem habuerunt. Quibus jucun- lis recordationibus in immensum exhilarati, paululum indulserunt terrenis. Tunc beatus Arnulfus refert omnem suae peregrinationis historiam et quae sibi acci- derant itineris commoda et incommoda. Miracula quae per eum Dominus operatus est in via, humillitate narrat devotissima, et ad comprobanda veritatis testimonia eum intromittit quem suscitaverat.

9. Quem cum percunctaretur Domini sacerdos quid sibi de hoc saeculo sublato contigisset in alio, aperiens os suum respondit : *Duo, inquit, dextra laevaue erant ordines qualitate ac moribus discrepantes. Unus prae nimii candoris habitu similitudinem praetendebat blandae visionis in vultu; alter vero, nec visu facilis nec dictu affabilis ulli, stridebat dentibus et squalebat aeternis cruciatibus. Porro, cum de corpore exirem, pars iniqua praevaluit et me secum ad infernalicia loca pertraxit. Et nisi divina mihi per beati Arnulfi intercessionem clementia succurrisset, aeterni incendii poenas nullatenus evasissem. Ibi modo peccati mei quadrantem merem et iniquitatis meae vicem secundum modum culpae recipere.*

Videbam autem, ait, super caput meum tribus quasi gradibus inferni patere abyssum et tribus rursum gradibus flammarum globos conscendere usque ad caelum. Inde fetor intolerabilis, sulphureus ignis fumusque nigerrimus procedebant ac peccatrices animas indiscreta, immo inaudita miseria cruciabant. Inter plurima diversi generis supplicia ego ipse divino iudicio damnatus, heu pro dolor! locum, sedem ac stationem acceperam. Flebam ergo vehementissime et ab oculis meis fluebant incessanter lacrimae. Cumque his undique angustiis concluderer, subito apparuit mirae claritatis angelus, qui me dixit esse pro quo oraret beatus Arnulfus laicus. In ictu vero oculi sursum me extulit et ad corpus sine mora reduxit. Cujus rei haec una causa testimonio est, quod me vivum ac pristinae incolumitati redditum per redemptoris mei meritum, beate pontifex, vides.

10. Postquam igitur verbis finem posuit, beatus vir apostolicus Remigius, nimium super haec gavisus ac Dei misericordiam in servum suum tam evidenti indicio diffusam vehementer miratus, conversus ad beatum Arnulfum dixit: *Disce, carissime fili, in humilitatis semper custodia teneri et invenies gratiam coram hominibus et angelis Dei. Timorem Christi semper praepone tibi, quia initium sapientiae timor Domini. Gratiam quam accipisti noli neglegere, et ut in melius die ac nocte proficias viribus omnino instantia satage. Amicam virtutis paupertatem dilige ac pauperem pro nobis Christum pauper ipse ac nudus sequere. Considera vero quam nihil sit quod transiit et quam breve ac fragile quod momento unius horae auferri possit. Recordare quid fideles Christi mercedis inveniant aut quid contemptores ejus supplicii adquirant. Illi enim pro temporibus sempiterna bona mercantur; isti autem pro supernis mansura sine fine mala adipiscuntur. Illos Dominus in iudicium veniens per mansuetudinis lenitatem demulcet; istos per districti iudicii examen terret. Tu itaque, amice carissime, semper in animo caelestia tene et terrena velut caduca vilipende. Non te occulta hujus facti decipiat ambitio, sed da gloriam et honorem Deo secundum quod Scripturae dicitur testimonio: « Non nobis, sed nomini tuo da gloriam. »*

11. His ita dimissis instruitur grande convivium, temporalis quidem refectio corporum, sed spiritualis potius cibus animarum. Advocatur sponsa venerabilis viri ac jucundis interesse jubetur epulis: quod et factum est. Post finem itaque prandii, dicto versu prophetali, surgit a mensa beatus Remigius, et valedicens omnibus, ecclesiam sanctae Dei genitricis semperque virginis Mariae intrat oraturus. Consilium perquirat ab omnipotente Deo quid faciat super hoc negotio, quove artius modo sanctum Arnulfum implicet caelesti mysterio. Cui divinitus revelatum est quod dignus esset clericatus officio ac suo merito clericorum annumerari contubernio. Surgens ergo venerabilis antistes ab oratione, omne in pontificatu suo clericorum concilium congregari fecit sequenti sabbati die. Ad hos

sermonem super hujuscemodi facto habuit et quid eis videretur diligentissime inquisivit. Qui omnes consensum dederunt ac tantum virum caelestibus signis approbatum majori virtutum sublimandum esse gradu exclamaverunt. Protinus detonsis capillis comam capitis ejus deposuit ac clericum fecit atque in ipsius diei
 5 articulo eum ad ordines ecclesiasticos promovit. Itaque exorcistam eum esse jus-
 sit pariter et consecravit.

12. Qua benedictione suscepta, cum de ecclesiae secretis exiret, obviam habuit duos energumenos, quorum unus duorum daemonum furiis, alter trium continuis agebatur stimulis. Quos cum vidisset inimici infestatione teneri, indignatus ita
 10 ait : *Nonne tibi, immunde ac invide spiritus, sufficit quod paganorum ac iniquorum corda invasisti, nisi invaderes etiam redemptos sanguine Christi? Satis esse debuit quod hactenus apodixion artis tuae exercuisti ac praevaluisti in veneficiorum tuorum ingeniis. Nunc ergo, in nomine Jesu Christi Nazareni, qui te mortis suae jaculo peremit, recede confu-*
 15 *sus a fidelibus Dei, ac nullam ulterius potestatem habeas in eis.* Cujus imperio velut caelesti tonitruo percussus, homines dereliquit inimicus, et ne venerabilis viri indignationem incurreret, prae timore discessit perterritus. Tunc praecepit hominibus illis ne id alicui dicerent, sed aeterno silentio absconsum tenerent. Illi autem profecti diffamaverunt eum in ecclesiam et in omnem regio-
 20 nem illam. Quis referre poterit quae praesentibus ac longe positis inde laetitia fuerit? Quicumque hoc cognoverant exultabant in Domino et gaudebant super hujuscemodi facto. Requirebant omnes beatissimum virum et apud Dominum sibi praeferebant advocatum.

13. Quod cum audisset beatus Arnulfus, valde pertimuit ac hujuscemodi occa-
 25 sione ad alia loca, ne inveniretur, migrare disposuit. Sanctus autem pontifex cum ad se venire jubens, clanculo detinuit ac secum aliquandiu extra voluntatem suam commorari fecit. Hortabatur vero illum diebus ac noctibus ne in hoc facto ultra modum pertimesceret aut a precum instantia cessaret, sed in misericordia Dei sui confideret, de quo majora postmodum praesumere posset. Ad quem sic
 30 aiebat : *Magnus, inquit, Dominus et magnitudinis ejus non est numerus, qui bonitatis suae abundantia omnibus de se praesumentibus majora exhibet quam rogatur. Ille enim inter bonos malosque solus discernit, quia etiam peccatores suos eligit per fidem et operationem et magnificat per virtutum sublimitatem. Si ergo, cum sis peccator ac fragilis, te ad*
 35 *hanc gratiam perduxit, serviendo in timore et exultando ei cum tremore magnipendere debes viscera dignationis divinae. Opera autem tua quamvis ut semper lateant optare debeas, ad aedificationem tamen plurimorum dignum est ut aliquando appareant, juxta hoc quod Dominus praecepit in evangelio : « Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant*
 40 *opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in caelis est. » Glorificato vero Domino in operibus nostris, favorem evadimus gloriae praesentis, sed recipimus praemtium sempiternae felicitatis.*

14. Qua exhortatione beatus Arnulfus paululum animaequior factus, ad praesens quidem voluntatis suae est desiderio fraudatus, sed quod animo conceperat nec multo post operis complevit efficacia. Tunc tamen vigiliis ac jejuniis coepit artius insistere et omnibus pietatis operibus ardentissime invigilare. In orationibus pervigil ac continuus, terrena despiciebat et ad caelestia per sancta desideria tendebat. Fletibus ac lacrimis per singulos dies cruciabatur, memorans illius psalmographi : *Qui seminant in lacrimis, in gaudio metent. Euntes ibant et fiebant, mittentes semina sua ; venientes autem venient cum exultatione, tollentes manipulos suos.* Semper ad memoriam referebat quemadmodum filii Israel captivati super flumina Babylonis flentes sederent ac delectatione Sion tacti in salicibus organa suspenderent, dicentes : *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena ?* Quam captivitatem beatus iste incessanter in se cognoscebat et praesentia cuncta quasi aliena et non sua deputabat. Hanc quippe mortalem vitam confusione peccatorum plenam esse considerabat, ideoque quantum poterat amaras ejus illecebras compescebat ; Sion vero, id est visionem supernae pacis et quietis, eo amplius sitiebat quo magis illum vota sua ad aeterna gaudia impediabant. Unde et frequenter versiculum istum iterabat : *Quando veniam et parebo ante faciem Dei mei ?* Dedit itaque et Dominus desiderium cordis sui et voluntate labiorum ejus non fraudavit eum, quoniam praevenit eum in benedictione dulcedinis. 20

15. Interea beatus Remigius venerabilem sponsam suam ad se venire praecepit ac rursus inter eos custodiendi pudoris chirographum reparavit : in qua observatione usque ad finem vitae uterque permansit, et mercedis suae praemium recipere a Domino promeruit. Sed beatus Arnulfus, in hac qua coeperat voluntate permanens, ut semper infra se esset summopere procuravit et ut Remensem populum fugeret magnopere diligentiam habuit. Illud quoque evangelicum in corde volvens, quia *omnis qui reliquerit domum vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen Christi, centuplum accipiet in hoc saeculo et vitam aeternam possidebit in futuro*, omnia sua, sicut prius, sub testimonio sanctae Dei Ecclesiae dereliquit ac in ipso exoreismi gradu peregrinationis viam aggressus est, non quantum voluit, sed quantum divina elementia permisit. Primum igitur Tolosam ad sepulcrum sancti Saturnini venit ; ubi cordis sui desiderio per divinae inspirationis compunctionem satisfecit. Inde progrediens Pictavis applicuit et ad sanctum Hilarium confessorem orandi gratia perrexit. Postremo Turonis sanctissimum et nulli post apostolos secundum Martinum expetiit. Ubi hoc modo sedem cathedrae ac pontificatus honorem suscepit. 30

16. Urbis illius episcopus transitum de hoc saeculo fecerat et gregem Christi sine pastoris custodia reliquerat. Hac de causa primi plurimique pontificum convenerant ac inter se consilium fecerant, ut dignum domui Dei dispensatorem et fidelem fideli populo praeferrerent rectorem. Qui cum inter se diversa sentirent, et illi istum, isti illum subrogandum esse decernerent, essetque schisma in eis

pro hujusmodi facto, grandis altercatio orta est per singulos ac dissensio. Sed ut finem malis talibus imponerent et super hoc Domini misericordiam, voluntatem atque consilium perquirerent, triduanum jejunium civibus atque suburbanis, clericis et laicis, majoribus atque pusillis statuerant. Sicque dies prima et secunda
 5 in abstinentia positis transierat. Tertia vero statuti jejunii die omnis populi multitudo ecclesiam intravit et communi devotione Domini implorabant clementiam, ut eis divinitus ostenderetur quis hujus honoris officio ad regendas subditorum animas dignus inveniretur. Cumque in hac restarent et plebs deprecationis voces ad Dominum effunderet, advenit beatus Arnulfus, exorcistae adhuc ministerium
 10 gerens, et latenter se cum aliis ad orationis studium prostrato omni corpore in terram projecit. Qua completa dum regredi conaretur, affuit ei angelus Domini, qui iterum in ecclesiam illum intromisit. Patefactis quoque ac reseratis foribus, sanctum beatum virum in conventu omnium episcoporum statuit et taliter orationis suae modum percurrit : *Quid*, inquit, *inter vos conquerimini? Quid*
 15 *moras facitis de eligendo pontifice Dei? Dominus exaudivit orationes vestras clamoremque populi, et quem fidelibus suis praeferat, secundum cor suum pastorem invenit, vobisque eum per me, qui assisto ei, consignat et transmittit. Iste est venerabilis Arnulfus, ignotus, qui solus inter vos aptus invenitur lucrandis animabus. Hunc itaque urbi huic*
 20 *patronum eligite ac populo divinitus admoniti rectorem praeficite.* His dictis caelo receptus est. Ast illi, de superna revelatione plurimum gavisus, altioribus eum subselliis extulerunt et non mediocrem inter se locum tenere dederunt. Proinde sermo habitus est ad populum si eum vellent habere atque eligere episcopum. Qui omnes exclamaverunt divinum non posse mutari consilium et una
 25 voce dixerunt eum sibi praeferri dignum. Quod beatus Arnulfus omnimodis renuit ac se multo magis indignum tali honore exclamavit, ut alium sibi patrem eligerent monuit, quodque talia numquam praesumeret palam innotuit. Illi attentius insistebant et benedici eum modis omnibus efflagitabant. Inventus ergo atque coactus capitur, rapitur et trahitur, et praecurrentibus ab exorcista usque ad presbyteratus officium ecclesiastici ordinis gradibus, urbi consecratur episcopus.

17. Ordinatus itaque, sedulus divinis curam impendebat ovibus, ut nullam ferino dente disperderet inimicus. In divinis plane cultibus plebs christiana crescebat ac sub tanto pontifice credulitatis suae augmentis gaudebat atque proficiebat. Per singulos dies vir venerabilis ecclesias et circumquaque positas frequen-
 35 tabat parrochias, ac omnem quae culpa sacerdotum acciderat negligentiam eliminabat. Non auro, non argento, non aliis pretiosis ornamentis operam dabat, sed circa lucrandas animas, quod Christo carius est, intentus vacabat. Pro temporali honore nullam pretiosarum vestium dederat superfluitatem in corpore, sed ut prius, id est incultus, membris servabatur habitus. Eadem permanebat in eo
 40 humilitas, benignitas, mansuetudo ac modestia, eadem in sermonis lenitate reverentia. Tristis erat in vultu severitas atque in verbis fides. Si centum mihi linguarum voces sermo ferreus moveret, numquam, beate praesul, praeconia tuae

laudis concluderem. Quod ergo natura minus habet, tua sancta intercessio ad-
ministrat.

* Cfr. su-
pra, p. 417,
not.

18. Consuetudinis erat beato Arnulfo episcopo singulis noctibus cum suis clericis matutinis laudibus interesse et ex devotione eas incohare. Cumque quadam vice *Domine labia mea aperies* initiaret et omnis chorus omnesque qui praesentes aderant tacuissent, subsecuta est cum vox angelica quae respondit: *Et os meum annuntiabit laudem tuam*. Sequenti quoque nocte ad ecclesiam pergens, psalmodiae suae cursum decantabat. Cum ergo psalterii finem faceret atque ad hunc versum veniens: *Exultabunt sancti in gloria*, paululum respirando

concinuit 1. substitisset, rursum vox divina voci ejus concinuit *, subinferens: *Laetabuntur* 10

* om. 2. *autem* * in cubilibus suis. Tunc intellexit vir Deo plenus quod sancti per praesentium laborum agones exultationis aeternae gloriam meruerint, ubi est vox laetitiae ac salutis, ac qualiter episcopatus sui honorem, ad quem assumptus fuerat, declinando fugeret tacitus in corde tractare coepit. Existimabat enim se pastorali cura aliquid prioris * vitae perdere, et ideo securus terreni negotii ab- 15
que impedimentis saecularibus Domino volebat servire. Pauco quidem tempore ecclesiae * regimen tenuit, sed tamen fidelibus fideliter praefuit.

* praesen-
tis 2.

om. 1.

om. 1.

* ann.
aut. 1.

19. Ad ejus itaque spectat meritum et * gloriam et ad perennem laudis suae titulum, quod praedicatione sua omnem cum rege ac populo convertit Hispaniam et sobolem Domino genuit per baptismum adoptivam. Cujus conversionis modus 20 hic fuisse scribitur. Beatus pontifex de quo sermo habetur, postquam in pontificatus sui officio annum unum et decem et septem dies strenue peregit, relictis iterum omnibus temporalem honorem fugit, et occulte discedens, penitus latuit, atque ad peregrinandum viam disposuit pariterque arripuit. Per undecim autem annorum * spatium quas potuit ferventissimo zelo regiones perlustravit atque 25
pacne universum orbem praedicationis gratia replevit; novissime vero Hispaniam illustraturus accessit. Ubi cum incolis illis Deum incessanter praedicaret et ut ab idolorum cultura cessarent eumque qui in caelis regnat adorarent sine aliqua interpolatione moneret, aliqui ejus monitis salutaribus imbuti fidem receperunt christianitatis atque sacra sua relinquentes baptizati sunt in nomine sanctae et 30
individuae Trinitatis. Plurimi autem per hoc majori in sanctum exarserunt invidiae stimulo et frequenter eum alapis, interdum verberibus ac plagis insectati sunt, nonnumquam etiam stricto gladio * appetierunt: qui incunctanter cervicem tetendit et spiculatorem ut feriret oravit. Multis quoque et innumeris angustiis injuriati sunt, ut illum a finibus suis pellerent. 35

* ferro 2.

20. Sed rex gentis illius cum audisset famam venerabilis viri, protinus suis eum jussit * aspectibus praesentari. A licitoribus ilico comprehensus et adductus, ante regem stetit imperterritus. Rex autem cum miraretur claritatem vultus ejus

* om. 2.

ac hilaritatem mentis * quam praetendebat in specie, interrogavit eum cujus conditionis esset. Ille autem respondit se christianum esse. *Et quae est, ait, haec* 40

* om. 1. *superstitio ac nova doctrina quam doces, aut quis ille * Deus quem in contumeliam deorum meorum coli jubes?* Ait: *Omnipotenti Deo vos con-*

- tumeliam facitis, qui ejus divinitatem mutis ac insensibilibus erramen-*
tis comparatis. Quis autem sit Deus meus et Dominus meus poteris
*agnoscere * si disposueris credere. Respondit rex : Abs te prius audiamus,* * cognos-
ut quid credendum sit sciamus. Tunc ille in hanc vocem erupit : Ex ori- cere 2.
- 5 *ginali peccato tenebamur sub daemoniacae potestatis jugo ; sed propter*
*intimam * caritatem suam, qua dilexit nos Deus, misit alium suum in ** nimiam 2.
*hunc * mundum. Hic de Spiritu sancto et virgine Maria conceptus et* * om. 2.
natus, inter homines verus Deus et verus homo usque ad tempus implen-
dae dispensationis suae corporaliter est conversatus. Cumque per crucem
- 10 *ac passionem de hoc mundo vellet transire ad patrem, tentus a Judaeis,*
crucifixus atque sepultus sub Pontio Pilato praeside. Descendens
autem ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis et apparuit discipulis
suis per dies quadraginta in multis argumentis. Quibus tribuens virtu-
 15 *tem super omnem potestatem inimici et ut in totum mundum praedica-*
rent evangelium regni, quadragesimo resurrectionis suae die videnti- * cunctis
*bis * apostolis abiit in caelum, et sedet ad dexteram Patris, unde etiam* add. 2.
venturus est judicare vivos et mortuos et saeculum per ignem. Tunc red-
det unicuique secundum opus ejus, et eos qui cognitionis ejus fidem non
 20 *receperunt mittet in caminum ignis ardentis, ubi erit fletus et stridor*
dentium, mors et perennis cruciatus animarum. Hunc itaque tibi, o rex, * alium
*annuntio et ut nullum * praeter ipsum colas praemonstro. Quod si non* add. 2.
21. Ad quem rex : *Mentem meam ejus cultui mancipabis, si forte quod*
dixero ad effectum perduxeris. Est serpens in regno meo multum mira-
 25 *bilis, de cujus * corpore quinque capita feruntur surgere. Hic omnem* * uno
quam inhabitat terram terraeque confinia male dissipans, silvas exurit add. 2.
*et anhelatu * suo aquas quoque arescere facit. Regnum meum subtractis* * anhelitu 2.
habitoribus pessumdat et nullum unquam malitiae suae terminum
donat. Ejus insolentiam sine cessatione patimur ac continuis malis peri-
 30 *clitatur. Quem si tu in nomine Dei tui ab hac regione depuleris aut in-*
vocatione majestatis ejus exstinxeris, me et omnes meos illi credituros
ne dubitaveris. Cui venerabilis episcopus Arnulfus : Credenti, inquit, omnia
possibilia sunt et Deum timenti cuncta facilia. Ipsa enim creatura crea-
 35 *toris sui famulatur imperio et cuncta viventia caelesti reguntur arbi-* * quam 2.
*trio. Unde, ut cognoscas veritatem esse quae * annuntio, hanc indomitae*
beluae feritatem non mea sed divina potentia conteret ejusque audaciam
a te tuisque omnibus compescet. Nunc ergo paretur mihi dux itineris,
 40 *qui me ad eundem locum perducatur ubi serpens ille potestatis suae prin-*
cipatum usurpat. Electi sunt itaque tres viri qui montem quem occupaverat
noverant et omnes ejus latebras diligentissime investigare sciebant. Quo cum
perduxissent venerabilem virum, serpentem ei manuum indicio demonstrave-
runt. Quem respiciens beatus Arnulfus, genuflexit et orationem ad Dominum

fudit. Inde resurgens, conversus ad serpentem dixit: *In nomine Domini mei Jesu Christi praecipio tibi ut deposita omni crudelitate pectoris tui ad me venias cum humilitate tranquillitatis.* Qui statim divinum persensit imperium et ac si domita bestia cucurrit ad Dei famulum. Cujus collo idem vir sanctus stolam quam secum ferebat superposuit et ait: *Sequere me.* Secutus est autem eum usque ad eum locum in quo perpetuo damnatus est exilio, atque ab ejus impetu erepta est omnis illa regio.

22. Tunc regis decreto exiit edictum in omne imperii sui regnum, ut unanimes omnes fana sua destruerent et culturam deorum in religionem mutarent christianorum et doctrinam quam praedicabat beatus Arnulfus reciperent atque ad baptismi gratiam confluerent. Primus omnium rex cum uxore sua, filiis et filiabus, baptizatus est. Post illum omnes Hispaniarum proceres, nobiles atque potentes, novissime autem reliqua populi multitudo, velut arena quae est in litore maris plurima, baptizata est. Ubicumque idola destruebantur, ecclesiae aedificabantur, in quibus beatus confessor divini ordinis personas statuebat ac ecclesiae consuetudinis legem edocebat. De quibus singulis mercedem recipit modo sui laboris, quo usque, cum Dominus ad iudicium venerit, bono pastori reaconsignans, audiet illam piam vocem justis iudicis: *Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.*

23. Eo tempore sanctus Remigius, de istius mundi pelago sublatus, clarus et effleax habebatur in virtutum magnalibus. Usque in Hyllicum enim atque Hispaniam celebre nomen ejus innotuerat et per singula loca narrabatur de suarum virtutum potentia. Hoc audito beatus Arnulfus, sancti quidem viri morte in se tristatus est, sed de suae laudis gloria multo magis in Domino gavisus. Credentes itaque populos in fide nominis Christi Jesu confirmans ac sollicitos super curam fidelium animarum pastores surrogans, in Galliam citius reversus est. Jam beatus pontifex tumultus fuerat et super eum oratorii constructa basilica. Ad quam cum sanctus Arnulfus ex devotione venisset, aliquot diebus ibidem demoratus est. Cumque inde discedens, ad eandem rursus basilicam orandi gratia saepius rediret, nocte quadam in via sponsae suae servi eum invenerunt euntem, ac tenentes fustibus graviter et gladiis vulneraverunt. Quorum unus ferrum in caput ejus libravit ac sine mora solotenus prostravit. Plagis autem impositis, existimantes eum esse mortuum abierunt, semivivo relicto. Qui in brevi defunctus, martyrii coronam adeptus est in caelestibus.

24. Sed palpitante adhuc in solo pectore vitali spiritu, priusquam mortis frigore solveretur, sponsa sua ad eum venit et vehementissime flere coepit. Quem cum interrogaret quid de suo corpore facere deberet, ille ut potuit protensa dextera, velum consecravit, imponensque capiti ejus ait: *Non de mea, inquit, passione perturbor, sed de tua salute nimium sollicitor. Ego enim semper hunc passionis meae calicem quaesivi et ut ad regem meum sanguinis mei effusione laureatus pervenirem optavi. Tibi autem quam relinquo*

imeo, sed in misericordia Dei mei quod te conservet spero. Unde te primum per hoc castitatis signum moneo ac in Christo deprecor ut virginitatem quam Deo devovisti integram teneas et incorruptionem corporis nimaeque inviolatam custodias. Pro qua re et praesentibus beneficiis lonaberis et sempiternis gaudiis remuneraberis. Ceterum, quod quaeris, orpus meum Turonos ad sedem quam rexi fac deduci, ibique cum omni diligentia post mortem sepeliri.

* Turonis 2.
* sepeli 2.

25. Factum est autem, cum audissent sancti viri obitum, omnes paene totius egni pontifices visitationis gratia venerunt ad eum. Inter quos etiam visum est li affuisse et beatum Remigium. Ad quem sic excelsa voce dixit : *Domine sancte ater, ecce accipio a te viaticum et egressui meo iter, ut tecum pergam iducialiter.* Valedicens itaque praesentibus qui ad se venerant, quinto decimo alendas augusti praesentis vitae terminum clausit et caelestia regna, angelico ablatus officio, intravit. In testimonium vero sui meriti nive candidior de ore jus egressa columba fuit, quae videntibus cunctis superna petiit. Ibi nunc sanctus Arnulfus plena aeternae refectionis pascua invenit et paterno vultu satiatum spiritibus vivit angelicis. Martyrum victor exercitus pro ejus gaudet triumphis insignibus, quem in suum consortium recipit gloriosus confessorum chorus, mnis illa superna militia de ipsius sempiterna triumphat gloria et habet sibi oncivem atque suae felicitatis comptem in infinita saeculorum saecula. Inde, eate confessor et martyr, respiciens humilium preces et vota, supplicibus tuis petra optata suorum peccaminum remedia. Ora pro nobis in hoc corpore constitutis, ut mereamur fieri consortes tuae beatitudinis; justis iudicis iram avertentis servis et ejus nobis reconcilia misericordiam ope tuae intercessionis. Sicque iat ut et futuram impiis tribulationem evadamus et praeparata justis tecum immortalia dona recipiamus.

* (qui ad se ven.) om. 2.

26. Post mortem sanctissimi viri venerabilis matrona corpus ejus diligentissime tractavit : quod linteaminibus involvit, aromatibus condivit et sarcophago mpositum plaustro ad deducendum quo fuerat jussa superposuit. In qua deducionis via quicumque aegrorum sancto fuerunt obvii, per virtutem beati martyris quacumque tenebantur infirmitate meruerunt liberari : quorum quae summa a merit non nostrae opis est evolvere verbis. Milia caecorum, claudorum milia uravit et quidquid natura indiscrete damnaverat reparavit. Quo gloriae triumpho comitante virtutiferam glebam longius prosecuti sunt, donec stationem fecerunt in pago Castrensi, silvae Aquilinae, in loco nomine Hybernio, super fluvium Resbacis. In eadem autem silva Dordingus comes cervum venatibus agebat. Qui ugiens, juxta sarcophagum viri Dei constitit, et insequentes canes latratu officio Privatos virtus divina longius stare compulit. Cumque praedictus comes aestuans venisset et virtute beati Arnulfi hoc factum veraciter comperisset, pronus in terram adoravit et sancto plurima donaria devotus obtulit. Sequenti vero die, cum coeptum iter vellent peragere, omnimodis impediti sunt divina voluntate. Nam plastrum rigebat et boves pedem affligentes illud trahere non valebant. De quo

* delinebantur 2.

* om. 2.

* protinus 1.

* (r. et) rigentes 2.

- loco cum corpus minime moveri posset, Dordingus comes plus devotionis erga
 * om. 1. beatum virum habens, omnia quae ibi hereditario jure possidebat ei * sub chiro-
 grapho tradidit atque ibidem eum diligentissime ac condigno honore sepelivit :
 ubi florent orationes ejus et multas sanitatum curationes per eum operatur Deus.
- * Turonis 2. 27. Quo sepulto venerabilis femina Turonos * celerius abiit et quae acciderant 3
 omnibus narravit. Qui gavisus sunt et super hoc laudaverunt Dominum, qui salvos
 facit sperantes in se in aeternum. Inde regressa mausoleum in honore sancti
 (b. v.) beati Remigii pontificis super beatum virum * oratorium construxit, in quo postea ad
 * viri 2.
 * om. 2. ejus exequias cum fratre suo Patricio episcopo per tria annorum et eo * amplius
 curricula eremiticam vitam duxit. Sed et hoc, quia omnium rerum vicissitudo est, 10
 defuncto atque sepulto, quasi fraterno destituta solatio, in cinere et cilicio lugens
 jugiter permansit et plurimo abstinentiae genere corpus carnemque suam multa-
 vit ; diebus dominicis hordeaceo tantum pane vesebatur et in pascha aliisque
 praeclaris sollempnitatibus fabis ac siliquis pro magnis deliciis utebatur. Pulsit
 * virtutibus et *add.* 2. quoque * miraculis inclita ; et adveniente obitus sui die feliciter migravit ad 15
 Dominum gloriosa. Haec omnia tuae potentiae praeconia tu, Domine Pater, in
 servis tuis mirabilis, mirabiliter operaris ad gloriam nominis tui et ad laudem
 unigeniti Filii tui redemptoris nostri, cum quo et Spiritu sancto vivis et regnas
 * mirabi- per saecula immortalis *. Amen.
 lis 2.
 ep. et m. 2. **Explicit passio sancti Arnulfi martyris et episcopi** . 20

CCL. Codex signatus num. 5272.

Olim Comitum Bethuniorum Theol. 50, deinde Regius C. 3863.

Foliorum 56, med. (0^m,315×0,225), columnis binis, exaratus saec. XII.

1° Epistola beati Calixti papae de sancto Jacobo apostolo (fol. 1^r-1^v).

Hujus epistolae initium et finem edidit Gulielmus Cuperus noster *Act. SS.*, ad d. 25 Jul., tom. VI, p. 43-44, num. 170-72. Mediam partem hic exhibere non pigebit. Vid. Append.

2° Prologus ejusdem de translatione sancti Jacobi (fol. 1^v-2^v).

Hujus prior pars edita est *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 22. (*Hanc beati Jacobi translationem... idus maii quieverunt*). Alteram exhibebimus infra in Append.

3° Translatio sancti Jacobi apostoli, fratris sancti Johannis evangelistae, quae tertio kalendas janua-

rii celebratur, qualiter ab Hierosolymis translatus est in Galeciam (fol. 2^v-5^r).

Eadem referens, sed non iisdem verbis, quae narratio edita a Joanne de Bosco in *Bibl. Floriac.*, et inde ap. Surium, ad d. 23 Julii.

4^o Epistola beati Leonis papae de eadem translatione (fol. 5^r-6^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 21-22 (ex codice Calixtino).

5^o Liber beati Calisti papae de miraculis sancti Jacobi apostoli (fol. 8^r-24^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 23 Jul., tom. VI, p. 47-58. Praemissus est (fol. 6^r-8^r) sermo Calixti papae *de tribus solemnitatibus sancti Jacobi*.

6^o Miracula sancti Andreae apostoli (fol. 24^r-38^r).

Ed. inter opera Gregorii Turonensis a B. Krusch, p. 826-46.

7^o Vita sancti Martialis episcopi qui proximus affinitate consanguinitatis apostolo Petro atque Stephano protomartyri esse dinoscitur... (fol. 38^v-56^v).

Ed. ap. Surium, ad d. 30 Junii.

Appendix ad cod. 5272.

EPISTOLAE CALIXTI PAPAE DE S. JACOBO PARS INEDITA

(Cfr. supra, 1^o).

... Quapropter coepi excogitare an codex iste, quem manibus meis perficere studebam, Deo foret acceptabilis. Cumque summo studio praemeditarer, noctu raptus in extasim, in quadam aula regia fulgenti vidi juvenem quendam inaestimabili pulchritudine decoratum, splendida luce circumdatum, regia veste mirabiliter indutum, regali laurea laureatum, orientalem valvam ejusdem aulae cum quibusdam sociis ingredientem, quorum unus sic ait : *Ecce filium regis*. Et statim ille cathedra optima sedens, mihi sedenti pedibus suis ait : *Praebe mihi rucas in manu habes chirothecas*. Cui libenter obtuli. Qui cum eas manibus acciperet thalamumque ingrederetur, quidam ex sociis ejus, quasi dapifer esset ipsius, mihi de illo ait quia *ipse est filius regis summi*. Qui addidit licens : *Sicut chirothecas a manibus tuis accepit, sic codicem apostolicum, postquam compleveris, placide ac voluntarie suscipiet*. Rursus translationis apostolicae sermonem veneranda die mihi ruminanti ac quaternionem ejus scripturae inter manus tenenti, una cum beato Jacobo in extasi ipse

apparuit, dicens : *Haec nobis praecepta grata, omnibus observanda, scribere ne differas. Scribe quae coepisti, corripiens scelera pravorum hospitum manentium in itinere apostoli mei.* Et iccirco nemo putet me aliquid ex proprio sensu scripsisse, nisi ea tantum quae propriis oculis vidi aut ex relatione catholicorum virorum audivi. Nemo igitur nunc despiciat librum cum in eo 5 levem invenerit dictatum. Iccirco enim levi dictatu nostros sermones in eo scripsimus, ut tam imperitis quam peritis aperirentur. Multi quod non intellegunt, despiciunt ; Franci Theutonicos et Romani Graecos despiciunt, eo quod linguam eorum minime intellegunt. Si cotidie audio praedicantem Graecum aut Theutonicum, quae utilitas mihi est ? Quapropter super quatuor evangelia et super prophetas expositiones dudum sancti protenderunt, quia minime intellegebant. Si mihi panem non incisum ad mensam dederis, laetus accipiam ; si abscisum, laetior suscipio. Parum proficit crusta, donec appareat mica. Sincerus potus quid in se lateat clarius ostendit. Sincerus et apertus oculus clarius videt quam obscurus et clausus. Candela clara quae cunctis circumstantibus dat lumen, magis proficit 15 quam ea quae aliis praebet, aliis negat. Sic igitur... (*Deest phrasis* Idem de historia Caroli...).

PROLOGI DE TRANSLATIONE SANCTI JACOBI PARS POSTERIOR

(Cfr. supra, 2°).

* sic. ... Exstat optimum miraculum usque hodie in testimonio pretiosae mortis 30 eorum. Nam, ut, inquit*, in praefata sollemnitate eorum, vigilia scilicet, apud Acitanam urbem ad sepulcrum sancti Torquati retro ecclesiam, annuatim arbor olivae divinitus florens, maturis fructibus onustatur, e quibus oleum ilico elicitur unde lampades ante altare ejus venerandum accenduntur. Alii vero duo discipuli, Athanasius scilicet et Theodorus, ut in ipsa beati Leonis epistola scribitur, juxta 35 apostolicum corpus unus ad dexteram et alius ad laevam sepeliuntur. Nec cuiquam debet mirum videri quod Athanasius sit Esitius, cum alter sit Esitius et alter Athanasius. Sed quid de libello hujus translationis circa quendam beati Jacobi peregrinum nostris temporibus accidit nobis est dicendum. Clericus quidam mihi notus, sancti Jacobi amator et peregrinus, hanc translationem cum qui- 30 busdam aliis apostoli miraculis volens secum ad patriam suam deferre, cuidam Ferrando scriptori in urbe ejusdem apostoli scribere fecit et viginti nummos in pretium dedit. Qui cum libellum dato pretio acciperet et in apostolica basilica angulo quodam secreto solus legeret, super gremium suum nummos tot quot scriptori dederat repperit, quos a nullo mortalium sed ab apostolo divinitus im- 35 positos credidit. Quapropter beatus apostolus largissimus remunerator esse creditur donis caelestibus, qui tam cito servum suum terrenis remuneravit muneribus.

CCLI. Codex signatus num. 5273.

Olim Comitum Bethuniorum Theol. 73, deinde Regius C. 3858.

Foliorum 67, med. (0^m,345×0,243), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Passio sanctorum apostolorum Petri et Pauli, quae est tertio kal. julii (fol. 1^v-8^r).

Auctore Pseudo-Marcello, ed. ap. Fabricium, *Cod. Apocr. N. T.*, tom. II, p. 632-53.

2° Martyrium beati Petri apostoli, a Lino papa graece conscriptum et orientalibus ecclesiis traditum (fol. 8^r-13^v).

Ed. in *Maxima Bibliotheca Patrum* (Lugduni, 1677), tom. II, p. 67-70.

3° Item sermo de passione beati Petri apostoli (fol. 13^v-15^r).

Apostolicae Historiae, auctore Pseudo-Abdia, lib. I, cap. 13 init. (*Tempore igitur Neronis...*) -20 (ap. Fabric., *Cod. Apocr. N. T.*, tom. I, p. 430-41). Om. colloquium Simonis cum Nerone et contentio Petri et Simonis coram eodem, scilicet num. 17 in. (post *Torquebatur interea magus*) usque ad num. 18 init. (... *Quare indignatus magus*).

4° Martyrium sancti Pauli apostoli (fol. 16^r-21^v).

Ed. tom. cit. supra (2°), p. 70-73.

5° Passio sancti Andreae apostoli (fol. 21^v-15^r).

Epistola presbyterorum Achaiae, ed. ap. Surium, ad d. 28 Nov.

6° Passio sancti Jacobi apostoli, fratris sancti Johannis evangelistae (fol. 25^r-28^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II.

7° Passio sancti Bartholomaei apostoli, quae est nono kal. septembris (fol. 28^v-33^r).

Apost. Hist., lib. VIII, ed. ap. Fabric., tom. I, p. 669-87 et *Act. SS.*, ad d. 25 Aug., tom. V, p. 34-38.

8° Sermo [sancti] Theodori [Studitae de translatione S. Bartholomaei in Liparim insulam] (fol. 33^r-36^{bis v}).

Ed. cum praefatione Anastasii Bibliothecarii, quae et hic praemissa est, P. L. tom. CXXIX, p. 729 sqq. Folio 36^{bis} fere toto avulso desinit sermo mutilus in his verbis... *et multimodis adorabilis gloriatio, gaudeas qui* (tom. cit., p. 733, lin. 6 a fin.).

9° Item receptio corporis ejusdem [S. Bartholomaei]
in Benevento civitate (1) (fol. 36^{bisv}-38^v).

Ut supra, cod. 3809 A, 8° (p. 333).

cod. sic.

10° Item ejusdem translationis historia ad * praefata
tam urbem Beneventum, a viris fidelibus digesta
simul cum miraculis apostoli (fol. 38^r-40^r).

Ut ibid., 9°.

11° Passio sancti Matthaei apostoli et evangelistae
(fol. 40^r-45^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II. Fere eadem praeter prologum et epilogum,
Act. SS., ad d. 21 Sept., tom. VI, p. 221 (num. 3)-225.

12° Passio sanctorum apostolorum Simonis et Judae,
quae est quinto kal. novembris (fol. 45^v-52^r).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II.

13° Passio sancti Thomae apostoli, quae est XII kal.
januarii (fol. 52^r-61^r).

Ed. ibid.

14° Assumptio corporis sancti Johannis apostoli et
evangelistae (fol. 61^r-67^r).

Pseudo-Melitonis liber de actibus S. Joannis, ed. P. G., tom. V, p. 1250-50.

15° Depositio sancti Philippi apostoli, quae est kal.
maii (fol. 67^r-67^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II.

CCLII. Codex signatus num. 5274.

Olim Tutelensis (?) (2), deinde Colbertinus 2332, postea Regius C. 3850. 5.

Foliorum 192, med. (0^m,33×0,235), columnis binis, exaratus diversis manibus
in. saec. XII.

1° [De sanctis apostolis Petro et Paulo] (fol. 2^r-7^v).

Pseudo-Lini epistolae lib. II, ed. *Max. Bibl. Patrum* Lugdun., tom. II,
p. 70-75.

(1) Hunc titulum praebet index contentorum in codice, qui inscriptus est fol. 1^r:
nam folio 36^{bis}, ut jam monuimus, fere toto avulso, paucae illius tituli litterae
remanserunt. — (2) L. Delisle, *Cab. des mss.*, tom. I, p. 480, not. 8.

2° Passio beati Petri apostoli (fol. 7^v-15^r).

Epistola Marcelli, ed. ap. Fabricium, tom. II, p. 632-33.

3° Passio sancti Andreae apostoli (fol. 15^r-18^v).

Epistola ecclesiae Achaiae, ed. ap. Surium, ad d. 30 Nov.

4° Passio sancti Jacobi apostoli (fol. 18^v-19^r).Ed. ex cod. Carnotensi 144, *Anal. Boll.*, tom. VIII, p. 136-37.**5° Assumptio sancti Philippi (fol. 19^r-20^r).**Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Maii, tom. I, p. 11-12. Om. num. 1.**6° Assumptio sancti Johannis apostoli (fol. 20^r-26^r).**

Pseudo-Melitonis epistola, ed. P. G., tom. V, p. 1239-50.

7° Passio sancti Jacobi apostoli (fol. 26^v-29^r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II.

8° Passio sancti Thomae apostoli (fol. 29^r-33^v).Ed. *ibid.*, tom. II. In fine mutila foliis avulsis, desinit in verbis *Non enim poterunt filii hominum mortalium immorta....***9° [Passio sancti Matthaei] (fol. 34^r-38^r).**Ed. *ibid.* Initio mutila inc. *Nos duodecim discipuli....***10° Passio sanctorum apostolorum Simonis et Judae (fol. 38^r-43^v).**Ed. *ibid.***11° Vita sancti Silvestri papae (fol. 44^r-63^r).**Ed. *ibid.***12° Passio sancti Felicis episcopi [Tubracensis] (fol. 63^r-64^v).**Ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Oct., tom. X, p. 623-28. (secundum edit. Baluzii).**13° Passio sancti Sebastiani martyris (fol. 64^v-83^r).**Ed. *ibid.*, ad d. 20 Jan., tom. II, p. 263-78.**14° Passio sanctae Agnetis virginis et martyris (fol. 83^r-87^r).**Ed. *ibid.*, ad d. 21 Jan., tom. II, p. 331-34.**15° Passio sancti Vincentii martyris (fol. 87^r-91^v).****Propius accedit ad Passionem** ed. *Anal. Boll.*, tom. I, p. 263-70; aliqua **tamen** desumpta sunt ex *Passione* ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jan., tom. II, p. 394-97.**16° Passio sanctae Agathae virginis et martyris (fol. 91^v-95^r).**Ed. *Act. SS.*, ad d. 5 Feb., tom. I, p. 613-18.

17° Inventio sanctae crucis, quae est v nonas maii
(fol. 95^r-100^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 4 Maii, tom. I, p. 445-48, praeter initium, quod idem est cum ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 282-83.

18° Passio sanctorum martyrum Alexandri, Eventii
et Theoduli (fol. 101^r-104^v).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 218-23.

19° Passio sancti Nazarii martyris (fol. 104^v-108^r).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 302-7.

20° Inventio sanctorum martyrum Gervasii et Pro-
tasii (fol. 108^r-110^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Jun., tom. III, p. 821-22, num. 17-23, nisi quod omissis prioribus lineis inc. *David propheta in quodam psalmo dicit: Dixi, non celavi...*

21° Passio sancti Pantaleonis martyris (fol. 110^r-115^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II.

22° Passio sanctorum Abdon et Sennes (fol. 115^v).

Brevissima martyrii horum sanctorum annuntiatio.

23° Inventio corporis sancti Stephani (fol. 115^v-118^r).

Epistola Luciani, ed. P. L., tom. XLI, p. 807-15.

24° Passio sanctorum Johannis et Pauli (fol. 118^r-
119^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 26 Jun., tom. V, p. 150-60. Omm. ea quae in ed. uncinis inclusa sunt.

25° Passio sanctorum Cyriaci sociorumque ejus (fol.
119^v-124^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p. 5-9.

26° Passio sancti Privati martyris (fol. 124^r-125^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 21 Aug., tom. IV, p. 430-40.

27° [Passio] sancti Symphoriani martyris (fol. 125^v-
127^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 22 Aug., p. 406-97.

28° Passio sanctorum Timothei et Apollinaris (fol.
127^v-129^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 23 Aug., p. 578-79, sed lectionibus variantibus ut in cod. *Brux.* 98-100 (cfr. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 40, 84°).

29° Passio sancti Genesisii martyris (fol. 129^r-130^v).

Ed. ap. Mombricitum, tom. I.

30° Passio sancti Juliani martyris (fol. 130^v-131^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Aug., tom. VI, p. 173.

31° Passio sancti Adriani martyris (fol. 131^v-138^v).

Ed. apud Mombricitum, tom. I.

32° Passio sanctorum Processi et Martiniani (fol. 138^v-140^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Jul., tom. I, p. 303-4.

33° Passio sanctae Felicitatis (fol. 140^r-141^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 10 Jul., tom. III, p. 12-13.

34° Passio sancti Apollinaris episcopi et martyris (fol. 141^r-146^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 23 Jul., tom. V, p. 344-50.

35° Passio sanctorum Simplicii, Faustini et Beatrix (fol. 146^r-146^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 29 Jul., tom. VII, p. 36.

36° Passio sancti Agapiti martyris (fol. 146^v-149^r).

Ed. ap. Mombricitum, tom. I.

37° Passio sanctorum Seraphiae et Sabinae (fol. 149^r-151^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Aug., tom. VI, p. 300-4.

38° Passio sancti Cornelii martyris (fol. 151^v-154^v).

Ut in cod. Brux. 7483-86 (*Cat. Brux.*, tom. II, p. 65-67).

39° Passio sancti Cypriani martyris (fol. 154^v-156^r).

Ed. apud Pamelium in sua operum sancti doctoris editione; *cf.* *Act. SS.*, tom. IV Sept., p. 193, num. 3.

40° Exaltatio sanctae crucis (fol. 156^r-157^v).

Ed. apud Mombricitum, tom. I.

41° Passio sanctae Luciae et Geminiani (fol. 157^v-163^r).

Ed. *ibid.*, tom. II.

42° Passio sanctae Euphemiae martyris (fol. 163^r-167^r).

Ed. *ibid.*, tom. I.

43° Passio sancti Calisti episcopi (fol. 167^r-169^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Oct., tom. VI, p. 439-41.

44° Passio sanctorum Chrysanti et Dariae (fol. 169^v-176^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 25 Oct., tom. XI, p. 469-84. Om. prol.

45° Passio sanctorum Claudii, Nicostrati, Symphroniani, Castoris et Simplicii (fol. 176^v-181^r).

Passio quattuor Coronatorum, ed. ap. Mombritium, tom. I.

46° Passio sancti Theodori martyris (fol. 181^r-184^r).

Ed. *ibid.*, tom. II.

47° Passio sancti Mennae martyris (fol. 184^r-187^r).

Ed. *ibid.*

48° Vita sancti Eusebii presbyteri (fol. 187^r-187^r).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 323-24, numm. 3, 4. Om. *Tunc etiam* (p. 324. lin. 18) usque... *diebus duobus* (lin. 24).

49° Vita sancti Simeonis eremitae (fol. 187^r-192^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 5 Jan., tom. I, p. 269-74.

CCLIII. Codex signatus num. 5275..

Olim Colbertinus 3291. deinde Regius C. 4174.3.3.

Compactus ex laciniis multorum codicum, quorum qui maximus est patet 0^m,305×0,203, qui vero minimus, 0^m,27×0,183, lineis plenis (praeter codicillum qui complectitur fol. 38-43), descriptis variis manibus saec. X, praeter paenultimum codicillum (fol. 44-51), descriptum saec. IX, et ultimum (fol. 52-63. quo terminatur totus codex), descriptum saec. XIII.

1° Passio sancti Marci evangelistae, vii kal. martii (fol. 1^r-2^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 April., tom. III, p. 347 F-49A.

2° Kal. augusti, passio sancti Nazarii martyris (fol. 2^r-4^v).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 50-54.

3° Tempore sancti Ambrosii inventio corporis beati Nazarii (fol. 4^v-5^r).

Sicut in cod. Brux. 98-100 (*ibid.*, p. 24, 6°).

4° iii kal. augusti, passio sanctae Beatricis (fol. 5^r-5^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Jul., tom. VII, p. 36.

5° x nono kal. februarii, sancti Felicis episcopi (fol. 5^r-6^r).

Passio Felicis illius qui Liberio ad tempus substitutus fertur, ed. ap. Mombrium, tom. I.

6° III kal. augusti, passio sanctae Seraphiae virginis (fol. 6^r-8^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Aug., tom. VI, p. 500-3; scilicet num. 1-11.

7° [Passio sanctarum Perpetuae et Felicitatis] (fol. 9^r-11^r).

Ed. *Cat. Bruw.*, tom. I, p. 158-61.

8° Vita vel conversatio sanctae Savinae virginis et confessae (fol. 11^r-14^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Jan., tom. II, p. 944-46. In fine addita est haec nota (naevis referta, quorum emendationem attemptare operae pretium visum non est) eadem manu saeculi X quae vitam descripsit: *Ego Firminus monachus indignus de super iptano monasterio vita sanctae ac beatissimae Savinae virginis ex commonitione sanctorum corde expraessi et a digitis adaptavi magisque fuerat opus scribendi si dominatio sensi fuisset qua non solum suum opere sed nobilitatem ejus non valui intimare.*

9° Vita sanctae Radegundis virginis (fol. 14^v-20^v).

Auctore Fortunato, ed. *ibid.*, ad d. 13 Aug., tom. III, p. 67-74.

10° [Vita altera sanctae Radegundis] (fol. 20^v-30^v).

Auctore Baudonivia, ed. *ibid.*, p. 74-83.

11° De beata Disciola. Item de alia puella (fol. 30^v-31^v).

Ex Gregorii Turon. *Hist. Franc.*, lib. VI, cap. 29.

12° Gregorii Turonici de miraculis sanctae gemmae, quae observatur XII kal. junii [fol. 31^v-32^r].

Ejusdem lib. *In gloria martyrum*, cap. 15.

13° Vita beati Salvii episcopi confessoris Christi, cujus transitus celebratur V kal. novembris (fol. 33^r-37^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Jan., tom. I, p. 704-6.

14° Actus vel vita sanctissimi viri Marcelli Parisiorum antistitis (fol. 39^r-42^v).

Ed. *ope hujus codicis ibid.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 263-66.

15° Vita beatae Aldegundae virginis, quae est III° kal.
februarias (fol. 44^r-51^r).

Diversa ab editis *Act. SS.*, ad d. 30 Jan., tom. II, pp. 1033 sqq., 1040 sqq., 1047 sqq. Mox edenda *Anal. Boll.*, tom. IX.

16° Adventus exceptioque corporis beatissimi Benedicti (fol. 51^v).

Initium historiae translationis SS. Benedicti et Scholasticae in Galliam, ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Mart., tom. III, p. 302 sqq. ; scilicet usque ad. med. num. 2.

17° Pontificis sancti venerandi vita Ronani (fol. 52^r-63^r).

Inedita, ut videtur. Vid. Append.

Appendix ad cod. 5275.

VITA S. RONANI (Cfr. supra, 17°).

Pontificis sancti venerandi vita Ronani.

1. Quoniam quidem secundum egregii psalmistae commonitionem, fratres dilectissimi, laudare Dominum in sanctis ejus debemus indefessi, non est nobis silendum in hac sacra sanctissimi Ronani sollemnitate ab Omnipotentis laude. qui illum cosmo mirificis olim innotuit signis, et nunc in perpetuum cum sanctis laetari facit in excelsis. Hic vero in Hibernensium regione oriundus et in pueritia litterarum studiis a parentibus deditus, caelestium fluentia doctrinarum sitibundo pectore admodum hausit puer inreprobis. Quod autem legit ac didicit, sapienter intellexit et menti memoriter mancipavit; utque curvum recto secernere quivit, ea quae Dei sunt totis nisibus indesinenter sequi studuit. Iste quidem non, ut assolet pluribus, adulescentiae suae cursum lubricis regendum supposuit discursibus, verum etiam in ipsa [puerili] aetate positus cor habens senile, maturis plenum sensibus, senum opera transcendebat spectabilia. Inerat ei cotidie summa vigilantia in mandatis Dei infatigabiliter semet exerceri. In quibus omnino meditando et inreprehensibiliter agendis cordis ipsius meditatio semper morabatur. juxta illud psalmographi dicentis: *Meditatio cordis mei in conspectu tuo, Domine, semper.* Deinde virtutum meritis sibi suffragantibus, ad usque solum pontificale Dei gratia sublevatus, boni operis notitiam in populo sibi commisso doctor sparsit egregius. Qui sacerdotii sui diebus placens Deo inventus est justus per gratiam sancti Spiritus illum custodientis in omnibus Dei justificationibus. Talenta siquidem sibi credita ut pius porrector indesinenter erogavit, et ea in

quantum valuit amplificando duplicavit; ac veluti lucerna candelabri summo posita cunctis domum ingredientibus lumen amministrat, ita vir Dei Ronanus virtutum fulgore coruscus, veri luminis viam ad se venientibus ostendebat; et quod verbis lingua loquebatur, hoc etiam vita ipsius sedula honorum operum
 5 exhibitione fatebatur.

Qualiter vir sanctus patria relicta mare transmeavit, Leonensi regioni applicuit ac inde Cornubiam venit.

2. Cum igitur sanctissimus Ronanus, ut in ante dictis strictim praelibatum est, ad Dei justificationes custodiendas vitae suae cursum dirigeret, et toto mentis
 10 molimine secum sagaciter volveret quonam modo ad Dominum familiariter pervenire posset, illud verissimi monitoris largissimique remuneratoris animo tandem sibi incidit, quo cupientium animos sequi se et audiendi aures habentium informabat, sic inquit in evangelio : *Qui vult venire post me, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me*; et : *Omnis qui reliquerit domum aut fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet et vitam aeternam possidebit*. His ergo sanctissimis atque aliis ammonitionibus sanctus sacrae
 5 legis cultor Ronanus mente sollicitatus, Christum sequi desiderabat attentius, patria reque paterna omissis et amicis omnibus. Qui tandem velle complens
 10 opere, secundum Abrahae ritum, cui a Domino dictum est : *Exi de terra tua et de cognatione tua*, sic et ille terram et cognationem suam relinquens, et a Domino sibi dimissa confidens, oceano transfretato in minorem delatus est Britanniam, et applicitus oris Leonensibus, navim dimittens in litore, aridam ingressus est, Dei omnipotentis fretus juvamine, qui inter perque tot naufragos fluctus
 15 prosperum navigium sibi concesserat et a mundi incentivis illecebris penitus sequestraverat, multis in lucem futurus et ad Deum plurimos in viam pacis sine offensa directurus. Moram autem faciente viro Dei in praedicto climate, miraculis crebris populo coepit innotescere, quae per eum Dominus operabatur assidue. Caecis enim orando visum restituebat, aegrotantibus sanitatem ab antiquo dierum
 20 impetrabat, daemones ex obsessis corporibus per crucis trophaeum in oratione et jejunio creber eiciebat. Unde hominum frequens multitudo cotidie veniebat ad eum, in angustiis deprecatura subsidium : qui salutis optatae adeptione potiti, in sua cum gaudio redibant. Sentiens autem verus deicola Ronanus [se] inibi secundum apostoli praeceptum orationi sine intermissione non posse operam dare
 25 propter hominum multitudinem ad se venientium, ratum mente duxit remotiora eremi loca penetrare, ut ibidem contemplativae vitae officia liberius posset indesinenter actitare. Tunc angelo Dei bono secum comitante atque ei ducatum praebente, venit in Cornubiam adusque magnam silvam vocabulo Nemeam. Quam juxta silvam erat quidam vir venerandus, fidei christianae cultor specialissimus
 30 prae omnibus inibi commanentibus. Ad cujus domum cum vir sanctus venisset

circa vesperum, dicto christicolarum more : *Pax huic domui*, a domino domus hospitium sibi petiit exhiberi. Domus autem dominus sancti viri personam intuens et in ipsa personae consideratione quiddam sanctum animadvertens, libenter ait hospitium sibi se praebiturum et quae essent necessaria voluntarie suppeditaturum. Haec audiens sanctus Ronanus, primum Deo gratias egit et postea petitionum largitori fideliter benedixit. Mansit autem ille deicola illo cum ruricola.

De mutua collocutione sancti et hospitis et de oratorio ab utroque constructo ac regis Gradloni ad ipsum adventu.

3. Cum vero per aliquot dies vir sanctus in praefati ruricolae domo mansisset et in Dei omnipotentis laude animo indeficienti perseveraret, rogatus est ab hospite ut unde veniret et quo tenderet manifeste sibi propalaret. Cui inquiring sanctus sic affatus est Ronanus : *Ego quidem genere Scotus, natione transmari- nus, egens omnium quae mei patris fuere sponte factus ob illius amorem qui pro nobis gratuita pietate factus est egenus, in hoc exilium veni ultroneus, majora dimissis in die retributionis ab ipso percipere certus, cum illo post hominem homo futurus et in perpetuum absque calcibus victurus. Ille enim suae resurrectionis exemplo ratam fidelibus requirendi fiduciam tribuit, et post carnis resurrectionem sempiternae gloriae nobis promittit beatitudinem, si nostros corrigentes excessus praeceptis eius oboedientes fuerimus. Per hoc quidem nos sibi fratres fieri manifestissimo praerogavit indicio, sicut ipse ait in evangelio. Ait enim : « Quicumque fecerit voluntatem patris mei qui in caelis est, ipse meus frater, soror et mater est. »* Haec et his similia sancto ratiocinante Ronano, praedictus ruricola corde condens ejus famina, oscitavit in haec verba : *Summe Dei serve, sacro plenus fame, lux lucens in caligine, nobiscum maneat, oro, aliquanto tempore. Per te enim Jesus benignus hanc terram incolentibus veritatis lucem dignabitur infundere, quatinus sancta tua facta videntes tuaque monita sanctissima audientes et ea opere adimplere studentes, patrem nostrum glorificent qui in caelis est.* Postquam hospes dicendi finem fecit, vir sanctus petitioni ejus annuit. Evolutis autem paucorum dierum curriculis, saepedictus vir sanctus quoddam coepit oratorium struere, in quo orationi vacaret assidue, suo sibi hospite suppeditas inferente. Aedificatum est hoc oratorium juxta silvam Nemeam, scilicet nemus olim nimis amplum ac beluarum ferax latibulum. Quo in loco vir sanctus Domini se mancipavit obsequio, creber persistens in oratione et jejunio. Temporis interea praetereunte spatiolo, sancti viri per praedictum elima felix fit cognitio, sanctae operationis ejus indicio. Quae ad usque summi principis notitiam pervenit : nam civitas supra montem posita diutius abscondi nequivit. Unde factum est ut Gradlonus, Britonum rex, qui tunc temporis illius gentis monarchiam tenebat, collocutionis ejus gratia usque ad ipsum volenti animo perveniret. Fuit quidem rex ille christicolarum sedulus affa-

tor, directae * veritatis perseverantissimus amator, pupillorum ac viduarum clementissimus auditor, oppressorum ab impiis certissimus liberator, indigentibus necessariorum benignissimus largitor, bonorum operum avidus et indeficiens operator, ecclesiarum columna, procul dubio sincerus christicola. Cumque a i sanctissimo Ronano unde et cur ad has partes venerat animadvertisset et ad diligendam justitiam ab ipso monitus fuisset, atque per ejus sancta monita quonam opere regni caelestis aulam ingredi posset accepisset, benedictione ab illo percepta, mente tenens ejus sancta famina, auditis melioratus repedavit ad propria. At vero praedictus Dei famulus caeli regem orabat attentius ut secundum sanctissimum suum promissum lapideum cor populo cui intererat auferret et pro illo cor carneum ipso * misericorditer insereret. Coepit interea plebium** multitudo sancti viri frequentare oratorium et desideranti animo mellifluum ejus appetere colloquium. Quorum desiderium vir Dei absque ulla dilatione sufficienter explebat et eorum mentes in viam salutis quantum valebat indeficienter dirigebat. Verum 5 prae omnibus ad eum venientibus et sermoni quem dicebat credentibus supra-dictus hospes suus ejus inhiabat sermonibus. Nam cum illo saepenumero per totum diem incubatus manebat atque noctem persequentem dietenus pernoctabat. Insidebant enim cordi ejus sapienda Christi confessoris eloquia supra mellis et favi edulia, ultra turis et balsami odorem suavem redolentia. Qua de re uxor 6 ejus male sollicita, lividis illum alloquiis irritare coepit, utilium vocans immemorem, ambagum quoque omnino sectatorem. Aliquando ad virum Dei iracunda percurrerat et apud illum super mariti sui erga se neglegentia querelam faciebat, seque jam non habere maritum, sed pro marito monachum; atque illi imputabat quod vir suus eam deserebat, et propter ejus jure colloquium illa fatebatur pati divortium. Quam sanctus, ut solebat, piis affatibus demulcebat. Aiebat vero non per illum aliquibus fore dijugium quis licitum inesset conjugium, et hominis non esse illos ab invicem separare quos Deus junxit in fidei unitate. His mulier alloquiis eblandita, domum ibat retrograda.

* sic.

* sic.
** cod.
plebeium.

**De ereptione pecorum lupis necatorum per sancti viri meritum
et diaboli invidia per Keban adversus illum exercita.**

4. Dum autem sanctissimus caelebs Ronanus in constructo sibi oratorio juxta praedictum nemus spectabilem in terris vitam morum probitate duceret et de die in diem salutare Dei populo affatim annuntiaret, a rapacibus beluis illo nemore latitantibus magnae strages pecorum in vicinis locis commanentium accidit ut fierent. Quae pecorum vastatio sancti viri meritorum fuit cognitio. Quadam die cum lupus ovem ore ferens ad silvam properaret et secus sancti cellam transitum faceret, accidit ut vir sanctus ante ostium cellae staret suae et oraret. Qui cernens raptorem miseram pecudem violenta fauce ferentem, superno fretus juvamine, imperavit illi invasam ovem dimittere. Et citius dictu lupus dimisit ovem continuo; et cui id * pecus esset sanctus statim inquiri jussit atque reddi commen-

* cod. ut.

davit. Nec solum hoc semel aut bis vel ter ab ipso factum est, verum etiam quo-
 tienscumque in tota illa vicinia rapacibus lupis invasum aliquod fieret, si ipse
 raptorem considerare posset, statim raptor urgente sancti viri imperio raptum
 quod invaserat amittebat. Ut autem factum hoc notificatum est per praedictum
 clima, coeperunt omnes regionis illius indigenae sanctum Ronanum veluti sui 5
 custodem assidue frequentare, venerari, laudare et magnificare. Quem tueri se
 malis rogant cum omnibus quae sua erant, et illi tota se devotione commendant;
 nec illis erat dubium quin illos ab invisibili lupo, videlicet spiritu maligno, sua
 interventione tueri posset, quem tam perspicue visibilem lupum verbo superare
 cernerent. Ille vero laudes eorum sibi impensas a se reiciebat, ac omnium 10
 largitori bonorum ut frequenter gratias agerent annuebat. Qui ejus monitis oboe-
 dientes, Deo gratias agebant non modicas, quoniam habitantibus in regione mor-
 tis lux orta est eis. Sancto itaque Ronano jam celebri facto coram Deo et homini-
 bus, omnium bonorum semper invidus coepit quaerere sollicitus quonam modo
 illum ibidem inquietaret, ejusque merita luce clariora per totum clima radiantia 15
 falsis objectionibus obfuseret, ac illo loco sibi grato quoquo modo prorsus
 eliminaret. Qui vetus instrumentum arripiens per quod primum Adam expugnavit
 paradisi colam, per tale modo nostrum voluit expugnare deicolam. Nam uxorem
 viri memorati, qui sancto ac venerabili viro de quo sermo est hospitium praebue-
 rat, adversum Dei servum infando commento armavit, ac postea ficta quadam 20
 irrita calumnia in ipsum incitavit. Vocabatur autem mulier illa nomine Keban.
 Quae tacta dolore corde intrinsecus, eo quod vir suus, ut suffatum est, cum Dei
 famulo saepissime manebat et institutionibus ab eo sibi injunctis simpliciter
 inhaerebat, per totam vulgavit provinciam virum sanctum per interlunia transfor-
 mari in lupum, et subinde non solum illum stragem dare pecorum verum etiam 25
 hominum, et rursus ad statum reverti pristinum. Vivum aiebat debere illum
 exuri, vel ab illo climate canibus importunis insequentibus prorsus eliminari.
 Quae vox dira idiotas in dubium sollicitavit et saevae mulieris ad credendum dic-
 tis paene persuasit. Alii vero, quorum mens sanior erat, mulieris insaniam com-
 pescebant et ipsius dicta unanimiter abdicabant. Nec illam quivis monitor veridi- 30
 cus ab intentione vesana revocare potuit, quam umbrabilis falsitatis amator fellea
 face succenderat et ad arbitrium suum nefanda loqui excitaverat. Et quoniam
 cunctis quae dixerat ab universis refragari videbat, quoddam nefandum et a sae-
 culo non auditum molita est profari: non enim poterat non oboedire suo principi.
 Eia, Christi fidelis inimica, saevi nequam daemonis officina, tuum eia commentum 35
 nunc exere furibunda, quandoque nimium inde dolitura. Quanto enim infamia
 tua adversus illum se erexerit, tanto a superno inspectore funditus adnullabitur;
 et quanto humilis ejus patientia adversa tua patietur, eo amplius ad liquidum
 omnibus nota claruerit. Scriptum est enim: *Qui se exaltat humiliabitur et
 qui se humiliaverit exaltabitur*. Tempus autem veniet quando facti tui pe- 40
 nitebit te, tristitia te non modica perurgente, nec inmerito; sed tristitia tua ver-
 tetur in gaudium, non ob tuum, verum ob declarandum beati viri meritum.

* sic.

De commento Keban inaudito, scilicet filia sua in arca posita et postea mortua, et conviciis ejus in sanctum Dei virum, et qualiter accusavit eum apud regem Gradlonum.

5. Factum est autem post haec, et ecce iniquitatem quam mente Keban conceperat, parere nequiter festinat. Conceperat autem mente male fecunda, unicam filiam, aetate quinquennem, ponere in arcam, et postea per totam vulgare provinciam a sancto viro fore comestam. Pro nefas! nec fit facti dilatio, quia non est eriminis promotio. Statuitur autem a matre scelestissima infans insipienter in arca; et ne ploret pro solitudine, datur ei panis cum lacte. Quibus ita positus, mater arcam claudens observavit, sed non diu mater mansit. Nam infans primo morsu quem ore momordit, gutture morsu haerente strangulata expiravit. Interea supradicta mulier malefica domum egressa, per totam coepit discurrere viciniam, quasi quaeritans filiam, simulans illam esse perditam, quam sciebat fore sibimet absconditam; et daemonico bajulata spiritu, ad usque sancti viri mansiunculam cursim proruit, et ante ipsius januam humeris sparsa capillis astitit. Quae complosis ad invicem manibus vociferans, ait: *Biforme portentum, corporum devorator humanorum, parumne tibi erat meum surripuisse maritum, nisi etiam insuper devorares et filiam? Non hic tibi diutius tua licebit exercere praestigia, cujus vita simplices hactenus latuit scelestissima. Ego enim, ego tuum cunctis flagitium pandam, quatinus te videntes velut larvam fugiant aut letum laeti festinanter inferant. Haecce nobis pro hospitio olim tibi benigne praebito reddis? Non equidem sine causa pulsus tua fuisti patria, quae felix tua feratur absentia.* Ad hanc vocem excitati convenere plurimi, et quaenam sit hujus perturbationis causa sciscitantur a femina. Illa autem impudentissime nefandum iterabat commentum, licens filiam suam a sancto devorata. Mirari qui aderant coepere et rem detestabilem verbis contradicere. Tunc sanctus Ronanus furibundae mulieris vultum intuens, et ejus dicta fore omnino falsa sentiens, manu silentium fieri annuit, et inquit ait: *O infelix, quae tanta rapuit tuum dementia sensum, ut ne christianae religionis confessorem filiae tuae diceres occisorem et humanae carnis cruentum devorantem? Non hoc a Domino et magistro vestro Jesu Christo mandatum accepimus, ut homicidium faceremus. Scriptum est enim: « Non occides: qui occiderit, reus erit iudicio. »* Haec et alia, quae longum est enarrare, sancto viro disserente, omnes [qui] aderant in maliloquam mulierem fremebant et dicebant: *Si huic viro justo impius molestiam feceris, a nobis procul dubio lapidaberis.* Illa vero in impudentia quam coeperat perseveranter insistebat, et apud regem se accusatam hoc quam celeriter posset aiebat. Nec mora, continuo misit se in pedes, et ad regis aulam festinanti cursu properat pedes. Quae velut amens coram rege assistens, sic ait inquit: *Rex, in aeternum vive. Cur te, domine mi rex, sanante incolumi, tam horribile portentum in tuo regimine pateris*

vitam ducere, hominem hominum membris et cruore solitum vivere? Illum quem aiunt Ronanum, a transmarinis partibus propter suorum enormitatem scelerum ad nos expulsum, in magna reverentia dudum apud nos habitum, noveris aliquando converti in lupum, et non solum caedem exercere pecorum verum etiam filiorum hominum. Nam filiam 5 meam cleptim mihi surripuit, insuper et devoravit. Nunc ergo, domine mi rex, multo vallatus milite, incunctanter gladio tuo super femur tuum accingere, neque talem in regno tuo pestiferum diutius patiari vivere, verum etiam omni conamine illum maleficum festina extingueri, quatinus memoria ejus sit ablata penitus a superficie terrae. His 10 et aliis nequioribus a frenetica muliere virulenter effusis, regi assistentes diversas protulere sententias super mulieris clamore exortas. Nam alii dicebant illam mentitam esse, alii vero aiebant vera locutam esse et injuriam sibi factam vindicandam esse quantocius censebant. Tunc rex manu silentium imperans, ait: Nos numquam talia de illo arbitrati sumus qualia a te hodie audivimus. 15 Ille quidem, quantum nobis datum est intellegere et ex factis ipsis potuimus agnoscere, hactenus apparuit benignus opere, pollens sanctitate, perseverans in Dei summi veneratione. Verumtamen quae dicta sunt a te non oportet indiscussa manere. Ille veniendus est in medium, quatinus eo ratione reddente fiat nobis agnitum quod adhuc latet ambiguum. 20 Tunc regis imperio ad sanctum Dei virum nuntius vadit continuo, qui regia sibi mandata deferat, scilicet ut ad regem quantocius veniat.

Qualiter vir sanctus commentum Keban divina revelatione agnovit, et de adventu ejus ad regem, et de canibus ferocibus in illum immissis, sed Dei potentia mansuefactis. 25

6. Dum haec ita geruntur, patefactum est sanctissimo Ronano sancti Spiritus indicio quod Keban filiam suam occuluerat, quatenus illa non apparente calumniam sancto posset inferre ex iniquissima sibi ficta objectionatione; nec hoc sanctum virum latuit, ubinam infans posita erat quidque ei acciderat. Interim missus a temporali rege nuntius ad aeterni regis famulum pervenit et illi regia mandata 30 edidit. Nec mora, sanctus Ronanus invocato summae Trinitatis auxilio sequae sanctae crucis stemate * munito, capto manu baculo, ad regem vadit cum nuntio. Ceterum illis ad aulam appropinquantibus, nuntius gressum ante tulit et virum sanctum in proximo adesse nuntiavit. Fit continuo exortus sermo inter aulicos. videlicet qua probatione indubitanter animadvertere possent utrum vera an 35 falsa essent quae a muliere dicta fuissent. Verum illis varia inter se proferentibus, rex ait universis silentibus: *Nostis mihi fore duos canes corpore valentissimos, cursu pedum velocissimos, morsu dentium rabidissimos et eorum ad quaecumque incitati fuerint invasores audacissimos. His in illum incitatis statim agnoscere poterimus unde modo dubitamus. Nisi enim 40*

* corr.
supra lin.
vel stimulate.

ejus vita sanctissima ipsum servaverit ab illorum insania, nullatenus opprobria declinare poterit praesentia. Ab universis est dictum : *Placet regis propositum.* Sanctus autem Ronanus admodum ex itinere fatigatus, erat enim prope jam senio confectus, super quendam lapidem ante regis atrium
 i residebat psalmidicus, oculos ad caelum saepius attollens, et in Domino Deo spem suam confidenter habens. Et inter agendum * copula detrahitur canibus, et a cunctis in sanctum virum incitantur protinus. Canes vero ocuis fulmine avolant, et ad discernenda justī viri membra crudeliter festinant. Sed Deus omnipotens, qui prope est omnibus invocantibus eum in veritate et deprecationem eorum
 b exaudit et illos a persequentibus salvos facit, confessorem suum mirabiliter salvificavit, insuper et mirificavit. Ut autem saepedictus famulus Dei fremebundos canes rictibus jam patulis horribiliter in se ruentes vidit, confestim elevata manu dextera salutare crucis signum illis opposuit et : *Imperet vobis Dominus* dixit. Et citius dicto viso imperiali signo ferocia rabiosorum canum corda mansuescunt,
 b et juxta sancti viri pedes, laus tibi Christe, submissi colla humillime procumbunt. Jesu benigne neene mirifice, quam magnifica sunt opera tua, Domine ! Quis hominum hoc vidit vel relatu audivit et in hujus facti ammiranda consideratione non obstupuit ? Virum aetate senem, viribus corporis imbecillum, verbo talibus posse resistere, quorum non solum incursum verum etiam intuitum ferocissimae
 b bestiae formidabant incurrere ? Tua sunt, tua haec mirifica, Domine, magnalia. Qui quondam justo desideriorum viro ad devorandum leonibus tradito illorum fremebundam mansuefecisti ferociam, ne sancti viri membra sacris sacris * parsimoniis defecata per suam laederent insaniam, qui Beel gentium deum destruxerat et draconem interfecerat ; nunc autem simili modo confessorem tuum sanctum
 b Ronanum patronum nostrum a crudeli rabie ferocissimorum canum fecisti tutum, qui in tribulatione sua te Deum protectorem in te sperantium invocavit et ab insurgentibus in se liberari meruit. Hic, Jesu bone, tuae protectionis et virtutis signo munitus, saeculi pompis abrenuntiatis tuus discipulus tollendo crucem suam te Dominum secutus, tui memor erat in omnibus dicentis .lxx^{ta}.iiobus.
 b a praedicatione remeantibus. Equidem dixisti : *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones et super omnem virtutem inimici, et nihil vobis nocebit.* Hac igitur verissima datione * tuaque certissima denuntiatione, quod alias promisisti, te tuis esse cum fidelibus usque ad consummationem saeculi, sanctus Ronanus constanter roboratus, ante regis aulam ipsius
 b verba absque timore audire paratus, erat enim in caritate, quae foras mittit timorem, perfectus, eblanditis canum minis Dei nutu intrepidus, velut olim Daniel inter leones manebat imperterritus. Recumbentibus autem humi canibus, ut suffatum est, juxta sancti viri pedes altrinsecus, ipse caeli regem orabat attentius, ut de manu canis unicam suam erueret, qui canum in se missorum ore
 b rabioso ne frustratim divaricaretur illum servavisset. Senserat vero verus Dei famulus eximius deicola Ronanus, cujus in praecordiis almus cluebat Spiritus, illam in illum immissionem canum horribilem hominum astu fore stabilitam,

* sic.

* sic.

* sic.

verum Dei omnipotentis imperio nutu suo cuncta disponentis mirabiliter exinanitam. Laus tibi, Christe, qui nullatenus deseris sperantes in te, sed semper in eis adimpleres misericordiam tuam, qua utuntur omnes diligentes te, hic et in perpetuum.

De regis et sancti obviatione et eorum mutua colloctione, et filia mortua inventa in arca, ut sanctus vir praedixerat.

7. Rex autem et universi assistentes sibi, cum horribilissimis canibus mansuetudinem inopinabilem fore illatam illotenus tempore illis nesciam cernerent, et sancto viro hymnum canenti velut sibi familiarissimo adulari vidissent, in stuporem prae nimia admiratione versi sunt. Illos enim senem jaculis inermem, sed tantummodo labia moventem et erectos ad caelum oculos habentem timere mirabantur quos saepe lupos et alias beluas ferociore mortificare viderant. Ceterum rex divinitus mentem confestim inspiratus, sentiens justo viro affuisse divinum, cui humanum aberat, auxilium, prodigium hoc fore divinum indubitanter intellexit, et sequentibus se suorum plurimis versus sanctum Dei famulum gressum dirigit. At vero saepe memoratus deicola ut versum se regem accedere vidit, surgens a lapide obvius illi procedit. Ut autem data est fandi copia, rex vocem solvit in haec verba : *Summe Dei serve, ne, quaeso, irascaris adversum nos in te insipienter commotos, quod de longinquo venire facientes tribulavimus et in te velut quoddam perversum nostros canes errore caecati citavimus. Est hic quaedam mulier maledica, tuam apud nos accusans innocentiam crimine pessimo : cujus orsa de te neminem decet credere, in quantum conicio. Nam si tua talis esset crudelitas ut illius furibunda nequiter fabulatur falsitas, nullatenus horum canum evasisses ferociam, quorum nullus nocens evasit insaniam. Verum quoniam nostrum irreverens commentum tua sanctitas redegit ad nihilum, apparet te summo regi dignum impendere famulatum, per cujus potens suffragium nostrum effugisti machinamentum. Cui sanctus e contra haec redditamina : Non est nostrum, rex Britonum inclite, iram in corde adversus aliquem servare, si stultorum volumus collegium evitare, in quorum sinu cubat ira saepe, attestante Idida praeclarorum saeculorum sapientissimo rege. « Ira enim, inquit, in sinu stulti requiescit. » Nec potestati vestrae a summo potenti vobis concessae rebelles possumus salta pietate existere, doctore nostro et gentium magistro sic dicente : « Omnis anima sublimioribus potestatibus sit subjecta. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. » Et ille caelorum claviger inter salutifera sui documentis. *praecepta ammonet nos esse subjectos omni humanae creaturae propter Deum, sive regi quasi praecellenti. Deus autem noster, qui est super omnia benedictus in saecula, natus ex virgine Maria, de quo per prophetam scriptum est : « Calamum quassatum non conteret et**

*lignum fumigans non exstinguet », non clamavit neque contendit falsis criminibus et opprobriis sibi illatis, humilitatis et patientiae magnum nobis praebens exemplum, totius sanctitatis forma, bonorum operum speculum, patri factus est oboediens usque ad mortem. Unde certi si ejus sequamur imitando vestigium, nostrae humilitati et oboedientiae indeficiens manere in caelestibus emolumentum, quae nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit. Nemo valet sufficere ad loquendum quanta cum caelicolis servantur nobis [si] exhibita fuerit oboedientia. De qua quidam laudans sic ait : « Melior est oboedientia quam victimae. Quasi peccatum ariolandi est repugnare et quasi scelus idolatriae nolle acquiescere. » His et aliis sanctissimo Ronano palam rege * suisque propalatis, tantam gratiam confessori suo * coram hominibus Virginis filius * attulit ut omnes eum uno ore laudarent et verum Dei famulum certissime dicerent. Verum his Keban mulier scelestissima non concedit, sed velut frenetica in medium venit, sanctumque virum conviciis lacessivit et filiae suae devorantem dicere non erubuit. Tunc sanctus Ronanus ab imo cordis altum trahens suspirium et imperans manu silentium, ait ad mulierem : Deo absconditorum cognitori et eorum quibus vult revelatori, qui per unicum filium suum abscondita sapientibus parvulis suis revelavit, quique nostrum patriarcham a fratribus venditum ab impudentis feminae objectu liberavit et futura sibi revelavit, ipsi gratias ago, qui mihi parvulo suo ea dignatus est revelare quae maligne composuisti adversum me. Tu mihi imponis filiam tuam devorare. Ego autem dico te illam in arca occuluisse ne ab hominibus videretur, ut mendacio tuo facilius crederetur. Nunc vero dominus noster rex jubeat ex his assistentibus quosdam sibi familiarissimos, in vera religione fidelissimos, in domum tuam ire, et invenient infantem in arca positam non vivam, sed tuae infelicitatis astu peremptam. Fit confestim plurimorum concursus ad mulieris domum : quorum continuo non dedignatus est rex sequi vestigium. Interim filia, immo cadaver, in arca reperitur, foras trahitur, et a cunctis qui aderant mortua conspicitur.*

* sic.

* se add.
cod.

Quomodo vir sanctus ne Keban lapidaretur prohibuit, et quomodo postea facti sui ipsam paenituit, et virum sanctum ut filiam suam vivificaret oravit, et sancto orante impetravit.

8. Exoritur statim murmur in populo mirificum ex admiratione plurium ad hoc spectaculum concurrentium. Fuere plurimi qui falsiloquam mulierem lapidare voluerunt, propter quod in sanctum Dei tam infandum flinxit opprobrium. Quorum manibus jam lapidiferis sanctus Dei famulus cautes excussit, non virium robore verum verborum allocutione, illorum iracundiam his verbis compescuit : *Nolite, fratres, nolite sanctam Dei legem profanare, qui per legis latorem prohibuit ne homicidium fieret. Dominus noster Jesus*

Christus, rex gloriae, non venit peccatores perdere nec vivos mortificare, sed quod perierat salvum facere et mortuos vivificare. Ipsa se satis peremit, quae filiae suae malesanae mentis astu necem paravit. Hostis equidem humani generis antiquus hac calliditate quempiam nocentem suadet quoddam offendiculum alicui parare, quatinus per idipsum possit illum confundere, per quod ipse nitebatur alium laedere. Haec sancto ratiocinante, Deus cor aliud immutavit mulieri praedictae, ut coram omnibus facti sui paenitens in medium veniret et in terram ante sancti pedes, illos amplectens, in faciem rueret. Quae largiter flens, clamavit dicens : O vere Dei omnipotentis serve, per ipsum cui famularis, peccatorum salvatorem, mortuorum vivificatorem, bonorum pro malis retributorem, misericordem omnium ad se clamantium in veritate exauditorem, te deprecor ut mei miserearis, et ea quae impie gessi obliviscaris. Verus sermo tuus, mea autem dicta fallacia vel mendacia et opera nefaria. Fac, oro, in me misericordiam, tuum Dominum exorans clementissimum quatinus per te meam filiam mihi reddat redivivam, quam innocenter mori contigit propter meum meritum. Ad hanc flebillem lacrimantis mulieris vocem emollitum est cor omnium ante male sibi volentium, et sanctum Dei coeperunt unanimiter rogare famulum ut illius dolentis misereretur, ab Omnipotente quaerendo sibi suffragium, quatinus ipse suam sibi reddat filiam in statum vitae pristinum. Quorum rogatibus sic sanctus inquit rogatus : Licet non ejus mererentur opera, memores tamen benignissimi Domini ad discipulos loquentis : « Orate pro persequentibus et calumniantibus vos, ut sitis filii patris vestri qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super justos et injustos », si in commune praesto estis ipsius misericordissimi regis clementiam deprecari ut per nostras petitiones hanc dolentem dignetur consolari, ecce ego vobiscum sum precaturus illum praesto, de cujus largissima pietate non despero. Ipse enim suis ait in evangelio : « Amen, amen, dico vobis : si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis ; » et alio in loco : « Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quodcumque petierint fiet ipsis a patre meo qui in caelis est ; ubi enim duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum. » Videndum est autem cuique Deum justa petenti ut fidem, de qua justus vivit, habeat, sine qua impossibile est Deo placere et quoruncumque petitiones permanent cassae. Quam si habuerimus, procul dubio impetrabimus quicquid a Domino juste postulaverimus. De cujus efficaci virtute Veritas ad discipulos loquens ait : « Amen dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis et dixeritis huic monti : transi hinc, et transiet, et nihil impossibile erit vobis. » Quocirca, fratres, clamemus ad Dominum cum fide, per quam sancti ricerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, quatinus per nostras petitiones hanc dolentem consolari dignetur, reddendo sibi filiam

*in statum vitae pristinum, qui solus mortificat et vivificat, deducit ad
 inferos et reducit.* Ut vero sanctus Dei famulus finem dicendi fecit, ad orato-
 rum suum plurimis hominum comitantibus gressum intendit. Inter quos Keban
 amebunda, faciem suffusa lacrimis ibat, et natam suam [sua] culpa exanimem
 in ulna ferebat, et ante sancti pedes filiae corpus in terram posuit, sicque voce
 lacrimabili inquit : *Hanc redde mihi vel redde sibi, miseratus utramque, vel
 te fac celeri lugentem morte perire.* Tunc sanctus Ronanus dolori ejus
 compatiens, universosque qui aderant hortatus est quatinus in commune preces
 ad Dominum tota mentis intentione pro mortuae resurrectione fundere, qui cor
 contritum et humiliatum non despicit et pauperum preces cum fide fusas non
 spernit ; et ipse ante omnes membra solo sternit : quod ab universis fieri non
 differitur. Oravit autem sic : *Clementissime omnium Deus exauditor, cujus
 visericordia plena est terra, qui que omnium misereris et eorum quae
 fecisti nihil odis, qui venire de caelis dignatus es in mundum, ut homo
 erditus maligni astu de paradiso exiliatus, per te illuc ad nihilata
 abuli fraude reverteretur iterum, qui archisynagogi filiam ad petiti-
 onem patris ad vitam revocasti, memor esto tui promissi, qui discipulis
 tuis dixisti : « Amen dico vobis, quodcumque petieritis Patrem in nomine
 meo, dabit vobis. » Exaudi nos in nomine tuo Patrem petentes, et in hoc
 infantile cadaver ejus animam infunde, quatinus universi sicut et nos
 agnovimus agnoscant quia tu solus occidis et vivere facis, percutis et
 vivas, et non est qui de manu tua possit eruere. Non nobis, Domine, non
 vobis, sed nomini tuo da gloriam. Fac ergo, Domine, signum in bonum,
 ut videant qui nos oderunt et confundantur, quoniam tu, Domine, ad-
 juvasti nos et consolatus es nos.* Cumque his ac talibus saepedictus Dei famu-
 lus Omnipotentis clementiam deprecatus fuisset attentius, apprehensa manu
 extera defunctae filiae, sic inquit humili voce : *Dominus noster Jesus Chri-
 stus, cunctipotentis Patris filius, in ruinam et in resurrectionem multo-
 rum positus, ipse tibi concedat ad laudem et gloriam nominis sui vivere,
 ut nos omnes in diem iudicii faciet resurgere, rationem pro factis red-
 dere.* Ut vir sanctus orandi finem fecit, mortuam vivere sensit. Tunc solo se
 rexit, et viventem filiam matri commendavit. Et universi qui aderant, videntes
 quae facta fuerant, Deum voce magna collaudabant et glorificabant, qui volunta-
 tem timentium se facit et deprecationes eorum exaudit. Qui sanctum Dei famu-
 lum venerantes veneratione condigna, cum gaudio remeare ad propria. Ille
 vero deicola inibi mansit, grata Deo exhibens servitia per orationes et jejunia. Ab
 illo autem die multi veniebant ad eum sedule, in angustiis petentes suffragium,
 nos dolor agebat inquirere remedium. Quorum petitiones vir Dei libenter acci-
 piebat et per Dei misericordiam in suis necessitatibus subveniebat. Tuum est,
 Domine, tuum quod operantur per te tui famuli, quibus gratiam, quam hic imper-
 ri incipis, in domo patris tui plenius efficias, ubi nullatenus aliquo afficientur
 incommodo quos in hujus vitae salo numquam a te vis nequam ullo valuit .cod. hac.

sequestrare divortio. Tibi ergo superexcellenti Deo gratiarum sit actio, laus et gloria per cuncta saeculorum saecula.

De iterata infestatione Keban in sanctum Dei, et quomodo Cornubiam deseruit ac Domnoniam petit, ibique obiit.

9. Cum autem sanctissimus Ronanus, ut in antedictis suffatum est, spectabilem vitam in terris duceret actusque plurimos Deo placitos actitaret, omnium invidus hostis bonorum zabulus, dolens sancti viri de virtute in virtutem exlibus*, denuo supradictae mulieris mentem ad ipsius incitavit inquietudinem. Et quoniam ipsius infame commentum fraudulentum factum fuerat frivolum, quoddam iterum illi suadet moliri machinamentum, unde vir Dei pelli possit in exterminium. Nec mora, Keban mulier irreverens, et vetus odium adhuc in corde retinens, superque sui mariti frequentia cum sancto viro dolens, moechiae nequam a se petitae pudico viro molitur irrogare, ut per hoc suus maritus spiritu zelotypiae exagitatus, venerabili viro ex amico fiat inimicissimus. Nec solum hoc mariti sui auribus virulentum eloquium specialiter infudit, verum etiam totam perambulans viciniam, celebre viri nomen turpi infamia conabatur turpiter infescare, vulgans ore venenoso virum sanctum castimonia insignem corporis sui specie captum et illum multotiens petisse impudenter ejus concubitum. Audientes autem haec omnes mirabantur et in illam irascebantur, conclamantes falsiloquam et versam esse in amentiam. Ut autem facinorosissimae mulieris praedictae commenta sancto viro innotuere, illud tandem animo suo incidit quod per Salomonem scriptum esse cognovit. Scriptum est enim : *Commorari draconi et leoni placebit quam habitare cum muliere nequam. Brevis enim omnis malitia super malitiam mulieris. A carnibus tuis abscede illam, ne semper abutatur te.* His demum et aliis sacri eloquii ammonitionibus vir Dei sentiens scelestissimae mulieris malivolentiam nullatenus illa vivente fore finiendam, mente ratum duxit totam regionem illam derelinquere et inde loca nimium remota quaerere, quae sceleratissimis quidem oblocutionibus malivolae mulieris munda possint existere. Quemadmodum enim Helias olim prophetarum eximius persecutionem passus est delitescendo crudelissimae Jezabel, sic et iste servorum Dei servus insecutionem passus est Keban truculentissimae mulieris. Paucorum postea curriculis dierum evolutis, saepedictus hoc opusculo theologus, valedicens notis in Dei dilectione et proximi manentibus, in Domnoniae partes auspice Christo iter suum direxit, increpans Keban digna praefactis et dictis suis fraudulentissima mente in illum excogitatis. Cui et ipsius progeniei illa sancti viri affuit imprecatio, quemadmodum Naaman Syri lepra Giezi adhaesit falsiloquo, indicente sibi non minimo prophetarum Heliseo. Dic, impie zabule, scelerum fons, rivus nequitiae, quid valet nunc tibi verum Dei famulum per tuum mancipium tantis tribulasse? Frustra niteris, livide, in expellendo de electo sibi loco resistantem tibi magnae virtutis agonistam per insuperabilem invincibilem regis valentiam.

Ibit equidem, bonorum cleptes invade, ibit Dei athleta ad aliam regionem, non ut
 tuam caenulentam adimpleat voluntatem, sed ut tua persecutio faciat illum cele-
 brem, quae nisa est hominibus facere despicabilem. Veniet profecto dies ille,
 truculente, in quo, moliminibus tuis adnihilatis, alio clarificatus climate Dei
 numine, hausto gustu vivificatrice * mortis, ad locum sibi divinitus electum mili-
 bus hominum vallatus redibit. His succinctim in te, bonorum invade, jaculatis,
 praesentis operis tenorem quantum poterimus explicemus. Beatissimus igitur
 Ronanus penetrans Domnoniae partibus, juxta Hilion ad pausandum sibi locum
 elegit amoenum, in quo adusque obitus sui diem dignum Deo famulatum exhibere
 studuit assiduam. Illa vero in regione quidam vir inerat catholicae religioni
 subditus, servorum Dei hospes praecipuus prae cunctis in eodem climate manen-
 tibus. Ad cujus contubernium cum vir sanctus unde sermo est hospitandi gratia,
 sancto Spiritu gressum ejus regente, pervenisset et hospitium sibi exhiberi petiis-
 set, continuo dominus domus illius quod petebat exhibuit et quae erant ei neces-
 saria sufficienter amministravit. Aliquamdiu vero morante Dei famulo cum hospite
 Dei velle sibi concesso, is enim ipsum rogaverat ut secum per aliquot dies maneret,
 ab ipso rogatus est obnixae, peregrinationis suae causam sibi illam ignorantem pan-
 dere. Cui vir sanctus cur et unde venerat veraciter patuit et quo tenderet fideliter
 innotuit. Tunc ille ruricola sanctissimi cruciferi sanctum asseclam attentius ex-
 rare coepit quatinus suo secum frui dignaretur contubernio vel alio ad votum
 sibi constructo loco commodissimo. Sanctus autem Ronanus rogantis vocem
 libenter accepit, seque ipsius votis sinceriter impertivit. Evolutis autem post haec
 paucorum dierum curriculis, hospitum pari voto constructum est separato orato-
 rium, in quo Spiritus sancti templum sanctaeque fragrantiae thimiamaterium
 omnium auctori perseveranter hymnicum reddere posset obsequium. In hoc
 igitur oratoriunculo seclusus ab hominum strepitu vaniloquo, corpus suum
 jejunii freno perdomuit, ac illud cata monitum obsecrantis apostoli se vivam ho-
 stiam superno inspectori holocaustomatorum gratulanter exhibuit. Et quem
 labentium nulla delectabant in infimis, flagrabat desiderio manentium in super-
 nis. Unde precibus assiduis de lacu miseriae et de luto faecis Dominum se de-
 precabatur erui, cupiens vinculis dissolvi corporeis, ut cum Christo viveret caeles-
 tibus in palatiis. Cujus petitionem luculentam supernae pietatis exorabilis ele-
 mentia dignanter accepit et pro ejus animae desiderio * a voluntate labiorum ejus
 non fraudavit illum. Qui innocens manibus et mundus corde, in monte Domini
 dignus fuit ascendere, ubi inter hymnicos supernorum civium cuneos non per
 speculum et in aenigmate, sed facie ad faciem Deum videt, benedicens illum
 omni tempore cujus laus perpes superum semper manet in ore. Haec, Domine,
 corde firmiter credentes et ore veraciter confitentes, illud psalmistae concinimus
 vera voce dicentes : *Beati qui habitant in domo tua, Domine, in saecula*
saeculorum laudabunt te.

* sic.

* cod.

desiderium.

Qualiter vir sanctus obiit, ac suus compater brachium sibi secuit, et de divina ultione in rusticum ac restitutione utriusque brachiorum.

10. Illud factum, fratres, aestimo revelatione dignum, quod omnipotens Deus statim post sancti Ronani obitum dignatus est operari ad clarificandum ejus meri- 3 tum, quatinus omnis audiens animadverteret quam sibi gratum famulamen exhibuit dum viveret, pro quo tunc temporis defuncto ipse inauditum Britigenis innotuit miraculum. Sanctus quidem Ronanus crucem suam tollendo Christum secutus, portans diu pondus diei et aestus, in minori Britannia loco suffato sine optato migravit ad Dominum. Cujus diem obitus nemo hominum agnovit praeter 10 quendam ipsius loci incolam, cujus filium ipse sacra baptismatis unda purgaverat. Ille ipse est cujus mentionem supra fecimus, quique saepenumero solitus erat ad virum Dei recurrere et ei quantum ad corpus affatim alimenta suppeditare. Qui cum quadam die ad oratorium sancti pervenisset, ipsum quasi orantis in modum invenit exanimem et, juxta Sapientis monitum, lacrimas produxit in mor- 15 tuum : dolebat enim se illius amisisse colloquium, per quem caelestis regni sperabat nancisci participium. Nec solum hoc flens et hejulans secum queritur, verum etiam, quod tunc suae potestatis erat, quia defuncti corpore privaretur. Sciebat enim, ut ejus obitus Britanniae optimatibus innotesceret, nonnullos praebitae gentis adesse magnatorum, qui pro sua parte quisque sancti corpus venerandum 20 asportatum iri satagerent celebri loco tumulandum, et tunc illi fieret abalienatio posterior priore deterior. Verum ne hoc ita eveniret, neve ille sancti sacris artibus omnino expers maneret, hoc sibi visum fuit optimum quod ei animus inuuit agendum, scilicet ut ex membris ejus ausu temerario, verumtamen religioso, aliquid amputaret et pro toto partem haberet, quia totum nullatenus retinere posset. 25 Certus ergo rei faciendae per multos cogitatus animo illapsae, manu haut trepida cultellum evaginavit et a sancti corpore dextrum brachium humerali junctura sejunxit. Quo facto domum velociter repedavit factumque nemini propalavit. Cumque pignus sibi obrizo carissimum optimo loco qui potuit reperiri ab illo collocasset, quodque sibi faciendum erat inpraesentiarum fecisset, noctis ingrue 30 conticinio membra lecto locat soporifero. Circa vero noctis ipsius gallicinium horror quidam exhorruit rusticum, ipsumque dormientem coegit fore pervigilem. Qui subito expergefactus, brachium sibi dextrum a suo corpore repperit divaricatum, et vocem emittens prae dolore lacrimabilem, a stratibus omnem suam excitavit familiolam. Accensoque luminari, circumstantes rogant undique qua de causa 35 tam maestificum paulo ante emisit gemitum. Tunc cordis ab imo gemitum elicicens terrificum edensque grave suspirium : *Videtis*, inquit, *misero mihi quid contigit*. Ostendebat autem illis brachium jam non suum : erat enim, ut suffatum est, a corpore suo sejunctum. Illi vero talia cernentes, repleti sunt stupore et extasi in eo quod acciderat illi. Cumque diu stupentes super his qui videbant 4 ammirati fuissent, coeperunt omnes qui ibidem erant flere, magna hejulantes

vociferatione. Quorum hejulatu tota vicinia experrecta, ad deflentem domum venire festinant. Quos inter vir quidam aetate senior, mente melior, affuit, et tam magni luctus quaenam causa sit diligenter inquirat. Qua cognita oculisque perspecta, vociferantium clamores coepit compescere, quatinus a rustico posset
5 accipere quomodo sibi tale potuisset contingere; et propius accedens rusticumque interrogans, ait: *Infelix, quis tibi tam diram crudeli vulnere plagam imposuit, membro qua sis mutilatus adempto?* Ille vero virtute qua potuit haec inquires ait: *Non est haec brachii mei separatio hominum inimica factio, verum ab omnipotenti Altissimo condigna facti retributio. Justum*
10 *quippe erat ut illo minoratus cernerer membro quo sanctum Dei famulum per memetipsum minoratum agnosco. Haec est superni dispensatoris talio aequissima, ab illo quondam Hebraeorum ductore monte fumanti dictata, juxta facti non reatus modum in memet directa.* Tunc praefatus senior rusticum compellens ait: *Quid huic simile cuiquam intulisti, ut*
15 *ob id exenterare talione simili?* — Cogor, inquit ille, *fateri quod velle fuit abscondi. Scriptum est enim: « Nihil opertum quod non revelabitur et occultum quod non sciatur. » Nosti deicolam illum nomine Ronanum, hic nobiscum irreprehensibiliter conversatum. Hic carnis vinculo absolutum caelo suum reddidit spiritum. Cumque hesternis die ad ejus venis-*
20 *sem oratorium, inveni illum defunctum. Et ne longius protraham, heu me miserum, brachium ejus dextrum ab humero sejunxi, domumque revertens meam mecum adduxi.* Cumque senior a rustico talia accepisset, his verbis illum allocutus est: *Heu miser, apparet procul dubio te insipienter egisse et idcirco absque ulla dilatione hanc vindictam in te accidisse.*
25 *Quocirca unum tibi restat effugium ne totus devenias in interitum, Cunctipotentis quantocius exorare misericordiam ut tui reatus ab illo consequi possis indulgentiam. Est enim ille misericors et propitius atque tuis propitiabitur iniquitatibus. Surge ergo et justi viri membrum ad locum unde detulisti absque ulla dilatione reporta. Tuum vero brachium stro-*
30 *phio annexum loco suo collocabimus. Et nos tecum ad usque sancti cellam Deum rogaturi ibimus, ut in te faciat misericordiam, nobisque donet peccatorum veniam.* Cumque supradictus rusticus ad cellam sancti plurimis comitantibus pervenisset, sanctissimi Ronani brachium ibi ponitur unde abscisum fuisse dinoscitur, et dicto citius unitum fit carni reliquae divinitus. Tunc cuncti
35 humotenus prostrati corpora, Omnipotentis exorant suffragia, ut qua scit famulis auxilietur ope. Interea dum orationis tenditur prolixitas, somnus rusticum opprimit et illum paululum dormire compulit. Tunc ipsius brachium loco suo ita fuit conjunctum ut nullo visui esset cognitum quo in loco fuisset antea disjunctum.
40 O mira Dei erga homines clementia. Qui terret parit, qui percutit ipse medetur. Surgentibus tandem cunctis ab oratione qui cum rustico ad oratorium sancti con-

* cod.
meum.

* sic.

Laudate Dominum, omnes qui adestis, cujus mirificum opus in me cernere potestis. Ecce meum pristinae sanitati redditum est brachium, quod vos omnes prospexistis paulo ante a me fuisse divulgum. Fit continuo praesentium accessio, scire cupientium procul dubio utrum re videbatur quod rusticus cunctis ammirantibus effabatur; et inventum est ita ut ipse dixerat agricola; nec erat alicui ex circumstantibus tam perspicacibus oculis intendere quo in lo[co] brachium esset corpori junctum quod ab ipso fuerat sejunctum. Tunc omnes qui aderant Omnipotentis unanimiter collaudavere magnalia, qui solus mira facere potens est in caelo et in terra.

De diversis consulum sententiis pro sancti corpore et super hoc facto senis interrogatione et ejus responsione, et duorum consulum frustrata inceptione et tertii cum miraculo patrae inceptione, et ammirabili ejus ad Cornubiam reversione.

11. Sancto autem Ronano ad regni caelestis aulam translato, ad locum in quo ipse obierat a diversis locis convenere plurimi, quos a suis fama praedicti excitaverat miraculi. Fit tunc temporis utriusque sexus hominum multitudo maxima, theologa categorizans symbola, per tripudiantium ora cum jubilo tonantia. Nec defuere huic multitudini Britannicae regionis principes, qui imperium tripartitam videbantur regere consules. Collectis autem inibi milibus hominum, haud multo post magnum exoriri coepit jurgium, utrum illic sacri artus forent tumulandi an alias fierent asportandi. Aiebat enim Cornubiensis consul illuc sacros sacri corporis artus debere revehi quo per eum et propter illum insignia Dominus dignatus est operari prodigia. Econtra ille Redonensis consul ibidem sacrum corpus tumulandum asserebat quo sancta anima ad caelum reditura corpus suum liquerat. Quibus tertius e diverso referebat illud merito in partes suas esse transferendum, ut exinde subsequenti tempore illius virtutibus decorarentur quibus hactenus immunes esse videbantur. His adinvicem haec ita dicentibus et paene per iram altercantibus, tandem statuunt, ne quid temere fieret, cujusdam regionis illius sapientissimi senis interrogare providentiam, ut per ipsum tantam possent comprimere discordiam. Scriptum quippe est: *Consilium semper a sapiente require.* Senex autem interrogantibus responsum dedit his affatibus: *Capite binos boves aetate triennes, adhuc indomitos nec jugo suppositos: quos jugo vinculatos novo curriculo necdum in humano usu habito supponetis, et curriculo sacrum sancti corpus imponetis. Postea procul ab [eo] in circuitu vos amovete et eventum rei a longe considerantes estote. Et si sanctae Dei providentiae magis placet illud sancti corpus quopiam quam hic tumulari, credo inde videbitis mirabilia Dei.* Prensis igitur bubus, ut senex jusserat, indomitis eorumque jugo haerenti curriculo connexis cervicibus, aliqui convenere, sacrum corpus a terra levare cupientes, curriculo imponere. Qui frustra laborabant et coeptum implere non poterant. Convocatis autem secum

* cod. ad
versis.

pluribus, nullis proficiebant conaminibus. Qua de re omnes nimia admiratione
 attoniti, iterum statuunt senis prudentiam consulere venerandi. Qui respondens
 ait : *Accedat unusquisque consulum et cum suis temptet sacrum corpus
 evare in curriculum ; et cui fuerit permissum illud a tellure sublevare,
 id ipsius regionem Dei nutu sciatis ipsum transferri.* Tunc secundum
 senis edictum consul Redonensis primus accessit, et cum suis sanctum corpus a
 tellure qua jacebat erigere temptavit. Verum hoc non potuit : vis enim divina illi
 abnuvit. Post hunc Venetensis consul eadem agere conatus, ipso conamine cessit
 frustratus. Consul vero Cornubiensis adhuc restabat, et priorum experimenta
 emptare dissimulabat : erat enim dextro mancus brachio, in praelio vulnere
 accepto. Qui tamen omnium jussu, immo precatu, accedens ad sacrum corpus,
 non solum illud a tellure facili conamine erigens curriculo imposuit, verum etiam
 sanitatem pristinam dudum aetate amissam recuperavit. Mirandis miranda succe-
 lunt. Boves enim, antea indomiti, ferre jugum insolentes, non ad dextram
 neque ad sinistram declinantes, nullo visibili regente incedebant concordi tra-
 nite absque ullo resistente rancore, ac si illo diatim assiduissent opere. Quemad-
 modum olim binae boves retro diebus actis ferre jugum inhabiles arcam Dei
 mandatorum legiferam in terra Juda ferebant, ut Regum primi libri sacra testatur
 historia, sic par boum, ut suffatum est, sacerrimos sanctissimi Ronani corporis
 artus vehebant ad occidentalem mundi plagam, id est usque Cornubiam. Tunc
 erat deicolarum cernere multitudinem sequentium, tinnula Christo juba concia-
 entium, sic sanctum mirificanti Ronanum, qui in sanctis suis semper est mira-
 bilis et eorum indeficienti praeconio in perpetuum collaudabilis. Dignum et ju-
 stum erat ut legiferae instar arcae sanctissimi Ronani corporis arcam indomitum
 animalium rationabile obsequium veheret, in cujus corde carneo, desideris
 incontentivis mundo, digitus Dei legis decalogum spiritualiter exaraverat. Nec mirare,
 quisquis es hujuscemodi mirabilis facti lector vel auditor, hanc nos assimilatio-
 nem huic opusculo inserere, ausi parva magnis componere. Haec sunt magna
 superni dispensatoris magnalia, in cujus dicatione cuncta sunt posita, juxta id quod
 ait psalmista : *Omnia quaecumque voluit Dominus fecit in caelo et in terra,
 in mari et in omnibus abyssis.* Cum igitur per satis proceram terrarum inter-
 pedinem sancti corporis glebam, currum angelico ducatu regente, mirabile
 boum famulamen veheret, concursus et occursus multorum factus est populorum
 ad exequias sancti catervatim convenientium, *Laus tibi, Christe, rex aeternae
 gloriae* unanimiter concinentium, necnon *Alleluia* cum magna devotione fre-
 quenter conclamantium. Emenso vero longo terrarum spatio, ventum est ad quan-
 dam vallem quae lingua vulgari Tnou Balau appellatur. Hic vero quoddam exeri-
 ur memorabile prodigium, Deo sanctum suum mirificante perpetratum. Boves
 nim oneri pio suppositi et ad usque vallem supradictam absque ulla prohibitione
 er progressi, nutu divino inedicibiliter correpti, illo in loco ita immobiles astitere
 t nullatenus pedem ulterius ferre valerent. Differt autem vallis illa miliario uno
 o oratorio quod ipse de quo agitur olim sibi juxta Nemeam construxerat, in quo

etiam Dei nutu, ut in antecedentibus dictum est, mortuum vivificaverat. Tunc Spiritus sancti gratia superno jubare cor illustratum consulis tetigit, et totam terram illam a praefata valle usque ad oratorium, et tantundem in circuitu ejus, sancto Ronano in perpetuum dedit. Hac ergo datione sic patrata, boves continuo, velut datum esset praemium sibi sentientes, caelesti imperio agente ad usque 5 oratorium absque mora procedunt atque ipsius ante januam peracto suo officio immobiles subsistunt. Tunc e plastro sanctum corpus piis fidelium manibus accipitur et in oratorium ab ipsis in voce exaltationis Deum benedicientibus *Laudes tibi Christe* infertur. Quo in loco fidelium devotione ingenti sepultus, meritis ejus exigentibus honorari meruit atque per multa annorum volumina inibi corporis et animae plura praestans beneficia petentibus in nomine Domini quievit. 10

De sancti Ronani et sanctorum reliquiarum a Cornubia egressione et eorum brevi laude, et solius sancti Ronani capitis reversione et virtutum ejus apud Confluentiam in loco quo nunc est insigni patratiōne. 15

12. Multorum autem postea labentibus annorum curriculis, cum internus arbitrer a piratis permetteret depopulari minoris Britanniae tellurem et a malitia inhabitantium in ea prorsus illam redigi in solitudinem, tunc illius gens accola a supervenientibus oppressa, relictis sedibus avitis per diversa orbis climata dispersa est. Exeuntes autem sacra sanctorum pignora mundo obrizo pretiosiora 20 secum asportaverunt. Heu tu, Cornugallia, infelix tunc nimium clima, immo infelicior tuus incola, qui suam propter nequitiam te perdidit bonis usualibus opulentam. Illo enim in tempore pretiosum Christi confessorem sanctissimum amisisti Guingualoem abbatem, qui plurimis ac magnis signis et virtutibus mundo enituit, cui viam linquens Moysaicam * pelagus retrocessit, uberem fontem 25 tellus aridissima fudit, qui verbo daemones fugavit, mortuos ad vitam suscitavit. Amiseras autem antea propter nequam parricidae tui consulis insaniam patrum tuum venerandum archimandritam confessorem Christi sacerrimum Courentinum * episcopum, virum dierum plenum et universa morum probitate praeclarum, qui ecclesiasticae religionis et monastici ordinis industria praepollens, inter 30 cetera celebrium miraculorum insignia uberrimum fontem, qui usque hodie fluit, ab imo telluris aquam dare negantis Dei nomine invocato produxit et reginam morsu canis cupito * paene strangulatam ab ipsa mortis fauce sua interventione liberavit. Longum est intimare, immo dolet narrare, quae et quot sanctorum cara supradicto tempore perdidisti pignora propter nefaria tuorum 35 incolarum flagitia, nullatenus, pro dolor, ad te reversa. Verumtamen non es omnium illorum patrociniō penitus destituta, cum sanctum caput Ronani per immensam Dei omnipotentis misericordiam retrogradum habere meruisti. Unde felix manes et jucunda atque per omnia manebis saecula, dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit. Laetare ergo, inquam, laetare, tantarum dives opum 40

* *cod.*
Mosayca.
Cfr. infra
Mt. S. Jacuti
Append. ad
cod. 5296
um. 11 mca.

* *sic.*

* *sic.*

Cornubia, personans in laude divina, reboando Christi magnalia te tuentis[a] zabuli nequitia per sanctissimi Ronani confessoris sui patrocina. His succinetim intersertis, coeptae cursum historiae, beati viri, de quo sermo est, suffragiis et intercessionibus juti, repetamus. Et factum est, postquam oratorium sancti Ronani
5 manibus constructum vergi coepit in senium, visum est populo illi convenienti oratorio quatinus spatium ipsius amplificarent, et in quantum possent restaurando decorarent. Die autem statuto plurimi convenere ad silvam ex conducto, propositum patraturi corde voluntario. Qui dum silvam peragrantes, faciendae rei materiam quaerentes, quandam mirae magnitudinis arborem inveniunt; quae
10 si caedi fundique posset, ad id quod quaerebant satis sufficeret. Verum in hoc magnam difficultatem cernentes, abiere, arborem intactam relinquentes, et sole in occasum ruente in sua rediere, alio fessi diurno opere. Postera die orto jam sole fabri lignarii ad silvam iterum convenere, quae ad opus sancti aedificii deerant perficere. Qui per nemus gradientes, ad praefatam arborem forte veniunt
15 et eam a stirpibus excisam et in varios usus materiae fissam inveniunt. Qua de re nimia ammiratione attoniti, mirabantur apud se et inter se qui potest positio haec ita fieri. His inter se haec mirantibus, tandem mentibus eorum caelestis incidit cognitio, scilicet hoc divino fore gestum opificio. Nam unus ex circumstantibus sic inquit secum assistentibus : *Non morentur manus nostrae ad*
20 *explendum summi opificis incepta. Qui incepit ut perficiamus, ammonet ut agamus, atque nobiscum operatur ut operemur. Videte non solum opus inceptum, verum etiam actum ad usque dimidium.* Audientes autem haec fortificabantur cordibus suis, et unanimiter insistentes operi, quaecumque sancto aedificio necessaria supererant, ex ipsa arbore peregerunt.

25 **13.** Nec illud silentio praetereundum quod oculis nostris divina operante clementia per sanctissimi Ronani intercessionem factum esse vidimus. Mutus quidam a nativitate venit olim Confluentiam, scilicet ad sancti Courentini pontificis egregii basilicam, ubi hujus sancti de quo nobis sermo est sancta membra honorifice servantur et ut dignum est reverenter honorificantur. Translatum enim
30 fuerat sacri viri corpus a praedicto oratorio ad suffatam basilicam propter ipsius majorem honorificentiam et populi necne cleri celebrem convenientiam. Cujus meritis locus iste plurimis virtutibus honoratur et supra quod fuit ipsarum frequenti exercitio apud proximos inaltatur. In hac itaque basilica supradictus mutus oris officium Deo sibi propitio meruit accipere efficacissima sancti Ronani inter
35 cessione. Cum igitur clerus et populus in ecclesia gratiarum actiones illo die sancto persolverent et sacrosanctum missae sacrificium celebrarent, contigit ut mutus antedictus ante dominicum altare sanctas reliquias sanctissimi Ronani habens ex animo oraret. Qui confestim divina vi perurgente sanguinem ex ore coepit proicere. Inter ipsos autem projecti sanguinis conatus solutum est vincu
40 lum linguae ejus et imprimis Ronanum ter libera voce clamavit. Nos autem qui aderamus et quae facta erant videbamus, omnipotenti Deo gloriam dedimus, qui in sancti Ronani cari sui praeconium oris diu clausi reseravit organum.

14. Alio quoque tempore quidam energuminus, nequissimo spiritu vehementer inuasus, ad hujus sancti misericordiam junctis post tergum manibus ab amicis adductus est. Qui cum coram altari venerando statutus esset et a praesentibus rogatus fuisset ut dominicae orationis verba diceret, confestim nugulas ineptas coepit proferre et in proximorum sibi faciem sputa proicere. In hac vero frenetica erronei animi obstinatione per totum diem mansit, vinctus pedes forti loro ad asinarium lapidem fortiter ligato. Nocte vero subsequenti suppositus est arcae sanctas sanctissimi Ronani reliquias intus habenti. In crastinum autem homo ille sanus est inventus ac si numquam fuisset furibundus. Nec solum is ibidem daemoniaca invasione liberari meruit, verum etiam plurimi diversis aegritudinibus molestati optatae salutis dono potiti, in sua quique cum gaudio rediere.

15. Est quoque his addendum aliud dignum relatione miraculum quod non est silentio praetereundum. Quodam denique tempore, conticinio noctis ente, quoddam aedificium per incuriae culpam in hac Confluentia igne succensum est; cumque ab eodem ad alterum et ab illo ad plures saeviens incendium pertransiret, concurrebant plurimi ut ignem exstinguerent. Verum illis aquam in ignem magno conatu jacentibus, ita e contrario flamma invalescebat ut totorum Confluentiae aedificiorum minari videretur incendium. Cumque jam humani auxilii facta desperatio inesset, solaque superni juvaminis indago superesset, sanctum sanctissimi Ronani corpus a clero illuc effertur quo vorax flamma multorum aedificiorum stragem fecerat popularique minabatur quod supererat. Actutum vox oritur omnium unanimiter conclamantium: *Sancte Ronane, fer opem famulis, nos ab his liberando incendiis.* Et dicto citius vim virtutis suae oblitus est ignis, cedens in semet sua reflexione, ut patenter omnibus daretur intellegi sancti Ronani intercessione semet ab incendio liberari. Sicque factum est ut flamma incendii illo termino refrenata in semetipsa refrigesceret et contingere ulterius quicquam aedificii non auderet, praestante Domino nostro Filio Dei unigenito, qui cum Patre aeterno et Spiritu coaeterno vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

CCLIV. Codex signatus num. 5276.

Olim Colbertinus 2825, deinde Regius C. 3863. 15.

Foliorum 157, med. (0^m,55×0.233). lineis plenis, exaratus saec. XIV.

1° Passio sancti Marci evangelistae (fol. 1^r-2^r).

Ed. Act. SS., ad d. 25 April., tom. III, p. 347-49. Om. num. 1 ac passim aliorum numerorum magna pars.

2° Passio sanctorum apostolorum Philippi et Jacobi (fol. 2^r-4^r).

Passio S. Philippi, ed. ibid., ad d. 1 Maii, tom. I, p. 11-12, et Passio sancti

Jacobi, ed. apud Mombrinium, tom. II, lectionibus variantibus ut in cod. Brux. 380-82 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 203, 4^o).

3^o Passio apostolorum Petri et Pauli (fol. 4^r-11^v).

Epistola Marcelli, ed. ap. Fabric., *Cod. apocr. N. T.*, tom. II, p. 633-33.

4^o Vita beatæ Mariæ Magdalenæ (fol. 11^v-21^r).

Sub hac rubrica descripta sunt : *a*) (fol. 11^v-16^r) Sermo Odonis ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jul., tom. V, p. 218-22 ; *b*) (fol. 16^v-17^r) Vita ed. apud Faillon, tom. II, p. 453-56 ; *c*) (fol. 17^r-19^v) Historia translationis ed. *ibid.*, p. 745-52, cum lect. variantibus notatis *Anal. Boll.*, tom. I, p. 316, 69^o ; *d*) (fol. 19^v-21^r) Miracula ed. apud Faillon, tom. II, p. 737-42, num. 4 sqq. Om. in cod. ultima paragraphus *Die tertia....*

5^o Passio sancti Jacobi apostoli fratris beati Johannis evangelistæ (fol. 21^r-24^r).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II.

6^o Passio sancti Apollinaris martyris (fol. 24^r-29^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Jul., tom. V, p. 344-50.

7^o Passio sancti Pantaleonis martyris (fol. 29^v-35^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II.

8^o Passio sancti Felicis episcopi et martyris (fol. 35^v-36^v).

Ed. *ibid.*, tom. I.

9^o Passio sanctorum martyrum Simplicii, Faustini et Beatricis (fol. 36^v-37^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Jul., tom. VII, p. 36.

10^o Passio sanctorum martyrum Abdon et Sennen (fol. 37^r-39^v).

Complectitur : *a*) (fol. 37^r-38^r) Passionem S. Polycronii, ed. ap. Mombrinium, tom. II ; *b*) (fol. 38^r-39^v) Passionem SS. Abdon et Sennen, ed. *Act. SS.*, ad d. 30 Jul., tom. VII, p. 137-38, cui inserta sunt *c*) Acta SS. Olympiadis et Maximi, sicut in apographo quo usus est Cuperus (cfr. tom. cit., p. 138, annot. *c*).

11^o Vita sancti Germani Autisiodorensis episcopi (fol. 39^v-57^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Jul., tom. VII, p. 201-20. Om. epitaphium in fine Vitæ.

12^o Passio sancti Eusebii episcopi et martyris (fol. 57^r-66^v).

Ed. ap. Ughelli, *Ital. Sacr.*, tom. IV, p. 749-61.

13° Passio sancti Stephani papae et martyris (fol. 66^v-71^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Aug., tom. I, p. 139-44.

14° Epistola beati Aviti presbyteri ad sanctum Walconium papa de inventione sancti Stephani martyris sociorumque ejus (fol. 71^v-72^r).

Ed. P. L., tom. XLI, p. 803-8.

15° De revelatione sancti Stephani, Nicodemi, Gamalielis et Abibon (fol. 72^r-75^r).

Ed. *ibid.*, p. 807-17. Praemissa sunt, loco et titulo Prologi, Gennadii libri *de Scriptoribus ecclesiasticis* capp. 46 et 47 (de Luciano et de Avito) et finis capitis 39 (de Orosio).

16° Passio beati Sixti episcopi et martyris (fol. 75^r-77^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Aug., tom. II, p. 140-41. Inc. *Tempore illo Decius caesar....*

17° Passio beati Donati episcopi et martyris (fol. 77^r-84^r).

Passio de qua *Act. SS.*, ad d. 7 Aug., tom. II, p. 189, num. 5, quamque vulgavit Petrus Buonamicus typis Florentinis an. 1607. Inc. *Beatissimorum Donati et Hilarini narraturus triumphos, o Theophile frater,....*

18° Passio sancti Cyriaci, Largi et Smaragdi (fol. 84^r-88^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p. 5-9.

19° Passio sancti Laurentii levitae et martyris (fol. 88^v-91^v).

Ed. apud Mombritium, tom. II. Inc. *Postquam peracta sunt omnia de sancto Sixto et de suis commilitonibus, illo tempore milites....*

20° Vita sancti Taurini episcopi (fol. 94^r-99^r).

Auctore Deodato, ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Aug., tom. II, p. 639-43.

21° Passio beati Hippolyti sociorumque ejus (fol. 99^r-101^r).

Ed. apud Mombritium, tom. II.

22° Passio sancti Mammetis martyris (fol. 101^r-104^v).

Ed. *ibid.* Om. in fine sententia *Christiani vero collegerunt...*

23° Passio sancti Agapiti martyris (fol. 104^v-106^v).

Ed. *ibid.*, tom. I.

24° Passio beatissimi Bartholomaei apostoli (fol. 106^v-110^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Aug., tom. V, p. 34-38.

25° Vita beati Audoeni archiepiscopi [Rotomagensis] (fol. 110^v-120^r).

Auctore, ut fertur, Fridegodo, ed. *ibid.*, ad d. 24 Aug., tom. IV, p. 810-19.

26° Vita sancti Augustini episcopi atque doctoris (fol. 120^r-136^v).

Auctore Possidio, ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Aug., tom. VI, p. 427-440. Vitae annexus est (fol. 136^v-137^v) indiculus ed. *ibid.*, p. 441 sqq.

CCLV. Codex signatus num. 5277.

Olim Comitum Bethuniorum Theol. 78, deinde Regius C. 4177.

Foliorum 217, med. (0^m,31×0,235), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Passio sancti Andreae apostoli (fol. 1^r-5^r).

Epistola ecclesiae Achaiae, ed. ap. Surium, ad d. 30 Nov.

2° Vita sancti Nicolai praesulis almi, quae celebratur viii idus decembris, duplex * (fol. 6^r-9^v et fol. 33^r-42^r).

* *prius*
semiduplex.

Ed. ap. Carminium, p. 112 sqq. Numm. 12 et 13 in cod. referuntur secundum lectionem Mombritianam et Vita abrumpitur post num. 13.

3° [De sancto Silvestro] (fol. 10^r-20^v).

Fragmentum libri secundi Actorum S. Silvestri, ed. ap. Mombritium, tom. II.

4° [De sancto Cyriaco] (fol. 21^r-21^v).

Fragmentum Passionis sancti Marcelli ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p. 5 sqq., scilicet a fine num. 10 ad med. num. 15.

5° [Vita sancti Thomae apostoli] (fol. 22^r-31^v).

Ed. ap. Mombritium, tom. II. Sed in cod. initio ac fine mutila est.

6° [De sancto Antonio] (fol. 32^r-32^v et fol. 45^r-54^v).

Fragmentum Vitae ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Jan., tom. II, p. 120 sqq.; scilicet num. 34-38 et a num. 84 ad finem.

7° Miracula sancti Nicolai (fol. 42^r-44^v).

Ed. ap. Carminium p. 122 sqq.; scilicet num. 14-20. Pro ultima phrasi hujus num. (*Unde summopere...*), legitur in cod. ista clausula: *O Christi mira*

pietas omni laude prosequenda, qui sui famuli Nicolai merita longe lateque mirabiliter declarat. O per omnia laudabilem virum, cujus meritis ab omni clade liberantur qui ex toto corde quaerunt illum. Unde summopere considerandum est, fratres carissimi, quanti meriti iste vir fuerit, cui omnipotens Deus tot et tanta beneficia contulit, ut illius laudabile nomen per omnes nationes orbis terrarum quamdiu orbita mundi istius volvitur, semper accipit incrementum. Subnixis ergo precibus eum suppliciter exoremus, ut apud Christum ejus patrocinii adjuvemur, qui regnat cum Patre et Spiritu sancto unus Deus aequali potestate et majestate per omnia saecula saeculorum. Amen.

8° Passio sancti Sebastiani martyris et Fabiani, de quibus novem lectiones (fol. 54^v-76^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Jan., tom. II, p. 263-78.

9° Passio sanctae Agnetis virginis, XII° kl. februarii, IX lect. (fol. 76^v-81^r).

Auctore S. Ambrosio, ed. *ibid.*, ad d. 21 Jan., p. 331-34.

10° Passio beati Vincentii levitae et martyris, XI kl. februarii, IX lect. (fol. 81^r-86^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 22 Jan., p. 394-97.

11° Passio sancti Blasii episcopi et martyris, III° nonas februarii, III lect. (fol. 86^v-93^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 3 Febr., tom. I, p. 349-53. Sed in cod. ut plurimum versus, quibus singuli numeri concluduntur, omissi sunt.

12° Passio sanctae Agathae virginis, IX lect. (fol. 93^v-97^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 5 Febr., p. 615-20.

13° Passio sancti Valentini presbyteri et martyris, III lect. (fol. 97^r-99^r).

Desumpta ex Passione SS. Marii et sociorum, ed. *ibid.*, ad d. 19 Jan., tom. II, p. 216 sqq.; scilicet num. 6-11.

14° Vita sancti Gregorii papae, quae est III° idus martii, IX lect. (fol. 100^v-110^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 12 Mart., tom. II, p. 130-37.

15° Vita sancti Benedicti abbatis, IX lect. (fol. 110^v-112^v).

Compendium Vitae proxime accedens ad eam quae edita est in *Legenda Aurea*.

16° Vita sancti Ambrosii episcopi et confessoris Me-

diolanensis ecclesiae, scripta a sancto Paulino episcopo Nolano, quae celebratur pridie nonas aprilis, ix lect. (fol. 113^v-126^v).

Ed. P. L., tom. XIV, p. 27-46.

17° Passio sancti Georgii martyris, ix lect. (fol. 126^v-128^r).

Ed. in *Legenda Aurea*, p. 250 sqq. Omm. certamen sancti Georgii cum dracone et verba ex S. Ambrosio desumpta.

18° Passio sancti Marci evangelistae, semiduplex (fol. 128^r-131^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 April., tom. III, p. 347-49.

19° Passio sancti Vitalis martyris, iii lect. (fol. 131^r-131^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 19 Jun., tom. III, p. 821-22, num. 19-21. Phrases nonnullae praetermissae sunt.

20° Littera beati Petri martyris (fol. 132^r-133^v).

Bulla Canonizationis data ab Innocentio IV anno Domini 1252 ed. ap. Fontaninum, *Codex Constitutionum*, p. 82. Annexa est declaratio Reginaldi Parisiensis episcopi de authentia istarum litterarum, facta eodem anno mense julio.

21° Passio incliti Luciani martyris Christi sociorum-que ejus, Maxi[m]iani scilicet [at]que Juliani (fol. 134^r-146^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Jan., tom. I, p. 461-66. In cod. eadem reperuntur additiones quae in codice S. Maximini Trevirensis notatae sunt *ibid.*, p. 462, annot. b et sqq.

22° Sermo de sancto Luciano (fol. 146^v-154^v).

Inc. *Solemnitas beatissimorum martyrum hodierna, fratres carissimi, quam recolimus cum omni debitae venerationis obsequio, nobis quidem, ut videtur, est hodierna et annua, sed sanctis martyribus est jam ipsa eademque in caelestibus continua et perpetua...*

Iste sermo Bellovacii habitus in basilica ubi honorabantur ossa S. Luciani totus innititur fabulosa Passione ejusdem martyris.

CCLVI. Codex signatus num. 5278.

Olim Colbertinus 11, deinde Regius C. 3594. 7.

Foliorum 469 (secundum antiquam notationem; sed ex iis deest fol. 1 et in serie foliorum indicanda praetermissus est numerus 363; sed contra bina folia

notata sunt numeris 173, 270 et 340), maj. (0^m,46×0,34) columnis binis, exaratas saec. XIII.

1° Passio sancti Andreae (fol. 2^r-3^r).

Epistola ecclesiae Achaiae, ed. ap. Surium, ad d. 30 Nov. Deficiente fol. 1, inc. a verbis : *attinges. Tunc Egeas iratus jussit eum in carcerem trudi.*; in fine nonnulla desunt.

2° Vita sancti Agerici episcopi [Virodunensis] et confessoris (fol. 3^r-4^v).

Inedita, ut videtur. Vid. Append.

3° Vita sanctae Barbarae virginis (fol. 4^v-6^r).

Ed. ap. Zaccaria, *Dissertationes latinae*, tom. I, p. 137-43, multis lectionibus variantibus.

4° Vita sancti Nicolai episcopi (fol. 6^r-7^v).

Fragmentum Vitae editae apud Carminium p. 113 sqq.; scilicet numm. 2-9, omissis tamen passim sententiis non paucis.

5° Vita sancti Eucharrii (fol. 7^v-10^r).

Pars Vitae conscriptae a Goldchero monacho Trevirensi, ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Jan., tom. II, p. 918 sqq.; scilicet num. 1-17, omissis insuper numm. 12 et 13 et subinde nonnullis sententiis.

6° Vita sancti Clodulfi episcopi et confessoris (fol. 10^r-14^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 8 Jun., tom II, p. 127-32.

7° Passio sanctae Luciae virginis et martyris (fol. 14^v-16^r).

Ed. ap. Surium, ad d. 13 Dec.

8° Passio sancti Thomae apostoli (fol. 16^r-21^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II, non paucis variantibus lectionibus.

9° Passio sancti Thomae Cantuariensis episcopi et martyris (fol. 21^v-23^v).

Edita a J. Craigie Robertson, *Materials for the history of Thomas Becket*, tom. IV, p. 186-93.

10° Vita sancti Silvestri episcopi et confessoris (fol. 23^v-37^r).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II. Sed in libro primo, praeter multas variantes lectiones, eadem fere adduntur in hoc cod. quae in Brux. 64 (cfr. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 3). In secundo autem libro, praesertim in disceptatione sancti Silvestri cum Judaeo, sat multa ommissa sunt. Denique pro his quae occurrunt apud Mombrinium

post promulgationem legis Constantini, ea leguntur quae descripsimus ex cod. Brux. 581 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 253-54).

11° Passio sancti Polyeucti martyris (fol. 37^r-40^r).

Ed. ap. Benj. Aubé, *Polyeucte dans l'histoire ; étude sur le martyre de Polyeucte, d'après les documents inédits*.

12° Vita sancti Felicis in Pincis (fol. 40^r-41^r).

Cap. I (num. 2-10) Vitae auct. Beda, ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Jan., t. I, p. 943.

13° Vita sancti Mauri abbatis (fol. 41^r-42^r).

Fragmenta desumpta ex Vita ed. *ibid.*, ad d. 15 Jan., p. 1039 sqq.

14° Passio sancti Marcelli papae et martyris (fol. 42^r-43^r).

Fragmenta Passionis editae *ibid.*, ad d. 16 Jan., tom. II, pag. 3 sqq.

15° Vita sancti Sulpicii [Pii] episcopi et confessoris (fol. 43^r-43^v).

Initium Vitae ed. *ibid.*, ad d. 17 Jan., pag. 167-74 ; scilicet num. 2-10.

16° Passio sanctorum martyrum Marii, Marthae, Audifax et Ab[acuc] (fol. 43^v-44^v).

Continet finem Passionis ed. *ibid.*, ad d. 19 Jan., p. 216 ; scilicet a num. 4, paucis praemissis.

17° Passio sancti Sebastiani martyris (fol. 44^v-46^r).

Compendium Passionis ed. *ibid.*, ad d. 20 Jan., p. 265.

18° Passio sanctae Agnetis virginis et martyris (fol. 46^r-48^v).

Auctore S. Ambrosio, ed. *ibid.*, ad d. 21 Jan., p. 331-34.

19° Passio sancti Vincentii levitae et martyris (fol. 48^v-51^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 22 Jan., p. 394. Prologus incipit : *Sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus* (cfr. annot. a ad cap. 1).

20° Vita sanctae Serenae virginis (fol. 53^r-54^r).

Continet excerpta ex Passione sancti Savini episcopi, ed. ap. Baluzium, *Miscellanea*, tom. I, p. 12 sqq. ; scilicet numm. 3, 8, 9, 14, ceteris in compendium redactis et quibusdam additis in fine (post verba *sub die septimo idus decembris*) quae descripta reperies infra in Append.

21° Vita sanctae Brigidae virginis (fol. 54^r).

Fragmentum Vitae conscriptae, ut creditur, a Cogitoso, ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Febr., tom. I, p. 129 sqq. ; scilicet num. 3-6.

22° Vita beati Blasii martyris (fol. 54^v-56^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 3 Febr., p. 336.

23° Passio sanctae Agathae virginis et martyris (fol. 56^r-58^r).

Pars Passionis ed. *ibid.*, ad d. 5 Febr., p. 615 sqq.; scilicet num. 1-12 cum prima phrasi num. 13.

24° Vita sanctae Scholasticae virginis (fol. 58^r-58^v).

Auctore S. Gregorio M., ed. *ibid.*, ad d. 10 Febr., tom. II, p. 401-2.

25° Passio sancti Valentini episcopi et martyris (fol. 58^v-59^r).

Fragmentum Passionis ed. *ibid.*, ad d. 14 Febr., p. 756-57; scilicet num. 4-10.

26° Passio sanctae Julianae virginis et martyris (fol. 59^r-60^r).

Pauca excerpta ex Passione ed. *ibid.*, ad d. 16 Febr., p. 873 sqq.

27° Vita [sancti] Gregorii papae (fol. 61^r-62^r).

Fragmentum Vitae conscriptae a Joanne Diacono, ed. *ibid.*, ad d. 12 Mart., tom. II, p. 137 sqq.

28° Vita sancti Benedicti abbatis (fol. 62^r-64^v).

Fragmenta decerpta ex Vita conscripta a S. Gregorio M., ed. *ibid.*, ad d. 31 Mart., tom. III, p. 277 sqq.

29° Passio sanctorum martyrum Tiburtii et Valeriani (fol. 64^v-66^r).

Continet finem (num. 9-16) Passionis desumptae ex pervetustis Actis S. Caeciliae, ed. *ibid.*, ad d. 14 Aprilis, t. II, p. 206.

30° Passio sancti Georgii martyris (fol. 66^r-66^v).

Brevis quaedam enumeratio cruciatuum quibus beatum martyrem subjectum fuisse narrant Acta prolixiora.

31° Passio sancti Marci evangelistae (fol. 66^v-67^r).

Fragmenta ex Passione S. Marci ed. *Act. SS.*, ad d. 25 April., tom. III, p. 347-48.

32° Passio sancti Philippi apostoli (fol. 67^r-67^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II; sed in cod. nulla occurrit mentio crucifixionis.

33° Passio sancti Jacobi apostoli (fol. 67^v-68^v).

Ed. *ibid.*, sed lectionibus variantibus ut in cod. Brux. 380-82 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 203, 4°).

34° In translatione sancti Clementis episcopi [Metensis] et confessoris (fol. 68^v-70^r).

Ed. ap. Bosquet, *Hist. Eccl. Gall.*, part. II, p. 19-22.

**35° [In festo sancti] Johannis ante portam latinam
(fol. 70^r-73^v).**

Epistola Pseudo-Melitonis de Passione S. Joannis evangelistae, ed. ap. Fabricium
Cod. apocr. N. T., tom. II, p. 604-23.

**36° Passio sanctorum martyrum Gordiani et Epima-
chi (fol. 73^v-75^r).**

Ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Maii, tom. II, p. 532-53.

**37° Passio sanctorum martyrum Nerei et Achillei
(fol. 75^r-77^r).**

Pars Passionis ed. *ibid.*, ad d. 12 Maii, p. 6 sqq. ; scilicet num. 1-11.

**38° Vita sancti Servatii episcopi et confessoris (fol.
77^r-79^v).**

Auctore Herigero, ed. *Mon. Germ.*, tom. VII, p. 172-76, num. 21-28.

**39° Passio sanctorum martyrum Victoris et Coronae
(fol. 79^v-81^r).**

Compendium Actorum ed. ex cod. Namurcensi 53, *Anal. Boll.*, tom. II,
p. 291-99.

40° Passio sanctae Potentianae virginis (fol. 81^r-81^v).

Ed. *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 350-51, iisdem fere variantibus lectio-
nibus et eodem prologo ac in cod. Namurc. 53 (*Anal. Boll.*, tom. I, p. 510).

**41° Vita sancti Germani [Parisiensis episcopi] (fol.
81^v-90^v).**

Auctore Venantio Fortunato, ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Maii, tom. VI, p. 778-87.
Vitae praemittuntur, sub titulo Prologi, nonnulla, valde barbaro stilo descripta,
de S. Germani pueritia. Vid. infra Append.

**42° Vita sancti Maximini episcopi [Trevirensis] et
confessoris (fol. 90^v-94^r).**

Auctore Lupo, ed. ap. Surium, ad d. 29 Maii. Omm. ultimae phrases num. 15,
scilicet inde a verbis *His ut arbitror...*

43° [Vita sanctae] Petronillae virginis (fol. 94^r-94^v).

Excerpta ex Actis SS. Nerei et Achillei, ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Maii, tom. III,
p. 6 sqq. ; scilicet num. 15-17.

**44° [Passio] sanctorum martyrum Marcellini et Petri
(fol. 94^v-96^r).**

Ed. *ibid.*, ad d. 2 Jun., tom. I, p. 171-73.

45° Vita sancti Medardi episcopi et confessoris (fol. 96^r-97^v).

Auctore Venantio Fortunato, ed. *ibid.*, ad d. 8 Jun., tom. II, p. 79-81.

46° Passio sancti Barnabae apostoli (fol. 97^v-99^r).

Ed. *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 354-57.

47° Passio sancti Viti martyris (fol. 99^r-101^v).

Rebus narratis haud absimilis ei quae edita est *Act. SS.*, ad d. 14 Jun., tom. II, p. 1021 sqq.

48° Passio sanctorum martyrum Ferreoli et Ferrutii (fol. 101^v-103^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 16 Jun., tom. III, pp. 7-8. Historia inventionis sanctorum martyrum Passioni adjuncta nonnullis discrepat a narratione edita *ibid.*, p. 11-12, num. 1-6 : quae indicare visum est infra in Appendice.

49° Passio sanctorum martyrum Marci et Marcelliani (fol. 103^v-104^r).

Desumpta ex Passione S. Sebastiani, ed. *ibid.*, ad d. 20 Jan., tom. II, p. 165 sqq.; scilicet num. 73-75 ac num. 84. Numeri 73 prima phrasis (*Verum-explis-cemus*) omissa est.

50° Passio sanctorum martyrum Gervasii et Protasii (fol. 104^r-104^v).

Desumpta ex Passione sub nomine S. Ambrosii edita *ibid.*, ad d. 19 Jun., tom. III, p. 820-22, scilicet numm. 22, 23.

51° Passio [sanctorum] martyrum Johannis et Pauli (fol. 104^v-105^v).

Ed. ap. Mombridium, tom. I, in Actis S. Gallicani.

52° Passio sanctorum martyrum Processi et Martini (fol. 105^v-106^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Jul., tom. I, p. 303-5, multis lectionibus variantibus.

53° In translatione sancti Martini episcopi et confessoris (fol. 106^v-107^r).

Gregorii Turonensis *De miraculis S. Martini*, lib. I, cap. 6.

54° Vita sancti Kiliani sociorumque ejus (fol. 107^r-110^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Jul., tom. II, p. 814-18. Om. ultima phrasis num. 23 (*Qualiter autem...*).

55° Passio sanctorum martyrum septem fratrum (fol. 110^r-110^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 10 Jul., tom. III, p. 12-13.

56° Translatio sancti Benedicti abbatis (fol. 110^v-113^v).

luctore Adalberto, ed. *ibid.*, ad d. 21 Mart., tom. III, p. 302-3.

57° Passio sanctae Margaretae virginis et martyris (fol. 113^v-117^v).

Ed. ap. Mombritium, tom. II, non paucis lectionibus variantibus.

58° Passio sancti Victoris martyris (fol. 118^v-120^v) (1).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 317-21, nonnullis lectionibus variantibus, praetium num. 14.

59° Vita sanctae Mariae Magdalenae (fol. 120^v-123^v).

Completitur : a) Vitam et translationem ut in cod. Namurc. 53 (*Anal. Boll.*, n. 1, p. 516, 68^o, 69^o, et *ibid.*, tom. II, p. 321) ; b) nonnulla miracula ed. ap. Faili, tom. II, p. 737 sqq., scilicet num. iv, num. v usque ad *cognoverat liberatum*, n. vi inde a *Non est inconueniens* usque ad *miraculorum virtutibus*.

60° Passio sancti Apollinaris martyris (fol. 123^v-124^v).

Fragmentum Passionis ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Jul., tom. V, p. 344 sqq. ; scilicet n. 1-11.

61° Vita sanctae Segolenae virginis (fol. 124^v-128^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 24 Jul., p. 630-37. Omm. numm. 1-3, 34, 35 et major pars num. inde a *Jesu Christi unica spes orbis...*

62° Passio sancti Jacobi apostoli (fol. 128^r-130^r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II.

63° Passio sancti Pantaleonis martyris (fol. 130^r-134^r).

Stylus narratis convenit cum Passione edita *ibid.*, sed stilus diversus est.

64° Vita sancti Lupi Trecassini episcopi et confessoris (fol. 134^r-135^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Jul., tom. VII, p. 69-70.

65° [Passio] sanctorum martyrum Abdon et Sennes (fol. 135^r-137^r).

Ed. supra in cod. 5276, 10^o (p. 489).

66° Vita sancti Germani Autosiodorensis episcopi et confessoris (fol. 137^r-140^r).

Fragmentum Vitae conscriptae a Constantio, ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Jul., t. VII, p. 201 seqq. ; scilicet num. 1-16.

) Ante hanc Passionem legitur (fol. 118^v) haec indicatio : *Translatio sancti vulfi episcopi. Quare in vita ipsius.*

67° Ad vincula sancti Petri apostoli (fol. 140^r-142^r).

Inc. *Sollemnem observationem festivae hujus diei a ritibus gentilium superstitionum in religionem commutans suscepit Ecclesia Dei....* (sequitur historia institutionis festivitatis).

Des. *Ecce, dilectissimi, exposita est nobis hodiernae causa celebritatis.... et aperiat nobis clavibus Petri januas regni caelorum....*

68° Passio sancti Stephani papae et martyris (fol. 142^r-146^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Aug., tom. I, p. 139-43.

69° [Inventio corporis sancti Stephani protomartyris] (fol. 146^r-147^r).

Pars prior epistolae Luciani, ed. ap. Surium, ad d. 3 Aug.; scilicet capp. 3-6 cum initio cap. 7.

70° Inventio sancti Stephani protomartyris (fol. 147^r-149^r).

Epistola Luciani, ed. P. L., tom. XLI, p. 808-13, lectionibus in cod. variantibus sicut in codice Germanensi.

71° Passio sanctorum martyrum Sixti, Felicissimi et Agapiti (fol. 149^r-150^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Aug., tom. II, p. 140-41. Inc. *Exorta malignitate paganorum contra christianos, tenti sunt Syxtus, Felicissimus et Agapitus. Itaque hoc cognito Decius Cesar et Valerianus praefectus jusserunt sibi sanctum Syxtum...*

72° Passio sancti Donati martyris (fol. 150^v-152^r).

Ed. ap. Mombrinium, tom. I, sed diverso stilo.

73° Passio sanctorum martyrum Cyriaci sociorumque ejus (fol. 152^r-154^r).

Fragmentum desumptum ex Passione S. Marcelli, ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p. 3 sqq.; scilicet num. 1-3 et num. 10-21, ommissa tamen prima phrasi num. 10.

74° Passio sancti Laurentii martyris (fol. 154^r-156^r).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II.

75° Passio sancti Tiburtii martyris (fol. 156^r-157^v).

Desumpta ex Passione S. Sebastiani, ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Jan., tom. II, p. 363 sqq.; scilicet num. 77-90.

76° Passio sancti Hippolyti sociorumque ejus (fol. 157^v-158^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II.

77° [Vita sancti] Eusebii episcopi [Vercellensis] et martyris (fol. 158^v-161^r).

id. ap. Ughelli, *Italia Sacra*, tom IV, p. 749-61. Mutila desinit in his verbis *fertur enim quod quaedam matrona* (ibid., p. 753, § 1.)

78° Vita sancti Eusebii confessoris (fol. 161^r).

id. *Act. SS.*, ad d. 14 Aug., tom. III, p. 166-67, num. 5-7. In fine add. : *Mortuo tem Liberio, levatur Damasus, qui voce publica damnavit Liberium, ita synodo cum episcopis viginti et octo et presbyteris viginti et quinque; et cessavit persecutio, non tamen multum tempus; donante Domino nostro Jesu Christo qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.*

79° Vita sancti Arnulfi Metensis episcopi et confessoris (fol. 161^r-165^r).

id. ibid., ad d. 18 Jul., tom. IV, p. 435-40 (et *Mon. Germ., Script. rer. Merov.*, t. II, p. 432-46). Om. num. 7.

80° [Passio sanctorum Sixti, Felicissimi et Agapiti] (fol. 165^r).

revere hujus Passionis fragmentum.

81° Passio sancti Agapiti martyris (fol. 165^r-166^v).

id. ap. Mombrinium, tom. II. In cod. pro *Antiocho rege* legitur *Aurelianus perator*.

82° Vita sancti Philiberti abbatis (fol. 166^v-169^v).

d. *Act. SS.*, ad d. 20 Aug., tom. IV, p. 73. Omm. prologus, pars posterior num. *cujus filius...*, numm. 22-23, ac fere totus num. 26.

83° Passio sancti Privati episcopi et martyris (fol. 169^v-170^r).

d. ibid., ad d. 21 Aug., p. 439-40.

84° Passio sancti Symphoriani martyris (fol. 170^v-172^r).

d. ibid., ad d. 22 Aug., p. 496-97.

85° Passio sanctorum martyrum Timothei et Apollinaris (fol. 172^r-173^r).

d. ibid., ad d. 23 Aug., p. 578-79, sed lectionibus variantibus sicut in cod. x. 98-100 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 40, 84°).

86° Passio sancti Bartholomaei apostoli (fol. 173^r-175^r).

l. ibid., ad d. 25 Aug., tom. V, p. 34-38.

87° Passio sancti Genesisii martyris (fol. 175^r-176^r).

Ed. ap. Mombrinium, tom. I.

88° Item Genesisii martyris (fol. 176^r-176^v).

Auctore Paulino, ed. P. L. tom. LXI, p. 418-20.

**89° Passio sanctorum martyrum Irenaei et Habundi
(fol. 176^v-177^r).**

Desumpta ex Passione S. Hippolyti, ed. ap. Mombrinium, tom. II.

**90° Vita sancti Augustini episcopi et confessoris (fol.
177^r-187^v).**Auctore Possidio, ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Aug., tom. VI, p. 427-40. In cod. legitur epistola illa vulgo in editis omissa (cfr. tom. cit., p. 441, annot. 2).* cod.
Audaeti.**91° Passio [sanctorum] martyrum Felicis et Audaeti *
(fol. 187^v-188^r).**

Ed. ibid., ad d. 30 Aug., p. 346-47, numm. 5, 6.

92° Vita sancti Aegidii abbatis (fol. 188^r-190^v).

Ed. ibid., ad d. 1 Sept., tom. I, p. 299-303. Om. prologus.

**93° Vita sancti Mansueti episcopi et confessoris (fol.
190^v-195^v).**

Ed. ibid., ad d. 3 Sept., p. 639 sqq. Desideratur lib. II.

94° Passio sancti Marcelli martyris (fol. 195^v-196^r).

Ed. ibid., ad d. 4 Sept., tom. II, p. 196-97.

**95° Vita sancti Evurtii episcopi et confessoris (fol.
196^r-199^v).**Ed. ibid., ad d. 7 Sept., tom. III, p. 52-58. Om. ultima pars num. 20 (*Ego Lucifer subdiaconus....*)**96° Passio sanctorum martyrum Gorgonii et Dorothei
(fol. 199^v-201^v).**

Ed. ibid., ad d. 9 Sept., p. 340-42.

**97° Passio sanctorum martyrum Proti et Jacincti (fol.
201^v-202^v).**Desumpta ex Passione sanctae Eugeniae, ed. ap. Rosweydam, *Vitae Patrum*, p. 340 sqq. (P. L., tom. LXXIII, p. 605 sqq.).**98° Vita sancti Amati abbatis (fol. 202^v-205^v).**Ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Sept., tom. IV, p. 103-7.**99° In exaltatione sanctae crucis (fol. 205^v-207^r).**

Ed. ap. Mombrinium, tom. I.

100° Vita sancti Apri Tullensis episcopi et confessoris (fol. 207^r-209^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 15 Sept., tom. V, p. 66-69.

101° Passio sanctorum martyrum Luciae et Geminiani (fol. 209^v-213^r).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II.

102° Vita sancti Lamberti episcopi et martyris (fol. 213^r-218^v).

Auctore Stephano, ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Sept., tom. V, p. 581-88.

103° Miraculum (fol. 218^v-219^v).

Ed. *ibid.*, p. 579-80, num. 27-33.

104° Vita sancti Goerici episcopi et confessoris (fol. 219^v-224^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 19 Sept., tom. VI, p. 48-54. Om. finis num. 27 (*Post multa vero annorum....* Cfr. tom. cit., p. 53, annot. o).

105° Passio sancti Matthaei apostoli (fol. 224^v-228^r).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II. Sed in cod. non pauca fuerunt omissa, praesertim in orationibus.

106° Passio sancti Mauritii sociorumque ejus (fol. 228^r-230^r).

Ed. apud Surium, ad d. 22 Sept. Omm. pars num. 7 (*Operta est terra.... Deum in caelis*), num. 10, et finis num. 12 (*Quae multa narranda...*)

107° Passio sanctorum martyrum Sergii et Bacchi (fol. 230^r-234^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 7 Oct., tom. III, p. 863-69, stilo passim diverso.

108° Passio sanctorum martyrum Cosmae et Damiani (fol. 234^v-237^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 27 Sept., tom. VII, p. 474-79.

109° In festivitate beati Michaelis archangeli (fol. 237^r-238^r).

Narratio ed. *ibid.*, ad d. 29 Sept., tom. VIII, p. 61-62.

110° Vita sancti Hieronymi presbyteri (fol. 238^r-240^v).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 175-84.

111° Vita sancti Remigii episcopi et confessoris (fol. 240^v-268^r).

Auctore Hincmaro, ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Oct., tom. I, p. 131 sqq. In cod. desi-

nit Vita in fine numeri 114, sed leguntur tractus illi paraeneticici qui in editis sunt omissi.

**112° Passio sancti Leodegarii episcopi et martyris
(fol. 268^r-277^r).**

Auctore anonymo, ed. *ibid.*, ad d. 2 Oct., p. 463-81. Om. prologus.

**113° Passio sanctorum martyrum Fidis et Caprasii
(fol. 277^r-278^v).**

Ed. *ibid.*, ad d. 20 Oct., tom. VIII, p. 823-25. Omm. subinde nonnullae phrasae; num. autem 11, ubi agitur de inventione sanctorum martyrum, in cod. paulo proluxior est narratio.

**114° Passio sancti Dionysii sociorumque ejus (fol.
278^v-279^v).**

Desumpta ex Passione ed. *ibid.*, ad d. 9 Oct., tom. IV, p. 792-96.

**115° Passio sanctorum martyrum Gereonis socio-
rumque ejus (fol. 279^v-282^v).**

Auctore Helinando, ed. *ibid.*, ad d. 10 Oct., tom. V, p. 36-40.

**116° [Passio] sanctorum martyrum Tarachi, Probi et
Andronici (fol. 282^v-288^v).**

Ed. *ibid.*, ad d. 11 Oct., p. 566-81.

**117° Passio sancti Calixti papae et martyris (fol.
288^v-290^v).**

Ed. *ibid.*, ad d. 14 Oct., tom. VI, p. 439-41.

118° Vita sancti Galli confessoris (fol. 290^v-300^r).

Auctore Walafrido Strabo, ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 27 sqq. Desiderantur praefatio et liber II.

119° Passio undecim millium virginum (fol. 301^r-305^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 21 Oct., tom. IX, p. 157-63.

**120° Vita sancti Severini episcopi et confessoris (fol.
305^r-306^r).**

Contracta ex Vita ed. *ibid.*, ad d. 23 Oct., tom. X, p. 56 sqq.

**121° Passio sanctorum martyrum Crispini et Crispini-
niani (fol. 306^r-308^r).**

Ed. *ibid.*, ad d. 25 Oct., tom. XI, p. 533-37.

**122° Passio [sanctorum] apostolorum Simonis et
Judae (fol. 308^r-312^v).**

Ed. ap. Mombricitum, tom. II.

123° Passio sancti Quintini martyris (fol. 312^v-314^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Oct., tom. XIII, p. 781-83 (ubi prologus, initio omissus, descriptus est inter annotata).

124° Vita sancti Huberti episcopi et confessoris (fol. 314^v-324^r).

Auctore Jona, ed. *ibid.*, ad d. 3 Nov., tom. I, p. 806-18; cfr. tom. cit., p. 763, num. 20.

125° Vita sancti Amantii episcopi [Ruthenensis] et confessoris (fol. 324^r-325^v).

Ed. ap. Surium, ad d. 4 Nov., et *Mon. Germ., Auct. Antiq.*, tom. IV, part. II, p. 53-64.

126° Vita sancti Willebrordi episcopi et confessoris (fol. 325^v-330^v).

Auctore Alcuino, ed. ap. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. III, part. I, p. 603 sqq. Om. prologus.

127° Passio sanctorum martyrum quatuor coronatorum (fol. 331^r-334^r).

Ed. a cl. v. W. Wattenbach ap. Max. Büdinger, *Untersuchungen zur Römischen Kaisergeschichte*, tom. III (Leipzig, 1870), p. 324-38.

128° Passio sancti Theodori martyris (fol. 334^r-336^r).

Altera versio Passionis editae ex Simeone Metaphraste ap. Surium, ad d. 9 Nov.

129° Vita sancti Martini Turonorum pontificis (fol. 336^r-343^v); Epistola Severi ad Eusebium presbyterum postea episcopum (fol. 343^v-344^r); Alia epistola ejusdem ad Aurelium diaconum (fol. 344^r-345^v); Item alia ad socrum suam Basulam, qualiter Martinus recesserit de hoc mundo (fol. 345^r-346^v); [Ejusdem dialogi tres de vita sancti Martini] (fol. 346^v-363^v).

Ed. P. L., tom. XX, p. 150-222.

130° [Confessio sancti Martini] (fol. 363^v).

Ed. P. L., tom. XVII, p. 11-12.

131° [Excerpta e Gregorio Turonensi de gloria postuma sancti Martini] (fol. 363^v-365^r).

Hist. Franc., lib. I, cap. 43, et *De miraculis sancti Martini*, lib. I, capp. 4, 5, 6.

132° Vita sancti Briccii Turonorum pontificis (fol. 365^r-365^v).

Greg. Turon. *Hist. Franc.*, lib. II, cap. 1.

133° Vita sancti Othmari abbatis (fol. 365^v-368^v).

Auctore Walafrido Strabo, ed. *Mon. Germ.*, tom. II, p. 41-47.

134° De translatione sancti Othmari abbatis atque miraculis (fol. 368^v-373^v).

Auctore Ysone, ed. *ibid.*, p. 47-54.

135° Vita sancti Aniani (fol. 373^v-376^r).

Ed. ap. Theiner, *Saint Aignan ou le siège d'Orléans*, p. 13-26.

136° Vita sancti Romani martyris (fol. 376^r-379^r).

Quoad res narratas concordat cum Vita edita apud Mombrinium, tom. II; sed stilus est satis diversus et narratio saepe prolixior in codice.

137° Vita sancti Simplicii episcopi et confessoris (fol. 379^r-380^r).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 127-29, sed hae notandae variantes lectiones :

(*Ed. p. 127, lin. 53 extr.-55*) *cod.* Quid conscientia sancta non audeat? Adit torum pontificis castitas virginalis; nec in sacerdotio deserit, quem ad meritum sacerdotale perduxit.

(*Ed. p. 128, lin. 1*) *cod.* Quid non audeat fateri praedonis calliditas? Postquam violare integritatem tentando non valuit, polluere obloquendo contendit: (ac *om.*) per aliena ora.....

(*lin. 5 extr.-4*) *cod.*... tentatore suadente credunt (et *om.*) ab aliis coerceri non posse rigore crucis vitia voluptatis; (ac *om.*) quae agere nolunt...

(*lin. 11 p. m.*) *cod.* lenibus.

(*lin. 15 med.-17*) *cod.* impudicis adit conatibus, tentat (enim vos *om.*) conflictibus... prosternit.

(*lin. 22 extr.*) *cod.* Suspicioni (*pro* susceptioni).

(*lin. 29 in.*) *cod.* mentis virtute.

* *cod.*
tenua. (*lin. 31 p. m.-32*) *cod.* flammis ut tenuia * velamina saevis uruntur incendiis.

(*lin. 33*) *cod. omm.* voces non posse.

(*lin. ult. extr.*) *cod.* subitas (et *om.* esse).

(*p. 129, lin. 1 p. m.*) *cod.* exhortationi (*pro* et oratione).

(*lin. 7-9*) *cod.* (Et *om.*) ita beatum (Simplicium *om.*) sanctamque virginem consortium jugalis tori suscepit (Deus *om.*), crux exereuit, suspicio adit, virtus (que *om.*) prodiit, vitae (quam *om.*) mors reddidit (*om. reliqua*).

138° Vita Columbani Scotensis, abbatis monasterio-

rum Luxoviensis atque Eboluensis * (fol. 380^r-393^r). * sic.

Auctore Jona, ed. ap. Mabillon, *Act. SS., O. S. B.*, saec. II, p. 529. Omm. numm. 1-4.

139° Adhuc pauca de virtutibus sancti Columbani (fol. 393^r-399^r).

Fragmentum Vitae sancti Columbae auctore Adamnano, ed. a G. Reeves (Dublin, 1857); scilicet libri I secunda praefatio et cap. 1 (p. 4-18), et libri II capp. 16-23 (p. 217-241). Huic posteriori parti haec praemissa sunt: *Quae vero subicimus ex libro tertio vitae ejus assumpsimus qui scottice scripti extant, demonstrantes ex parte quibus visionibus angelicis honestatus sit in vita sua, manifestantes simul et ejus ad plenum sanctum ex hoc mundo egressum.* Sed et excerptum in cod. ita incipit: *Sanctus Columbanus, de nobilissima Scottorum ortus progenie, volens exulare propter Deum, in Britanniam transnavigavit, ubi paganum usque nunc temporis Pictorum populum per suam industriam, divinis virtutibus et maximis prodigiis roboratam, Domino lucratus servus fidelis adeptus est.*

140° Passio sanctae Caeciliae virginis et martyris (fol. 399^r-406^r).

Ed. ap. Mombrinium, tom. I.

141° Passio sancti Clementis papae et martyris (fol. 406^r-408^v).

Ed. *ibid.*, multis lectionibus variantibus; nec narrantur in cod. miracula Passionis subjecta.

142° Passio sancti Chrysogoni martyris (fol. 408^v-410^r).

Ed. *ibid.* Sed in cod., omisso prologo, incipit: *Pretextati illustris viri filiam Anastasiam legimus...*; et desinit: *conditus est in loculo a Zoilo presbytero quinto kalendarum earundem.*

143° Passio sanctae Catherinae virginis et martyris (fol. 410^r-416^v).

Ed. *Act. SS. Hib. ex cod. Salmant.*, p. 681 sqq.

144° Vita sancti Theobaldi confessoris (fol. 417^r-419^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 30 Jun., tom. V, p. 592-93. In cod. omittitur prologus; sed annexa sunt miracula edita *ibid.*, pag. 598 num. 1-7.

145° [Vita sancti Antonii de Padua]. (fol. 419^r-419^v).

Fragmentum Vitae ed. *ibid.*, ad d. 13 Jun., tom. III, p. 705 sqq.; scilicet numm. 1-4 et prima phrasis num. 5.

146° Vita beati Patientis episcopi Metensis (fol. 420^r-421^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 8 Jan., tom. I, p. 469-70.

147° [De sancta Elizabeth] (fol. 421^r-421^v).

Brevis enarratio quorundam sancte gestorum a beata vidua.

148° Translatio corporis sancti Stephani protomartyris de Constantinopoli ad Romam pridie nonas maii, edita a sancto Lucio archidiacono sanctae Romanae ecclesiae (fol. 422^r-423^v).

Relatio haec ex parte edita est apud Maii, *Spicilegium Romanum*, tom. IV, p. 283-88, scilicet initium et finis; media pars, res narratas quod spectat, convenit cum documento quod editum est *Cat. Brux.*, tom. I, p. 70-74.

149° Translatio sancti Stephani protomartyris de Hierosolymis ad Constantinopolim (fol. 424^r-425^v).

Ed. P. L., tom. XLI, p. 817-22.

150° Vita sancti Dominici confessoris de ordine Praedicatorum (fol. 426^r-431^r).

Auctore B. Humberto, de qua *Cat. Brux.*, tom. I, p. 216, 53^o. In cod. subinde quaedam sunt ommissa.

151° Vita beati Francisci (fol. 431^r-440^r).

Legenda minor conscripta a S. Bonaventura, de qua *ibid.*, p. 290, 2^o.

152° Legenda sanctae Clarae (fol. 440^v-451^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Aug., tom. II, p. 754-67. Omm. numm. 39-45.

153° Vita beatae Elizabeth (fol. 451^r-458^v).

Ed. ap. Menckenium, *Script. Rer. Germ.*, tom. II, p. 2014-34; scilicet ab *Incipit secunda...* usque ad *Conclusio vitae beatae Elyzabeth*, quae conclusio in cod. ommissa est. Sed et ordo narrationis identidem diversus est.

154° In translatione beati Nicolai episcopi et confessoris (fol. 462^r-468^r).

Contracta ex prolixiori narratione edita *Anal. Boll.*, tom. IV, p. 169 sqq.

155° Passio duorum Ewaldorum martyrum (fol. 468^r).

Auctore Beda, ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Oct., tom. II, p. 205-6, initio paululum diverso.

Appendix ad cod. 5278.

VITA S. AGERICI EPISC. VIRODUNENSIS (Cfr. supra, p. 464, 2°).

Incipit vita sancti Agerici episcopi et confessoris.

1. Igitur sanctus ac venerabilis pater Agericus pontifex, triennio antequam nasceretur, cum nomine ipso parentibus suis repromissus est ab angelo. Et jure
- 5 Augericus * vocatus est, quia agri custodia Domini, sancta videlicet Vir dunensium ecclesia, ab ipso pontificum pontifice caelitus est illi commissa. Denique immutabile verbum Dei, quem promiserat parentibus nomine, post tres annos eis magnam laetitiam tribuit de tanti pueri nativitate. Beatissimi vero Augerici ortu, patrocinio, vita et transitu civitas Vir dunensium ditari meruit a Domino Salvatore.
- 10 2. Sanctus autem Dei Augericus, fidelium litteris eruditus, juvenili aetate florens, virtutum copia flagrans, ne diutius absconderetur lucerna sub modio, posita est super candelabrum. Jam enim triginta annos habens, in ipsa civitate Vir dunensi ductus est ad ecclesiam sancti Petri apostolorum principis et tonso capite Christo dicatus est, quatinus lux operationis et praedicationis suae omnibus in
- 5 domo sanctae Dei Ecclesiae luceret et ad lumen aeternum multos fidelium perduceret. Omnes enim quasi uno ore cantabant : *Exaltavi electum de plebe mea, oleo sancto meo unxi eum* ; quia a Christo Domino de plebe fuerat electus et oleo spiritualis gratiae feliciter esset fovendus.
3. Tribus vero post tonsuram peractis annis, a plebe Vir dunensium rapitur et
- 10 in ecclesiam sanctae Dei genitricis Mariae perducitur, quod dignus esset pontificali honore una omnium voce proclamatur, et ab episcopis episcopus ordinatur. Qui etiam in praesulatus officio tantum ac talem se in omnibus exhibuit, ut licet haberetur in terris corpore, caelestis tamen concivis jam erat in mente.
4. Cumque per tria anni tempora de nubibus non stillaret pluvia, humiditas
- 5 terrae et viriditas herbae in miserabilem mutarentur pallorem, confessor Dei Augericus salubrem repperit portum. Triduanum indixit jejunium, cruces cum nudis pedibus et letaniis ut sequerentur praecepit, et ipse cum suis quod praeceperat agere studuit et pro omnium hominum necessitate Christi clementiam perquisivit. Prima etenim letaniarum die, de omnipotentis Dei misericordia fisus,
- 30 in praesentia oculos et animum vertens ad caelum, subito promeruit in ipso itineris officio tantae pluviae inundationem ut per ipsum triduum omnes herbae reciperent viriditatem. Et sic ejus orationibus ipso anno totus recepit abundantiam mundus. Et ut cognosceretur ab omnibus quod pluviarum benedictio sanctissimi viri meritis et orationibus daretur e caelo, dum esset cum omnibus suis
- 5 sub nudo aere, et ceteri fuissent tanta densitate aquarum perfusi, Christi sacerdotem de tam magna pluvia nec una tetigit gutta, serviens ei in utroque, et missa de aethere et posita in tellure.
5. Tertia igitur letaniarum die, cum orationis causa secundum suam consue-

* ita
passim
num. 1-6.

tudinem basilicam Sanctae Mariae ingrederetur, vidit in ipsius basilicae porticu quendam infirmum, aridum membris et contractum, jacere, cui nomen erat Johannes. Et appropinquante Christi famulo, proclamavit aridus : *Obsecro te, sacerdos et dilecte Deo, ut habeas in me misericordiam*. Et respondit illi sacerdos : *Quid vis ut faciam tibi ?* Qui respondens ait : *Ut habeas in me misericordiam*. Et tollens de sacco, dedit illi aliquid pecuniae. Aridus autem cum fide Christi suscepit dona sacerdotis et cum eodem munere meruit sanitatem recipere. Quanta caritate et devotione elemosynam pauperi tribuit et infirmo ostenditur, cum et egenum ditavit auri munere et infirmum sublevavit reddita sospitate. O magna mercatio et miseratio justi viri. Aurum tribuit egeno et sospitatem tribuit infirmo.

6. Inclito autem Dei confessore hujusmodi miraculis coruscante, coepit manifestum esse omnibus quod sanctus Augericus Christi esset alumnus. Gloriosus ergo Christi pontifex cum ex more studiis spiritalibus operam daret, per loca sanctorum juvamina orationum perquirens, piissimam benignitatem quam gerebat in mente ostendit in miraculi magnitudine. Januam namque cujusdam templi jamjamque ingrediens, obviam habuit unam feminam, nomine Teresindam, quae quindecim fere annis expletis in tenebris, sedens et ambulans lumen caeli videre non poterat. Cumque eam clementissimus vir Dei offensis pedibus et loca pervia palpante baculo ostium templi exire conspiceret, solita miserorum pietate commotus, signum crucis super oculos orbatae feminae cum fide Christi devotissime fecit. Festum aperiuntur oculi ejus, videt medicum, laudat Deum, quod per sacerdotem suum meruerat recipere lumen oculorum suorum.

7. Non post multo tempore, vidit sanctus et dilectus Deo Augericus quandam juvenulam, nomine Childindem, a spiritu immundo crine soluto miserabiliter vexari. Cujus miseria famulus Domini commotus, manibus suis in crucis modum expansis, totum se vertit ad caelum, de quo semper adeptus fuerat hujusmodi medicamentum, et Domini clementiam humiliter exoravit, ne amplius suam creaturam permetteret possideri et dilacerari a perditore generis humani. Oratione autem expleta, contestatus est spiritui immundo cum signo crucis in nomine et virtute sanctae Trinitatis. Pervasor antiquus, tali gladio percussus, cum spuma ignea de puella egreditur, et sic sanctissimi praesulis adjutorio imago Dei servatur.

8. Apostoli praeceptum in corde servans et opere complens, qui ait : *Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite*. Factum est autem cum quadam nocte juxta morem candela ante lectum ejus arderet, subito exstincta est. Ipse autem non dormiebat, sed in oratione et obsecratione vigiliis eximius pater super se ac gregem suum devotissime custodiebat. Et ecce cum magno splendore luminis multitudo angelorum cum sancto Dei famulo in eodem cubiculo ubi jacebat affuit, in hymnis et psalmis et canticis spiritalibus choros ducentes, creatorem et bonorum omnium remuneratorem in suo sacerdote divina exultatione laudantes. In supernorum autem civium societate et caelesti jucunditate corpora

sanctorum Mauri, Salini et Aratoris sunt ei revelata, qui plurimis annis ante eum Viridunensium ecclesiam gubernantes et in confessione sancta perseverantes, conjuncti Deo, conjuncti quoque fuere sepulcro. Sed licet peccatis exigentibus multis retro annis absconderentur eorum sanctissima membra mundo, istius vero viri **5** merito quam plurimis in posterum facta sunt in remedio. O sancta simplicitas et vera humilitas. Quoniam in tanta angelorum jubilatione illi qui in eodem tecto jacebant non poterant dormire, sed pro tali visione nimio erant perterriti timore, blande et leniter eos alloquitur et ne alicui diebus vitae suae hoc dicerent omnibus modis imperat et precatur.

9. Childebertus ergo, rex Germanorum, iter faciens per Galliam, devenit Viridunum. Cumque a sancto pontifice reciperetur cum magna caritate et omnia quae habere poterat ei et satellitibus suis benigne tribueret, accedens ad eum qui ea quae sacerdotis erant distribuebat, dixit : *Vinum non habeo, sanctissime pater, nisi quantum potest esse unius tunnae medietas.* Tunc vir Dei, confisus et plenus de virtute Dei, afferri sibi de eodem in uno vasculo praecepit ; et cum gustasset, dixit : *Domine, oro ut fiat istius vini amplificatio.* Et fudit minister benedictum vinum unde antea subtraxerat illud. Quis potuit enumerare quot milia ex eodem vino postea fuerunt distributa ? et quantum ante benedictionem in regis introitu, tantum etiam repertum est in egressu. Nam plurimis diebus **30** in eadem civitate stetit et sufficientiam de praedicto liquore ei et suis omnibus pontifex ministravit. Quali veneratione et admiratione ab antiquioribus hoc fuit miraculum ostendit nunc altare constructum in eodem loco ubi precibus sui confessoris omnipotens Dominus abundare fecerat vinum.

10. Quodam vero tempore, dum iret per civitatem Leudonensium, quidam, **5** proprii facinoris reatu vinculis ferreis constrictus, in tetrum mittebatur carcerem. Et prospiciens reus, qui erat totus in tribulatione positus, sanctum Dei famulum, ut pro suis sceleribus et pro tam flebili angustia sua apud judicem qui eum torquebat interveniret lacrimabiliter deprecatus est. Sed cum multis precibus Christi sacerdos precaretur judicem, et ille obstinata mente in nullo animum ad misericordiam flecteret, totum se cum gemitu et lacrimis vertit ad Deum. Repente catenae contractae sunt et cum strepitu magno saltum dederunt usque ad tectum. Prospiciensque judex qui tantae crudelitatis auctor fuerat, timore et admiratione percutitur ; lugens et plorans pro sua inoboedientia, in terris volutatur et pedes sancti Agerici osculatur, et qui antea nullis precibus flectebatur ut reum de **10** oculis solveret, ipse vinculo inoboedientiae constrictus culpam dimisit et solum hominem ab alio liberum abire concessit. Multum deprecatus Dei famulus ne pro hac culpa raperent eum ligamina inferni.

11. Erat ergo sanctus Dei athleta dulci allocutione omnibus affabilis, salubri praedicatione multum amabilis, in oratione pervigil, in elemosynis largus, in **15** virtutum magnitudine humilis, patientia benignus, verbis inexpugnabilis in saeculi adversitatibus omnibus suis. Tanta quippe virtutum copia de illo exibat ut si quis infirmus eulogias de manu ejus susciperet, protinus sanitatem reciperet.

His et hujusmodi virtutibus pollens et gloriam labentis saeculi per omnia despicens, per angustam viam jugum legis Domini libenter in cervice sua portans jugiter, praeparaverat sibi domum in choro caelestium virtutum.

12. Christo ergo amabilis, dum feliciter gauderet vitiorum fomitem in sanctitatis itinere pleniter conculcasse, etiam terminum mortis et ostium vitae laetaretur sibi appropinquasse, ante septem dies exitus sui convocavit omnes sacerdotes suos et dixit ad eos : *Sabbato venturo magna erit caeli serenitas. Ego enim redam creatori meo creaturam suam, ut possim cum eo gaudere quem desideravi omnibus diebus vitae meae. Sed precor vos, o fratres et dilectissimi filii, ut cum diligenti studio corpus meum sepeliatis in tumulo.* 11
Et nolite umquam oblivisci praeceptorum Domini, quatinus vos etiam sinus requietionis suscipiat et in aeterna quiete misericors Deus aeternaliter gaudere concedat. Die autem sabbati, quo sanctus vir Dei praedixerat, in cellula ubi ipse requiescebat repente audiuntur dulcissimae voces supernorum spirituum in vario sexu et aetate, in exitu ejus canentium et Deum laudantium. 12
 Inter hujuscemodi jubilationes, inter supernorum agminum exultationes, inter manus sanctorum angelorum, inter gaudia sanctorum animarum, dulcissimi pontificis anima velut nivea columba cunctis videntibus evolavit et cum tali societate laetissima pervenit ad eum quem semper desideraverat, Christum, cum quo felix feliciter laetatur et gaudet in saecula saeculorum. Amen. 13

DE S. SERENA VIRGINE (Cfr. supra, p. 465, 20°).

Haec sanctissima Serena apud Spoletum in monasterio sancti Savini martyris
 * sic. foris muros urbis, ubi et pluribus miraculis coruscabat, quieverat : ad quem
 paene cotidie magnus populorum veniebat concursus ; ita ut noctes quoque per-
 vigiles turbae cum lucernis ceterisque donariis ibi peragerent. Anno denique 25
 dominicae incarnationis nongentesimo septuagesimo, magno et gloriosissimo
 Octone Caesare Augusto ejusque filio aequivoco suo imperantibus et Italiae scepra
 solide ac pacifice usque in fines Calabriae gubernantibus, beatae memoriae
 domnus Theodericus major, sanctae Metensis ecclesiae nobilissimus et religiosus
 episcopus, ipsi imperatori consanguinitate ac mira dilectione conjunctus, in qua 30
 triennium fere militavit, dum quaeque ad honorem seu ad munimen suae sanctae
 sedis exquireret, atque efficaciter votis ejus cuncta suppeterent, corporum san-
 * sic. ctorum maximam ex diversis Italiae locis divina se gratia adjuvante collectam.
 sanctae Metensis invehere studuit. Inter quae sanctam quoque Serenam cum
 integris toto corpore ossibus, misso Spoletum Rothardo diacono cum aliis sibi 35
 fidelibus viris, venerabilis pontifex est adeptus. De qua, praeter quod in passione
 sancti Savini reperitur, eam ipsum beatum martyrem tumulasse, nihil plus gesto-
 rum ejus perquirere potuerunt. Quae tamen tam assiduis se virtutum commendat
 insignibus, ut viva harum lectione oculis subjecta, gestorum attestacione quid
 fuerit in vita non egeat. Dies ejus x kal., eodem quo et sancti Savini celebratur. 40

DE S. GERMANO EPISC. PARIENSI (Cfr. supra, p. 467, 41°).

Prologus in vita sancti Germani episcopi et confessoris.

Cunctorum * veneranda atque sanctissima vita resplendens sensibus humanis, vitae gaudia subministrat, ambiguasque vertens Christi favore mentes atque penetrabilia cordis, mystico lumine fundit. Ergo beatissimi ac venerandi pontificis Germani meritis exordium nobis loquendi sumentes, vitamque ejus beatitudinis concinna brevitate notantes, quod verius historia edocet ad praesens loquamur. Hujus nativitalis augmentum civitas Augustodunensis promeruit, cujus in terminis genitor ejus Eleutherius indigena, simulque et mater ipsius Eusebia, nobili honestoque genere, debebant. Hunc igitur cum post partum filii prioris non multum post temporis in utero mater sensisset, cupiebat eum introrsus extinguere, quem sibi Christus et militem ad superna evocabat, acceptoque poculo venena mixta cum mero hausto libavit. Ore bibens mortis conscia mater abortiva quaerit nocituram causam periculi. En foris ejectum nesciret sarcina damnum : magis namque sensit materna caro dolorem quam pater egregius timuisset pericula vitae. Vocatur ad lumen triumphalis gemma sublimis, nec poterat interire quem gratia caelestis alebat. Eripitur mater a crimine, quam noxa vinxerat paricidae. Mirum videlicet atque perspicuum cunctis pateat sacramentum, beatum Germanum ante virtutum fateri artificem quam ex matris utero ad hoc lumen perveniret. Crescebat hujus infantia ut lampas ignita coruscans, et cum jam sanctificato flore vernans liberalibus studiis dignum officium juvenilis aetas ambiret, Caballone castro uno comitante puero scholis coepit vacare. Tanta enim Dei omnipotentis misericordia subsecuta [est] ut divina volumina celeri cursu peragraret. Invidus, ut semper, antiqua cupidine serpens parentibus matrique, mille ut artes edoctus consilium fallendi, inicit in pectore vulnus, ne pius heres paternae seu maternae possessionis dona caperet. Fallebat haec pietas materno pectore livor. Confecta deinceps genitrix ampulla potione veneni, vas alterum priori filio falerno refertum direxit. Cumque ambo ad solitum discurrerent cibariae locum, mutata non eiciens puella pocula miscet, et primo dedit illi cui non erat jussa misceri, ignorans non aliter libanda dum tradidit cymbia miscendo mutavit. Sumit hic Germanus dulcicia pocula mera amaraque traditur fratri * diu potio venenata, et mortis indicia variata membra patebant.

* leg.
Sanctorum ?

* cod.
strati.

DE SS. FERREOLO ET FERRUTIO (Cfr. supra, p. 468, 48°).

In civitate quae temporibus antiquis Chrysopolis nominata est tantus cultus et ornatus fuit ut de pulchritudine formae hoc nomen acceperit. Opinione quoque pristina veterum habitatorum memoriae tradita est juniorum, unde Bisuntia appellata est, quia eo tempore quo condebatur silvester adhuc locus bisontis illic fera reperta fuit, et inde vocabulum Bisuntionis est perenne sortita verumque

nomen aetas nostra cognovit. Verum ubi irreptione vastata est, vocabulum primae dignitatis omisit et ferarum multo tempore habitatio facta est, et deinceps gentili illic populo succedente beati martyres Ferreolus et Ferrutius, velut geminam similitudinem generis, ita et martyrii pro Christi nomine pertulerunt persecutoris funesta supplicia. Fides rei gestae a benedicto Aniano episcopo intimante nobis comperta et cognita est, per quem aedes beatorum martyrum fundata est et agnita, postquam in ipsa regione ad populum gentilem electus est et missus a Deo et de saeculari potestate revocatus et sacerdotio aeterno revelatione divina et religionis officio praecessé visus est. Qui cum adhuc laicus in terra Pictavorum peregrinus habitaret, et edictum impii Juliani Caesaris processisset, ut gentilium idola praeses illius provinciae restauraret, beatus Anianus, ante sacerdotii dignitatem Christi confessor, publice respondit non se credere haec dicta a Caesare destinata et in iudicio principis falso recitata. Iudex autem, huiusmodi professione permotus, dari in manibus benedicti Aniani auctoritate[m] praecepit ut legeret. Ille vero acceptam palam in foro populo circumstante proiecit in terram et pedis calce contrivit ac voce publica proclamavit se idola potius eversurum propter religionem nominis Christi quam aedificaturum esse. Tunc iudex ejusdem fidem admiratus atque constantiam, sacrilegum ministerium destitit perpetrare. Ergo Dei confessor verus manifesta quaeque ob martyrum gloriam revelavit. Nam cum jam sacerdotii ministerio praeeset praedictae civitati Bisuntiensis ecclesiae catholicae, tribunus (1)... latens aedes cum martyrum corporibus ibi reperitur quam populus gentili ritu latens hactenus ignorabat. Nuntius (2)... occurrit qui jam opinionem antea cognoverat, martyrum sepultura... corpora invenit in monumento atque eorum corpora illie passionibus et virtutibus declarata fuerunt. Nam capitibus... (inde paucis contrahuntur numm. 4 et 5; 3 num. 6 vero omnino omissus est).

CCLVII. Codex signatus num. 5279.

Olim Colbertinus 280, deinde Regius C. 3634. 7.

Foliorum 158, maj. (0^m,38×0,27), columnis binis, exaratus saec. XIII.

Fol. 1^r inscripta est haec nota : *In hoc volumine continentur passiones et vitae sanctorum a viro kal. martii usque ad kalendas aprilis. Vita tamen sancti Cudberti, quae hic debuisset scribi, continetur in ix volumine. Et in infima parte ejusdem folii : O lector, qui lecturus es has vitas et passiones sanctorum in conventu, attende et audi. Super quas videris graecam figuram talem H, magnae aedificationis sunt illae ; super quas vero videris talem A, minoris sunt aedificationis.*

(1) Act. SS., tom. III Junii, p. 11, num. 3. — (2) Ibid.

1° Actus et passio sancti Mathiae apostoli (fol. 2^r-4^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 24 Febr., tom. III, p. 437-44. Omm. maxima pars numm. 7 et 8, et integri numm. 10-12.

2° Vita sancti Alexandri episcopi civitatis Alexandriae (fol. 5^r-12^v).

Ex Cassiodori *Historia Tripartita*, lib. I, cap. 12-18, lib. II, cap. 1-13 (P. L., tom. LXIX, p. 901-33), subinde nonnullis omissis.

3° Vita sancti Albini episcopi Andegavensis (fol. 12^v-14^v).

Auctore Fortunato, ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Mart., tom. I, p. 57-60. Om. prol.

4° Miracula post ejus transitum patrata (fol. 14^v-18^r).

Ed. *ibid.*, p. 60-63. In cod. subinde prolixior est narratio et praepositum Gregorii Turonensis *De gloria confessorum* cap. 96 (cit. *ibid.*, p. 33, num. 5).

5° Passio sancti Focae episcopi et martyris (fol. 18^r-21^v).

Ed. ap. Mombrithum, tom. II. In fine add. Gregorii Turonensis *De gloria martyrum* seu lib. I *Miraculorum* cap. 99.

6° Passio sanctarum Perpetuae et Felicitatis aliorumque sanctorum (fol. 21^v-23^r).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 158-61.

7° Passio sancti Philemonis, Coraulae et Arriani praesidis (fol. 23^v-26^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Mart., tom. I, p. 752-56.

8° Passio sanctorum quadraginta martyrum (fol. 26^v-28^v).

Proxime accedit ad Passionem ed. *ibid.*, ad d. 10 Mart., tom. II, p. 19-21, sed aliquantum contracta est.

9° Vita sancti Gregorii papae (fol. 28^v-34^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 12 Mart., p. 430-37.

10° Vita sancti Gregorii papae urbis Romae edita a Johanne cardinali diacono urbis Romae (fol. 34^v-102^r).

Ed. *ibid.*, p. 137-211.

11° Vita sancti Pauli episcopi in Britannia (fol. 102^r-110^v).

Ed. *ibid.*, p. 111-120.

12° Passio sancti Longini martyris (fol. 110^v-111^r).Ed. *ibid.*, ad d. 15 Mart., p. 384-86.**13° Vita sanctae Geretrudis virginis (fol. 111^v-113^r).**Ed. *ibid.*, ad d. 17 Mart., p. 394-96, num. 1-8.**14° Virtutes quas Dominus post ejus transitum dignatus est ostendere (fol. 113^v-116^r).**Ed. *ibid.*, p. 396-99, num. 9-19.**15° Vita sancti Johannis Penariensis (fol. 116^r-116^v).**Ed. *ibid.*, ad d. 19 Mart., tom. III, p. 31.**16° Vita sancti Ermenlandi abbatis (fol. 116^v-125^v).**Ed. *ibid.*, ad d. 23 Mart., p. 376-86.**17° Passio sancti Irenaei episcopi et martyris (fol. 125^r).**Ed. *ibid.*, p. 336-37. In fine mutila, folio exciso, desinit in verbis *pro tribunali praeside Probo* (num. 3 in.).**18° [Passio sancti Caloceri martyris] (fol. 126^r-127^v).**Fragmentum Passionis sanctorum Faustini et Jovitae, ed. *ibid.*, ad d. 15 Febr., tom. II, p. 817 sqq.; scilicet a verbis *lucidam de sede regni tui* (num. 3 post med.) ad *magiae te averterunt* (num. 12 post med.).**19° Vita sancti Tutguali episcopi (fol. 129^r-136^r).**Ed. ex hoc cod. ap. Arth. de la Borderie, *Les trois vies anciennes de S. Tudual*, p. 21-43.A fol. 136^r usque ad fin. cod. descriptae sunt *Visiones Elisabeth ancillae Christi quas vidit in Sconaugiensi coenobio*.**CCLVIII. Codex signatus num. 5280.**

Olim Bigotianus 170, deinde Regius C. 3634. 2.

Foliorum 327, maj. (0^m, 30 × 0, 283), columnis binis, exaratus in. saec. XIII.Passim Vitis sanctorum intermixtae sunt homiliae et annuntiationes ex Adonis martyrologio aucto. — In capite codicis chartae agglutinatae folio insiticio manu saeculi XVIII inscriptus est index contentorum, ubi nota : *fol. 31^v Incipit martyrologium* (1), *quod videtur esse Nevelonis, Autissiodorensis ac postea Corbeiensis monachi* (2), *ut liquet ex sanctis Autissiodorensibus qui ut in*(1) Mutilum scilicet, incipiens in die 1 januarii et desinens in die 28 julii. — (2) De quo videsis *Hist. litt. de la Fr.*, tom. VIII, p. 390-92; L. Delisle, *Cod. des mss.*, tom. II, p. 118.

Corbeiensi Nevelonis et in isto specialius ac stylo fusiori recitantur. Scriptor libri videtur fuisse Carnotensis quispiam, qui vivens Carnoti ac sub oculis habens exemplar martyrologii Nevelonis, post recitatos sanctos cujuscumque diei, gesta alicujus e notabilioribus integre refert, ac praesertim sanctos dioecesis Carnotensis. Notabis etiam ad d. 3 januarii obitum Gisleberti Carnotensis episcopi, et ad d. 13 maii, dedicationem ecclesiae B. Mariae Carnotensis.

1° Vita vel assumptio sancti Johannis apostoli et evangelistae, qui supra pectus Domini in cena recubuit (fol. 1^r-6^r).

Epistola Pseudo-Melitonis, ed. ap. Fabricium, *Cod. apocr. N. T.*, tom. II, p. 604-23.

2° [Vita] beatissimi Silvestri papae urbis Romae (fol. 8^r-30^v).

Ed. ap. Mombrithum, tom. II. Om. prol.

3° Passio sanctae Columbae virginis (fol. 30^v-31^v).

Ed. *ibid.*, tom. I.

4° Vita sanctae Genovefae virginis (fol. 33^r-40^v).

Ed. ope hujus codicis ap. Kohler, *Étude critique sur le texte de la vie latine de S^{te} Geneviève*, p. 5-47; cfr. p. xxiv, 1°.

5° Vita beati Pauli primi eremitaе (fol. 44^r-47^v).

Auctore Hieronymo, ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Jan., tom. I, p. 604-7. Num. 18 in *cod. pro Hieronymi* legitur nomen *Evagrii*.

6° Vita sancti Hilarii episcopi (fol. 47^v-51^r).

Auctore Fortunato, ed. *ibid.*, ad d. 13 Jan., p. 790-93. Sed in *cod. pro prologo libri I* (tom. cit., p. 790, num. 1) praepositus est prologus libri II (*ibid.*, p. 793, num. 1).

7° De miraculis nuper ostensis (fol. 51^r-53^r).

Ed. *ibid.*, p. 793-95. Omm. numm. 1, 2 et 13.

8° Vita beati Felicis Nolani presbyteri, mense januarii die quarta decima (fol. 54^v-55^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 14 Jan., p. 931.

9° Passio sanctorum martyrum Marcelli papae, Cyriaci, Sisinnii, Largi et Smaragdi diaconorum, xvii kal. februarii (fol. 55^v-59^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p. 5-9.

10° Vita sancti Fursei (fol. 59^v-65^v).

Ed. *ibid.*, p. 36-41. Mutila desinit in verbis *causa ecclesiae* (num. 39 in.).

11° Passio sanctorum martyrum Speusippi, Eleusippi
et Meleusippi (fol. 65^v-70^v).

Auctore Warnahario, ed. *ibid.*, ad d. 17 Jan., p. 76-80.

12° Vita sancti Launomari confessoris (fol. 70^v-76^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 19 Jan., p. 230-35.

13° Passio sancti Sebastiani martyris (fol. 76^v-93^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 20 Jan., p. 263-78.

14° Passio sanctae Agnetis virginis et martyris (fol.
93^v-97^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 21 Jan., p. 331-34.

15° Passio beatissimi Vincentii levitae et martyris
(fol. 97^r-101^r).

Bene convenit cum Passione ed. *Anal. Boll.*, tom. I, p. 263-70. In *cod. om.*
num. 2, sed praepositus est prologus ed. *Act. SS.*, tom. II Jan., p. 394, num. 1.

16° Passio sancti Polycarpi (fol. 103^v-105^v).

Fragmentum epistolae ecclesiae Smyrnensis, ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Jan., tom. II,
p. 703 sqq. Desinit in verbis *facere non solebat* (num. 11 fin.).

17° Vita sancti Juliani episcopi et confessoris (fol.
106^r-112^r).

Auctore Lethaldo, ed. *ibid.*, ad d. 27 Jan., p. 762-67.

18° Passio beati Ignatii episcopi et martyris (fol.
113^r-118^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 1 Febr., tom. I, p. 29-33.

19° Passio sanctae Agathae virginis (fol. 119^r-121^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 5 Febr., p. 613-18. Om. num. 1.

20° Passio sanctorum martyrum Marii et Marthae
cum duobus filiis Audifax et Abbacuc (fol. 123^v-
126^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 19 Jan., tom. II, p. 216-19. Omm. numm. 12-14.

21° Passio sanctae Julianae (fol. 126^v-130^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 16 Febr., tom. II, p. 873-77.

22° Vita sancti Albini episcopi et confessoris (fol.
132^v-135^v).

Auctore Fortunato, ed. *ibid.*, ad d. 1 Mart., tom. I, p. 57-60. Om. prol.

23° Vita beati Gregorii (fol. 137^r-145^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 12 Mart., tom. II, p. 130-37.

24° Vita sancti ac gloriosi praesulis Leobini, qui Carnotis meritis vivit (fol. 145^r-151^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 14 Mart., p. 330-34.

25° [Passio] beati Focae martyris (fol. 151^r-155^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II.

26° Vita beatissimi Benedicti abbatis (fol. 156^v-169^v).

Auctore S. Gregorio, ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Mart., tom. III, p. 277-88. Mutilla desinit in verbis *salute permansit* (p. 587 f).

27° Passio sancti Georgii martyris (fol. 175^r-180^v).

Inc. *Eo tempore quo Diocletianus Romani orbis gubernandum suscepit imperium, cum undique res publica multis ac diversis quateretur incommodis, Carausio videlicet per id tempus in Britanniiis sumpta purpura rebellante...*

28° Passio sancti Vitalis martyris (fol. 183^r-184^r).

Desumpta ex epistola S. Ambrosii ed. *Act. SS.*, tom. III Jun., p. 821-22; scilicet numm. 19, 20 et 21 usque *migraret ad Christum*. Inc. *Vitalis igitur inclitus Christi martyr, praeclearissimorum Protasii et Gervasii pater, nobili ortus genere, vir consularis...*

29° Assumptio sancti Philippi apostoli (fol. 185^v-186^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 1 Maii, p. 11-12. Omisso num. 1, inc. *Sanctus igitur Philippus apostolus*.

30° Passio sancti Jacobi apostoli (fol. 186^r-186^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II, lectionibus variantibus ut in cod. Brux. 380-82 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 203, 4°), nisi quod et paulo amplior est clausula et Vita inc. *Jacobo apostolo praesidente cathedrae ecclesiae Hierosolymorum*.

31° De inventione sanctae crucis (fol. 189^r-192^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. I.

32° [Vita] sancti Beati confessoris (fol. 194^r-196^r).

Ed. ex cod. Carnotensi ap. C. Métais, *Saint Bienheure de Vendôme; vie et offices inédits* (Vendôme, 1888), p. 27-34.

33° Passio sancti Gordiani (fol. 197^r-199^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Maii, tom. II, p. 532-33.

34° Passio sancti Pontii martyris (fol. 200^r-206^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 14 Maii, tom. III, p. 274-79.

35° Passio hic spondet narrare fideliter almus Presbyter Emanus quali sit morte sepultus (fol. 206^v-210^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 16 Maii, p. 596-99.

36° Passio sancti Peregrini martyris (fol. 210^v-212^r).Ed. *ibid.*, p. 563-64.**37° Passio sancti Desiderii (fol. 213^v-215^r).**Auctore Warnahario, ed. *ibid.*, ad d. 23 Maii, tom. V, p. 244-45.**38° Passio sancti Prisci martyris (fol. 216^r-216^v).**

Ed. *ibid.*, ad d. 26 Maii, tom. VI, p. 365-67. Sed in cod. num. 2 his paucis verbis contractus est : *Hoc audiens impiissimus Alexander dixit Prisco : His et tu consentis ? Priscus respondit : Utique, sicut unum Deum colimus....*
Et folio avulso Passio mutila desinit in verbis *curricula irruentibus* (num. 4 in.).

39° Vita sancti ac beatissimi Germani Parisiacaе urbis antistitis, edita a venerabili Fortunato episcopo (fol. 222^r-228^r).Ed. *ibid.*, ad d. 28 Maii, p. 778-87. Omm. num. 23-41.**40° Translatio corporis sancti Germani episcopi (fol. 228^r-231^v).**Ed. *ibid.*, p. 788 sqq. Mutila desinit in verbis *nulla in exspectando* (p. 791, num. 10).**41° Passio sanctorum Marcellini et Petri martyrum (fol. 235^r-237^v).**Ed. *ibid.*, ad d. 2 Jun., tom. I, p. 171-73.**42° Passio sanctorum martyrum Cantii, Cantiani et Cantianillae, quae celebratur ii kal. junii (fol. 237^v-239^r).**Ed. *ibid.*, ad d. 31 Maii, tom. VII, p. 428-30, lectionibus variantibus sicut in cod. Namurcensi 53 (cfr. *Anal. Boll.*, tom. I, p. 311, 32°).**43° Passio sancti Lifardi presbyteri (fol. 239^r-241^v).**Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Jun., tom. I, p. 300-2.**44° Vita sancti Medardi episcopi (fol. 243^r-245^v).**Auctore Fortunato, ed. *ibid.*, ad d. 8 Jun., tom. II, p. 79-81.**45° Passio beati Viti martyris (fol. 248^r-252^r).**Ed. *ibid.*, ad d. 15 Jun., p. 1021-26. In cod. add. hymnus *Alma beati martyris Viti canamus trophaea...***46° Passio sancti Cyrici et Julittae matris ejus, qui passi sunt sub Alexandro imperatore (fol. 253^r-256^v).**Rebus narratis convenit cum Passione ed. *ibid.*, ad d. 16 Jun., tom. III, p. 28-33.

47° Vita sancti Aviti (fol. 256^v-261^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 17 Jun., p. 331 sqq. Om. prol. et Vita mutila desinit in verbis *toties nomen suum* (num. 13 in.).

48° Passio sanctorum Gervasii et Protasii (fol. 261^v-266^r).

Eadem quae descripta est *Cat. Brux.*, tom. II, p. 33, 25°. Insuper in fine add. ex epistola Ambrosii numm. 17, 18 et num. 21 inde a *cumque ab intestato...* cum seqq.

49° Passio sancti Albani martyris (fol. 267^r-268^r).

Ex Bedae *Hist. Eccl.*, lib. II, ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jun., tom. IV, p. 147-48.

50° Passio sanctorum apostolorum Petri et Pauli (fol. 273^r-279^r).

Epistola Marelli, ed. apud Fabricium, tom. II, p. 632-33.

51° Commemoratio iterum sancti Pauli (fol. 279^r-280^v).

Pars lib. II epistolae Lini, ed. *Max. Bibl. PP.* Lugdun., tom. II, part. I, p. 70. Desinit in his verbis : *militēs igne cremari, Paulum vero decollari* (*ibid.*, p. 71 c).

52° Vita sancti Carilephi (fol. 280^v-284^v).

Compendium Vitae editae *Act. SS.*, ad d. 1 Jul., tom. I, p. 90 sqq. Cfr. *ibid.*, p. 88, num. 19, et *Anal. Boll.*, tom. VIII, p. 172, 47°.

53° Passio sanctorum Processi et Martiniani (fol. 285^r-286^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Jul., tom. I, p. 303-4.

54° Translatio sancti Martini episcopi (fol. 287^r-287^v).

Gregorii Turonensis *De miraculis S. Martini*, lib. I, cap. 3.

55° Omelia Albini magistri de vita sancti Martini (fol. 287^v-289^v).

Ed. P. L., tom. CI, p. 637-62.

56° Sermo Severi de transitu sancti Martini (fol. 289^v-290^v).

Sulpicii Severi epistola ad Aurelium diaconum, ed. P. L., tom. XX, p. 178-80.

57° Passio sanctae Felicitatis cum VII filiis suis (fol. 292^r-293^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Jul., tom. III, p. 12-13.

58° Translatio sancti Benedicti abbatis (fol. 293^v-297^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 21 Mart., tom. III, p. 302-3.

59° Vita sancti Arnulphi (fol. 297^v-301^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 18 Aug., tom. IV, p. 403-7. Sequitur Translatio S. Arnulphi ed. *Anal. Boll.*, tom. VIII, p. 97-98, num. 1-4. Cod. ut plurimum convenit cum cod. ibi signato 2.

60° Vita sancti Arsenii confessoris (fol. 301^v-302^r).

Ed. ap. Rosweydam, *Vitae Patrum*, p. 506-7, num. 57-58 (P. L., tom. LXXIII, p. 762-64).

61° Passio sanctae Praxedis virginis (fol. 302^v-303^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Maii, tom. IV, p. 300, num. 5-8.

62° [Vita sanctae Mariae Magdalenae] (fol. 303^v-305^r).

Vita cum prologo, ed. ap. Faillon., tom. II, p. 433-33, et initium sermonis Odonis, ed. *Act. SS.*, tom. V Jul., p. 218; scilicet num. 170-72.

63° Passio sancti Apollinaris pontificis et martyris (fol. 306^r-311^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Jul., tom. V, p. 344-50.

64° Passio sancti Jacobi apostoli fratris Johannis evangelistae, cujus festivitas celebratur viii kal. augusti (fol. 311^v-314^r).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II.

65° Passio sancti Christophori martyris (fol. 314^r-317^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Jul., tom. VI, p. 146-49.

66° Passio sanctorum vii dormientium (fol. 317^v-321^r).

Versio altera Passionis editae *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 253-59, paulo minus proluxa, sed eadem referens et eodem ordine.

67° Vita sancti Samsonis episcopi (fol. 321^r-326^v).

Pars Vitae ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Jul., tom. VI, p. 573 sqq.; scilicet lib. I, num. 1-22.

68° Vita sancti Pauli primi eremitae (fol. 327^r-327^v).

Initium Vitae de qua supra, 5° (p. 487). Mutila desinit in verbis *eremo conse-*
disse (num. 8 in.).

CCLIX. Codex signatus num. 5281.

Olim Puteanus, deinde Regius C. 4217.

Foliorum 165, med. (0^m, 28 × 0, 22), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1° Vita sanctae Mariae Magdalenae (fol. 1^r-6^r).Ed. ope hujus codicis ap. Faillon, *Monuments*, etc., tom. II, p. 437-46.**2° Translatio beatae Mariae Magdalenae (fol. 6^r-9^v).**Ed. *ibid.*, p. 745-52.**3° Lectiones sancti Martini episcopi Turonensis (fol. 14^r-18^r).**

Concinnatae ex *a*) Sulpicii Severi epistolae ad Bassulam parte posteriori (*Martinus igitur obitum suum*.... P. L., tom. XX, p. 181 extr.); *b*) Eiusdem Sulpicii epistolae ad Aurelium initio (usque ad.... *videri ultra non potuit*, *ibid.*, p. 179, lin. 13); *c*) Gregorii Turonensis *Hist. Franc.*, lib. I, cap. ult. (usque ad... *cum magna confusione ad propria sunt reversi*); *d*) Eiusdem *De miraculis S. Martini*, lib. I, capp. 4, 5.

4° [Passio] sanctae Luciae (fol. 18^r-21^v).

Ed. ap. Surium, ad d. 13 Dec.

5° Passio sancti Thomae martyris archiepiscopi Cantuariensis (fol. 25^r-29^v).Ed. P. L., tom. CXC, p. 335 sqq. Desinit mutila in verbis *archiepiscopus diutius molitus est* (tom. cit., p. 340 med.).**6° [Passio] sancti Sebastiani (fol. 29^v-32^v).**Auctore Ambrosio, ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Jan., tom. II, p. 265 sqq. Mutila desinit in verbis *et penitus finire non novit* (num. 10 init.).**7° [Passio sanctae Agnetis (fol. 32^v-36^r).**Auctore eodem, ed. *ibid.*, p. 331 sqq. Sed in codice leguntur tantummodo numm. 1-8, 14 (cum prima sententia num. 15) et 17.**CCLX. Codex signatus num. 5283.**

Olim Colbertinus 296, deinde Regius C. 4174. 4.

Foliorum 194, med. (0^m,30×0,205), lineis plenis, exaratus diversis manibus saec. XI.**1° x kal. augusti, passio sancti Apollinaris martyris (fol. 1^r-8^r).**Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Jul., tom. III, p. 344-50.**2° viii kal. augusti, passio sanctae Christinae virginis et martyris (fol. 8^r-17^r).**

Verbis passim diversa, sed rebus narratis et narrationis ordine prorsus eadem

cum Passione ed. *ibid.*, ad d. 24, p. 524-28. Inc. *Erat quaedam sancta puella de Tyro in spe Dei in virginitate custodienda* (sic) : *nondum erat annorum undecim*, fere ut in codice Mazarinaeo a majoribus nostris inspecto (cf. tom. cit., p. 506, n. 65).

3° VIII kal. augusti, passio sancti Jacobi [Majoris] apostoli (fol. 17^r-21^v).

Ed. ap. Mombritium, tom. II.

4° Vita sancti Evurtii episcopi, quae est VII idus septembris (fol. 22^r-33^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 7 Sept., tom. III, p. 52-58. Deest clausula *Ego Lucifer...*

5° Vita sancti ac beatissimi Aniani episcopi et confessoris (fol. 33^r-40^r).

Ed. ope hujus codicis ap. Aug. Theiner, *Saint Aignan ou le siège d'Orléans*, p. 27-33.

6° Vita sancti ac beatissimi Verani episcopi [Cavellensis] et confessoris, virtutum signis splendentis (fol. 40^r-48^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 19 Oct., tom. VIII, p. 467 sqq. *Mutila desinit in verbis... sed etiam deerat navigium, nec etiam nauta* (tom. cit., p. 470, n. 26 med.).

7° XVI kal. octobris, passio sanctorum Luciae et Geminiani (fol. 49^r-54^r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II.

8° XVI kal. octobris, [passio sanctae] Euphemiae (fol. 54^r-58^r).

Verbis diversa ab iis quae editae sunt apud Mombritium, tom. I et *Act. SS.*, ad d. 16 Sept., tom. V, p. 266-73.

9° XV kal. octobris, passio sancti Lamberti episcopi et martyris (fol. 58^r-69^v).

Auctore Godescalco, ed. *Act. SS.*, ad d. 17 Sept., tom. V, p. 574-80.

10° VI kal. octobris, passio sanctae Justinae virginis et martyris (fol. 69^v-78^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 26 Sept., tom. VII, p. 217-19 et (pars posterior, a fol. 75^r, lin. 8) ap. Martene, *Thes. Nov. Anecd.*, tom. III, p. 1646-50, verbis paulo diversis.

11° V kal. octobris, passio sanctorum Cosmae et Damiani (fol. 78^r-85^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 28 Sept., p. 474-78.

12° Vita sancti Maturini, quae est kal. novembris (fol. 85^r-93^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 230 (1)-53.

13° Vita sancti Lupi episcopi et confessoris (fol. 93^v-101^r).

Ed. *ibid.* ad d. 1 Sept., tom. I, p. 253-64. Adsunt duo ultimi numeri.

14° III nonas novembris, passio sancti Eustachii (fol. 101^r-112^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 20 Sept., tom. VI, p. 123-33. Deest prologus.

15° Passio beatissimi Juliani martyr, qui passus est Arvernus apud Brivatensem vicum v kal. septembris (fol. 112^v-143^v).

Auctore Gregorio Turonensi, ed. inter ejus opera (ed. Arndt et Krusch), p. 333-84.

16° [Passio sanctae Beatricis] (fol. 143^v-145^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Jul., tom. VII, p. 36.

17° [Vita sancti Mansueti episcopi] (fol. 145^r-158^v).

Auctore Adstone, ed. *ibid.*, ad d. 3 Sept., tom. I, p. 637 sqq. In fine mutila, foliis excisis, desinit in verbis... *multo magis praestantius et poten* (tom. cit., p. 643 extr.)

18° Vita sancti Maglorii, quae est VIII kal. novembris (fol. 159^r-182^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 24 Oct., tom. X, p. 782 sqq. Praemissus est prolixus prologus (fol. 159^r-161^v), sed nihil continens praeter locos communes quos hagiographi illius aetatis ad pietatem fovendam afferre solebant : quod idem dicendum est de iis quae in codice inserta sunt initio num. 4 (fol. 162^v-164^r) et in fine numeri 3 (fol. 166^r-167^r). Desinit Vita mutila in verbis *qui aperit et nemo claudit* (num. 23 extr.).

19° Nonas octobris, passio sanctorum martyrum Sergii et Bacchi (fol. 183^r-187^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 7 Oct., tom. III, p. 833-69.

20° Vita beati Laudi confessoris atque pontificis, quae [est] x kal. octobris (fol. 188^r-193^v).

Inedita, ut videtur. Vid. infra Append.

(1) Ubi per typographicum mendum pro 5283 legitur 3283.

Appendix ad cod. 5283.

VITA S. LAUDI EPISC. CONSTANTIENSIS (Cfr. supra, 20°).

**Incipit prologus vitae beati Laudi confessoris atque pontificis,
quae [est] x kal. octobris.**

1. Quoniam omnipotens ineffabili pietate dispositor cunctarum rerum in caelo et in terra, in mari et in omnibus abyssis, Dominus noster Jesus [Christus] primordia vitae nostrae in bono stabilivit, et foedatum primi parentis praeviatione cosmum ipse, qui est summa bonitas, redintegratione boni formavit. Quique praesentia inedicibili semet nobis manifestari in posterum intemeratae et intactae utero virginis voluit, multimodo stigmatum indagine priores priscoque patres fortes ac robustos reddidit famulatui suo, patriarchas scilicet et prophetas, qui veluti leonis fortitudine meritorum vicerunt hostem antiquum diabolum, qui persuasione sua omnem contriverat mundum et versutia suae malignitatis omnem sibi subjugaverat terram. Deinde inedicibili suae pietatis munere dignatus visere terras, fortem armatum attrivit, ejus spolia distribuit, ipsumque Leviathan hamo suae incarnationis occupavit sibi que sanctam Ecclesiam sponsam elegit, et ipse vitis multos palmites virtutum honorumque operum claritate fecit lucidos ac coruscos, ut frustrato lividi hostis molimine, fierent filii ac rectores sanctae matris Ecclesiae, jamque spe provecti promissionis supernae et fidei de aeterna jucunditate, parvi penderent ima hujus vitae in comparatione felicitatis aeternae. Quos Dominus conditor noster in tanta exaltatione provexit, ut in omnem terram sonus eorum exiret et in fines orbis terrae verba eorum divulgarentur per credentium ora. Quorum merita micant per arva, ut eorum interventu et orata daemones effugentur ab obsessis corporibus, morbi curentur humani, et quicquid est virtutis contrariae eorum privetur interventione. De quorum contubernio beatus Laudus extitit ardens amore fidei velut ignis in domo, ut ejus pio exemplo Ecclesiae Christi augetur fortitudo. Cujus ita sunt crebra miraculorum signa, ut nec scriptorum quidem queat comprehendere pagina; sed e plurimis exerentes pauca, vertamus stilum ad ejus pia intimanda gesta, prout docuerit virtus divina. **Explici[t].**

Incipi[t] vita jam fati beati Laudi confessoris Christi atque pontificis.

2. Eo tempore, quo Childebertus optime et secundum Dei timorem sanctionemque priorum regum Francorum regni regebat habenas, beatus Possessor. Constantiae civitatis episcopus, multorum miraculorum signis effulgens, multos in fide sacra exemplo et opere roboravit, propriaeque diocesis peragrans loca, oves sibi commissas a jaculis infestantis inimici, qui ut leo rugiens circuit quae-

rens quem devoret, pervigili corde ac instanti tutela omnipotentis Dei clementia sagaciter eripuit ac famulatu Christi efficaciter mancipavit, flexuosos insuper antiqui hostis spiculos evidentiter effugere per arma justitiae docuit. Qui beatus Possessor multorum annorum curriculis Domino militans, tandem jam provectus aetate, certus de remuneratione, adveniente exitus sui die, xxx^{mo} v^{to} episcopatus sui anno mortem subiit temporalem et perpetuam invenit quietem.

3. In cujus sacratissimi corporis resolutione omnis clerus cunctusque populus utriusque sexus, virorum ac mulierum, Constantiae urbis adfuit, de absentia tanti patris maesta, in exequiis autem ejusdem sancti sollicita. Qui omnes unanimiter totam noctem pervigilem ducentes, psalmis, hymnis, canticis spiritalibus Domino psallentes exequiarum more sacrum custodiebant corpusculum. Dum autem hoc omnes votive et sinceriter peragerent, et de pastore in posterum solliciti essent, duo tandem presbyteri, divina, ut credo, pietate ducti, in somni sunt mole depressi. Cumque opprimerentur a somno, in ipso sui operis articulo viderunt subito virum omni honestate pollentem, venerabili canitie praeditum, niveis ad instar vestibus septum, qui haec illis intulit dicens : *Nolite, fratres, nolite diutius mentis anxietate pro pastore amisso turbari, quoniam misit vobis Dominus pastorem juvenili aetate pollentem, quem, priusquam nasceretur, matris in visceribus benedixit ac columnam Ecclesiae pastoremque vobis futurum praelegit, qui tribuat in tempore vobis tritici mensuram : praeclarum scilicet Laudum, merito et nomine laudabilem ; ipsumque habebitis pontificem.* Cumque supradicti presbyteri tanta visione simul et admiratione essent expergefacti, omni clero et omni populo visionis suae intimarunt summam et de pastoris electione reddiderunt animatos. Tunc omnes pariter Dominum benedicentes, sepulturae tradiderunt beati Possessoris corpusculum, et licet renuentem et tali negotio se fore indignum proclamantem, tandem omnis concursus totius cleri ac populi affectus eligunt insignem meritis beatum Laudum, [protestantes] se proprium habituros pastorem ac rectorem, qui prioris patris ad instar illis meritorum executione fieret praevious, et de grege sibi commissio hinc inde sollicitus, per semitam mandatorum Dei deduceret pius.

4. Inito praeterea consilio, pro regali assertione ac procerum opitulamine Childebertum inclitum regem Francorum petunt unanimiter proclamantes in hac voce : *Tuam, inclite rex, petimus pietatem obnixae, quo nobis dudum pastore orbatis tuam ne differas clementiam. Oramus enim, et scimus a Deo nobis datum esse, ut Laudum meritorum copia rutilantem tua procerumque tuorum electione mereamur pastorem habere.* Isdem autem rex jam pridem intempestae noctis silentio pro hac eadem re angelica fuerat ammonitione pulsatus, scilicet ut Constantiae urbis populo satisfaceret eisque pastorem beatum Laudum tribueret. Tunc rex inclitus, angelica visione expertus, simul petitione pulsatus procerum episcoporumque unanimi voluntate, quod petunt jubet impleri ecclesiastica sanctione.

5. Siquidem eo tempore antistes praeclarus et meritis magnus, beatus scilicet

* cod. in-
tempesta.

* sic.

Gildardus, sanctae Rotomagensis ecclesiae civitati praerat pontifex ; ejus benedictionis munere eum oportebat sublimari pontificali in apice. Tunc isdem memoratus sacerdos Christi simul et pontifex pro re fata * regis est accitus in curia, ut eum scilicet roboraret in ordine pontificali benedictione sua. Quod audiens faustus antistes, ac juvenilem in eo cernens aetatem, erat enim annorum 3 xii^{clm}, nec tamen mentis intuens meritorum magnitudinem, ad sacros quidem gradus promoveri disposuit, episcopatus autem ad apicem eum promovendum indignum et nimium rudem est arbitratus. Dumque hujus rei anxietate aestuaret, et semet sopori dedisset, adest ei angelus nimia claritate praefulgidus, eumque tali affamine est affatus : *Gildarde, inquit, pastor beate, vas electionis ac 10 rector Ecclesiae, ne existas ultra * istius de merito anxius, quoniam praefecit eum Deus Constantiae urbis populo. Quapropter ne pigriteris eum tua insigniri * benedictione, quoniam multa beneficia per illius merita ostensurus est Dominus in civitate memorata. Expergefactus autem isdem pontifex, divina animatus inspiratione, eum benedixit episcopali more. 15*

* (p. r. f.)
corr. in
marg.
praefati.

* cod.
ultra.

* sic.

6. Cum igitur esset sanctus Domini et praeclara Ecclesiae columna beatus Laudus annorum xii^{clm}, congregata non modica multitudine utriusque sexus populi, diversa aetate, pari sensu et voluntate, clericorum scilicet ac laicorum, quorum pia Dominus lumine claritatis illustraverat corda, convenerunt ad tam gloriosum tamque cunctis acceptabile spectaculum, ubi augebatur triumphus 20 Ecclesiae ac frustrabatur inimicus saeva jaculatione. Eligitur ergo, immo et rapitur, ad pontificale fastigium, et omnes proclamant aequisonis vocibus se velle talem tantumve habere patronum, qui eos a saevorum luporum hiatu in pascuis Ecclesiae tueatur pervigili tutamine, atque fortes et infirmos custodiat veluti oves in caulis spiritualis Hierusalem. Quis referre valet quanta exultatio facta est 25 populi in ordinatione tanti patris, quale gaudium, dum inspiciunt se et instantis foveri tutamine, et futura fruituros benedictione ?

7. Sortitus siquidem culmen tanti honoris, semet confestim artius ad agenda opera pietatis exercebat et sibi subditis imponebat alimenta vitae perennis. Erat enim norma pietatis plenus, caritate stipatus, humilitate praecipuus, morum 30 honestate praefulgidus, in elemosynis largus, mansuetudine firmus, vultu serenus, sensu sobrius, corpore castus, atque inter divites et pauperes medius, ita ut pauperes illum tamquam pauperem aestimarent, divites vero superiorem se aspiicerent. Vigiliis atque orationi deditus, sermone cautus, obque amorem vitae aeternae cilicio tectus et cinere, atque inedia et jejuniis attritus, Christo mili- 35 tans, supplicabat pro populo sibi commisso prece continua. Quis vero ejus abundantiam rigantis ingenii contendat evolvere aut ejus monita salubria valeat explicare ? quam in disertatione providus, in tractatu profundus, per litteraturam eloquens, per virtutes mirabilis, in complexione multiplex, in resolutione subtilis, astutus ut serpens, columbae simplicitatem non amittens ; sal conditi ingenii. 40 fons loquendi, thesaurus scientiae, lux doctrinae, defensor Ecclesiae, tutamen plebis sibi commissae. Crescebat autem in eo cotidie opinio famulatrix virtutum

et augebatur meritorum gratia praecurrente; idque actum est, ut in toto orbe velociter beati pontificis Laudi gloria militaret. Erat enim in silentio sedulus, in vigiliis expertus, in jejuniis parcus, in oratione creberrimus, in conversatione privatus, in litteris doctus, in cunctis dogmatibus eruditus. Sed nec aliud in colloquio aut in praedicatione cotidianis diebus studebat, nisi quod ad totius animae remedium aut per paenitentiae luctum pertinere possit aut per elemosynam suffragare. Numquam in ipsum reperire potuit antiquus coluber per astutiam fraudulentam vel quod dolosis ingeniis persuaderet vel quod venenosis morsibus sauciret. Et ideo non est mirum, si talis infra metas sanctae matris Ecclesiae efficeretur magister et doctor in populis, qui tam sancte et juste vitam suam componebat in terris. Haec itaque pro tempore dicta, nunc stilum vertamus ad ejus intimanda pia gesta.

8. Igitur dum ex more quadam nocte beatus antistes Domini Laudus amore regni caelestis caulas ecclesiae maturius surgens circuiret pervigil, accidit, ut mulier quaedam oculorum frustrata lumine ante fores jaceret ecclesiae, Domini pro sua inedia supplicans clementiam, simul et sancti viri praestolans praesentiam, ut ei pius Dominus per interventum beati viri, remotis latebrosis claustris, lumen ei restitueret salutare. Quae ut audivit adventum sancti viri, extemplo magna cum voce supplementum beati Laudi coepit tali affamine proclamare :
O sancte Laude, pie Christi minister et pontifex, subveni meae miseriae, quae sum orbata utroque lumine. Oro itaque et pro certo in cordis abdito credo, quia si tuarum manuum amplexum caecitas mea senserit, pristina recuperata sanitate, videns et gaudens abibo. Quod audiens vir sanctus, superno animatus desiderio, sensit in se virtutem et posuit super oculos ipsius manus, ... exaudifuum promens prooemio tali : *Dominator caeli et terrae, pie rex, Deus fortis et potens, qui de spulo lutum fecisti et linisti oculos caeci nati lumenque ei restituisti, concede mihi indigno famulo tuo in te confidenti opem misericordiae tuae, ut per mearum manuum impositionem recipiat pristinum lumen.* Tunc imponens manus super oculos ejus, inquires haec verba : *Inlumina, Domine, vultum tuum super nos et miserere nostri* ; et confestim caecitate frustrata, sanitate recepta, ad propria rediit laeta.

9. Interea vir sanctus, dum strenue populi sibi commissi curam ageret, anno episcopatus sui xx^{mo}, prout res exposcebat, iter arripiens, cupiebat Childebertum Francorum regem invisere Parisius. Accidit autem ut praecedent eum ministri ad praeparanda iterantibus necessaria aptumque requirerent negotio tali locum. Qui praecedentes invenerunt arborem magnam, antiquam, ramis opacam, iterantibus aptam. Ubi pro tempore necessaria componentes, stefadium beati viri sub memorata arbore posuerunt et necessaria apposuerunt. Veniens autem vir Dei, repletus Spiritu sancto, intellexit in ea versuta molimina lividi chelidri latitare. Exorsus est ad suos magna cum voce : *Tollite, tollite, filii, quae posuistis sub arbore citi, ne vos circumveniat repentina calamitas*

* cod.
frustrato.

* sic.

* cod.
abdita.

* vox praetermissa, spatiolo vacua relicto
 " cod.
 proemia.

* sic.

inimici, quae latet in arbore ista. Qui extemplo ab ipsa arbore cuncta propellentes, mox ab imis radicibus, tamquam a rapidissimo turbine, eradicata est, omni hostis antiqui adversus sanctum pontificem suosque frustrato versutiae
 * sic. suae molimine. Qui tandem Parisius perveniens, optime est a Childeberto rege susceptus, adeptaque petitione rediit ad propria, Christo Domino duce. 5

10. Alia quidem sunt multa, quae per eum Dominus operari dignatus est, nobis quidem incognita, Deo autem nota. Sed quantum ad nostras fidelibus narrantibus viris perlatum est aures, si omnia cupiam prosequi, dies, ut opinor, antequam sermo, cessabit. Nam quas per eum Dominus virtutes non edidit, cum et mortis vitam, caecis visum, paralyticis gressum, surdis auditum, a daemonibus oppressis restituit sanitatem? Igitur sanctissimus Domini Laudus feliciter cursu peracto, adveniente sanctissimi obitus die, x^{mo} et vi^{to} ordinationis suae anno migravit ad Christum x kal. octobris, cui est gloria, laus et jubilatio in saeculorum saecula. Amen.

Adjuvet nos in omnibus sanctus Laudus confessor Christi praecipuus. 5

CCLXI. Codex signatus num. 5284.

Olim Folcardimontensis, deinde Colbertinus 2632, postea Regius C. 3863.4.4.
 Foliorum 194, med. (0^m, 323 × 0,23), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° [Passio sancti Ignatii] (fol. 3^r-4^v).

Ed. Act. SS., ad d. 1 Febr., tom. I, p. 29-33. Sed avulsis foliis in capite codicis, incipit acephala his verbis: *pompam exhibentes, sanguinibus terram maculabant* (num. 12 extr.).

2° Passio sanctorum martyrum Alexandri, Eventii et Theoduli (fol. 10^v-14^v).

Ed. ibid., ad d. 3 Maii, tom. I, p. 371-75.

3° Passio sanctorum martyrum Peregrini episcopi sociorumque ejus (fol. 18^v-20^r).

Ed. ibid., ad d. 16 Maii, tom. III, p. 565-64.

4° Passio sancti Petri exorcistae (fol. 20^r-22^r).

Passio sanctorum Marcellini, Petri et sociorum, ed. ibid., ad d. 2 Jun., tom. I, p. 171-73.

5° Passio sanctorum martyrum Nazarii et Celsi pueri (fol. 22^r-22^v).

Ed. Cat. Bruw., tom. I, p. 50 sqq. Sed foliis excisis desinit mutila in his verbis *Cui et dixit: Quis es* (num. 3 med.).

6° [Inventio S. Barnabae apostoli] (fol. 23^r).

Passionis scilicet sub nomine Joannis Marci editae pars extrema (*Act. SS.*, ad d. 11 Jun., tom. II, p. 433, num. 48), his verbis compendio redacta : *Interim ego praefatus Johannes, qui et Marcus, una cum praedictis Tymone et Rodone occulte nocturnis horis tulimus illud et collocavimus in crypta quae olim fuerat habitatio Jebusaeorum, tertio idus junii, hoc est undecima die ipsius mensis. Et sequitur : Propter hanc itaque occultam collocationem plurimis annorum curriculis venerabile corpus illius latuit nec inveniri a christicolis valuit. Sed Deus omnipotens, qui non patitur occultare gloriam sanctorum suorum, tempore Zenonis imperatoris et sancti Gelasii papae, eodem apostolo revelante, corpus ejus inventum est atque cum hymnis et laudibus in alio loco mirifice collocatum est, ad honorem et gloriam D. N. J. C.....*

7° Vita sancti Silvestri papae (fol. 23^r-44^v).

Ed. ap. Mombritium, tom. II.

8° Vita sanctae Euphrosynae (fol. 44^v-48^v).

Ed. ex Rosweydi *Vit. PP.*, P. L., tom. LXXIII, p. 643-52.

9° Vita sancti Basilii archiepiscopi (fol. 48^v-61^v).

Versio alia Vitae adscriptae S. Amphilochio, ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Jun., tom. II, p. 938-88.

10° Epistola Odonis... (fol. 61^v-62^v), Epistola Fausti... (fol. 62^v-64^r), Vita sancti Mauri abbatis (fol. 64^r-77^v), Libellus seriem miraculorum praesentis temporis decurrens... (fol. 77^v-89^r).

Omnino sicut in codice 3 (supra p. 1-2), 1°, 2°, 3° et 5°.

11° Vita sancti Martini archiepiscopi (fol. 89^r-98^r).

Auctore Sulpicio Severo, ed. P. L., tom. XX, p. 150-76. Epistola autem ad Desiderium, quae ibidem Vitae praemissa est, legitur in codice (sub prava inscriptione *ad Eusebium*) inferius fol. 104^v-108^r.

12° Epistola Severi ad Eusebium presbyterum postea episcopum (fol. 98^r-99^v), epistola ejusdem ad Aurelianum diaconum (fol. 99^v-100^v), epistola Severi ad socrum suam Basulam... (fol. 100^v-102^v).

Editae *ibid.*, p. 174-84.

13° Narratio Gregorii Turonensis de obitu sancti Martini (fol. 102^v-103^r); Visio beati Severini episcopi de obitu sancti Martini (fol. 103^r-103^v); Visio sancti

Ambrosii episcopi de transitu sancti Martini (fol. 103^v); Quando corpus sancti Martini translatum sit (fol. 103^v-104^v).

Gregorii Turonensis *Hist. Franc.*, lib. I, cap. ult., et *De virtutibus S. Martini*, lib. I, capp. 4, 5, 6.

14^o Dialogi [Sulpicii] Severi in vita sancti Martini (fol. 105^r-126^r).

In tres libros distributi, ed. P. L., tom. XX, p. 183-222.

15^o Vita sancti Nicolai episcopi (fol. 126^r-136^v).

Ed. ap. Nic. Carminium Falconium, p. 112 sqq. Capp. 12 et 13, ut vulgo occurrit, leguntur in codice sicut apud Mombritium; deinde praetermissa sunt capp. 14-16, et terminatur Vita in fine cap. 19.

16^o Miracula ejusdem praesulis (fol. 136^v-149^r).

Pleraque inedita, ut videtur. Vid. Append.

17^o Translatio sanctissimi Nicolai archiepiscopi (fol. 149^r-156^r).

Ed. ap. Surium, ad d. 8 Maii.

18^o Vita sancti Aegidii abbatis (fol. 156^r-161^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Sept., tom. I, p. 299-303. In inscriptione prologi dicitur auctor hujus Vitae fuisse Fulbertus Carnotensis.

19^o Vita sancti Dunstani archiepiscopi et confessoris (fol. 161^r-181^v).

Auctore Osberno, ed. *ibid.*, ad d. 19 Maii, tom. IV, p. 359-76; scilicet lib. I. Desunt ultimae hujus libri sententiae tres.

20^o Vita beati Ethbini confessoris (fol. 181^v-183^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 19 Oct., tom. VIII, p. 487-88.

21^o Gesta sancti Brandani abbatis (fol. 183^r-194^v).

Ed. ap. Ach. Jubinal, p. 1-33.



Appendix ad cod. 5284.

MIRACULA S. NICOLAI (Cfr. supra, 16°).

Incipiunt miracula ejusdem praesulis.

1. Sanctissimus Nicolaus, Myrreae civitatis archiepiscopus, ex utraque parte ta progenie editus est. Patre namque Epiphanio, matre vero Nomia, apud Pathem civitatem oriundus extitit. Qui utrique parentes, quamquam genere clari, de tamen et spiritu clariores, hunc solum puerum suarum rerum morumque eredem a Domino petierunt : quod sancto Spiritu donante impetraverunt. Revera enim in illo Spiritus sancti gratia redundabat, cum in cunis lacte matris abstinentiam servaret. Infans quidem et tener corpore, senex mente et spiritu habetur, dum divina Nicolaus gratia afflatus, alienus ab omni lascivia, Christi vestigia a prima infantia sequeretur. In quo nimirum pax, fides, caritas, pietas eximia, atientia, castitas, humilitas, quae est condimentum omnium virtutum, fuere. Si aque in sanctis suis mirabilis est Deus, in illo tamen mirabilior, si taliter dici otest, fuit, per quem tanta et inaudita miracula operari dignatus est. De quibus im praeclaris et innumerabilibus miraculis quoddam suorum quasi primitias iraculorum Deo adjuvante enucleare disponimus.

2. Primo igitur die nativitatis ejus, dum nutrix ipsius balneum illi in quodam asculo praepararet, eumque ibi deponeret, jam caelo infans erectus per se sine utricis vel alicujus sustentaculo quasi media hora super pedes suos stetit.

O res miranda nimium, res ac praedicanda.

O puer insignis, divinus quo fuit ignis :

Quem nutrix stantem vidit Dominumque rogantem.

Quicumque titulum hunc legitis, magnum quoddam et inauditum a saeculis iraculum Nicolai Myrreorum archiepiscopi dinoscite, fratres carissimi : quoniam so die quo natus fuit, re vera fere unius horae spatio, ut veraci comprobatur stimonio, rectus super pedes dicitur substitisse, ac deinde more aliorum infanum in cunis sese collocasse. Qua in re Deum semper magnificate ac Nicolaum igne honorificate.

3. Aliud quoque insigne miraculum hujus sanctissimi viri sub silentio praetere noluimus, quod in pueritia ejus Domino operante factum est. Quadam itaque ie, dum solito rediret a scholis, librum in quo sancta meditabatur nulli tradens blivioni sed in manu deferens, quandam debilem mulierculam viribus corporis estitutam et incessu etiam pedum defectam obviam habuit. Quae sanctum intuens uerum, genibus ejus obvoluta, fuis lacrimis pie exorando adjutorium ab eo oposit. Cujus vocem audiens puer Nicolaus, motus solita pietate, manu cam nruit et incessum reddidit sanitatique restituit. Quae mulier, tanto in se recepto iraculo, gratulabunda abiit, suoque patruo retulit haec Nicolao episcopo. Quo ndito episcopus miraculo, evocans eum ad se et benigne eum manibus ample-

ctens benedixit et sanctificando sanctificavit suisque orationibus eum commendavit Domino nostro Jesu Christo.

4. Mercator quidam orationis et dilectionis causa.... (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 313-16, num. 1).

5. Turbae multae de Castello Arnavendensi venerunt, supplicantes sanctissimo Nicolao, uno ore postulantes simulque dicentes : *Benignissime pater, a longe quidem aquam haurimus, et in fonte quem habuimus prope infirmam mulierem et mente captam invenimus mortuam, multa spurcitia sordidato fonte. Quin etiam per noctem ibidem clamat nocturnis. Post haec nullus homo nullaque bestia hausit ex illo. Est quidem juxta nos collis vicinus ubi prisco in tempore aquae venae fuisse dinoscuntur, sed nunc abscondita est aqua per multos jam annos. Quapropter credimus per te, beatissime pater, Dei opitulante clementia ibidem tuis meritis posse exurgere aquam.* Haec illis simul petentibus, ait beatus Nicolaus : *Ecce, fratres carissimi, summa cum reverentia in manibus nostris portantem sanctum evangelium una cum venerabili cruce, certi de misericordia Dei congregati omnes perveniamus ad locum.* Cum autem ad eundem locum venissent, ilico sanctus Nicolaus fossorium apprehendit, flexisque genibus diu oravit. Finis vero oratione, in altum in nomine Domini cubitum et dimidium fodit; continuoque sufficienter emanavit abundantia aquae. Tunc omnes simul voces dederunt, laudantes atque glorificantes Dominum Jesum Christum, quia fontem aquae famulo suo Nicolao concessit. Sed ille non haec suis meritis sed populi deputavit. Ad horrendum autem et contaminatum fontem cum accessisset, audita sunt ibidem teterrima diabolica sibila et voces. His auditis, ilico Nicolaus orationem fudit. Cum autem ab omnibus dictum fuisset *Amen*, mox cum fumo nigerrimo cuncti viderunt exinde exire tetrum noctunum * laxa voce clamantem : *Minime, minime valeo alicubi aspectum ferre Nicolai.*

6. Praeterea erat quidam amisso lumine caecus, nomine Antonius, qui cotidie sedebat ante ecclesiam nihil videns. Quem videns vir Dei Nicolaus, dixit ad eum : *Quot anni sunt ex quo amisso lumine non vides? Mox illi isdem caecus respondit : Domine mi, ecce jam tres anni sunt ex quo non vidi; et cuncta quae habui expendi in medicis, et nihil mihi profuit.* Tunc ad eum ait beatus Nicolaus : *Cur non credidisti sanctis, ut esses sanus sine pecunia?* Respondit caecus : *Ecce, pater, doce me quid faciam, quia credo et fudicialiter totam spem meam Deo et sanctis ejus committo.* Dicit ei beatus Nicolaus : *Credis modo quia possum te in virtute Dei sanare, ut lumen videas?* Respondit : *Ego credo Deo et tuis sanctis orationibus, quia potes impetrare ab omnipotente Domino quatinus a me miserrimo caecitatis tenebras auferas et lumen restituas.* Eadem hora misertus beatus Nicolaus, stans oravit pro illo, tulitque oleum de lampade sancti Theodori, signumque crucis super eum faciens et oculos illius ungens, ait : *Spero in virtute Domini mei Jesu Christi quia lumen caeli adveniente die crastina propriis videbis*

oculis. Hisque peractis, ipsa nocte Nicolao diu orante, veniente die crastina oculi ejusdem caeci aperti sunt; et ambulabat gaudens et videns et glorificans Deum, quia per orationem famuli sui Nicolai meruit videre lumen.

7. Igitur quodam tempore tres homines de regione Andronica venerunt ad
 5 sanctum Nicolaum, deferentes hominem ligatum, habentem spiritum immundum. Qui obnixè flagitantes, dicunt: *Quia multa certamina detulit nobis daem-
 niacus iste, ne ostenderemus illum tuae paternitati tuaeque mirae sancti-
 tati.* Quod audiens beatus Nicolaus, ait ad illos: *Solvite plasma Dei, quia
 Dominus Jesus adjuvabit eum.* Aiuntque illi: *Non solvemus eum, pater
 10 sanctissime, quia fugiet et nullus inveniet illum.* Dixitque Nicolaus: *Ante
 Dei faciem nullus fugere valet.* Statimque introivit in sanctuarium et tulit
 oleum benedictum, eundemque in sanctae Trinitatis nomine unxit, daemonia-
 cum, et solvit eum. Dei autem nutu et Nicolai orationibus continuo exivit dae-
 mon, factusque est aeger pariter mente et corpore sanus; perrexitque viam suam
 15 glorificans Deum. Viri etiam illi, qui eum ligatum adduxerant, Deo gratias egerunt
 et almifico viro Nicolao.

8. Statim etiam alter quidam, quem caecum videre lumen fecerat beatus Nico-
 laus, ilico veniens pronus oravit Dei servum, dicens: *Domine pater, ecce qua-
 tuor menses sunt ex quo voluto me per terram dolentque mea interiora
 20 et est frigus in corpore meo, nec unquam valeo sedere ad meam neces-
 sitatem nec capere cibum: qui etiam cibus meus durificatur in ventre
 meo; pluraque expendens in medicis, nihil mihi profuit, sed in vanum
 perdiidi omnia mea.* Ad quem Nicolaus: *Ego te tradam medico qui te ex
 integro sanitatem conferre potest absque pecunia.* Responditque homo ille:
 25 *Et quis est qui mihi tam cito misereatur?* Dicit ei Nicolaus: *Ecce adest no-
 biscum.* Tunc aeger audiens hoc, undique coepit aspicere, ut medicum videret.
 Dixitque ad eum beatus Nicolaus: *Aestimas videre qui te sanet? Ecce si ex
 toto corde credideris in eo medico, ego rogabo eum et sanitatem restituet
 corpori et animae tuae.* Mox vero alacriter aeger respondit: *Ego credo Deo
 30 vivo et tuae virtutis magnificentiae.* Tunc servus Dei Nicolaus nullam moram
 faciens, sed orans, signavit illum in nomine Dómini dicens: *Esto sanus ab ista
 hora.* Deinde homo ille omni conamine Domino Deo et beato Nicolao, sanus fac-
 tus, gratias agens, perrexit ad domum suam.

9. Una dierum, cum essent congregati reverentissimi clerici, dicunt servo Dei
 35 Nicolao: *Hodie volumus, sanctissime pater, benedictionem accipere et
 laetari a te.* Ille autem claro et sereno vultu respondit eis dicens: *Voluntas
 Dei fiat.* Tunc post lectionem sanctae Dei Ecclesiae intraverunt clerici ad accu-
 bitale ferculum, ut simul accumberent. Famulus autem Domini, cernens clericos
 de suis benedictionibus refecti desiderantes, ilico tulit tres oblationes et vas non
 40 magnum vini plenum, deditque ministro et ait: *Vade et appone ista clericis,
 ut simul laetentur.* Minister vero egit ut sibi praeceperat sanctus. Quod cum
 vidissent clerici, scilicet urceolum vini, turbati corde coeperunt intra se cogitare

pro certo quia eis ad horam non sufficeret. Ut autem cognovit Nicolaus, gaudens laeto animo intravit ad illos, ita dicens : *Ecce, fratres, oportet me hodie propriis manibus obsequium praestare et miscere vobis, ut pariter laetificemur.* Mox vero manu sua apprehendit phialam et miscuit illis quantum voluerunt. Postquam vero laetati clerici et jucundati sunt valde, simul ad invicem dicebant : *Gloria summo Deo et laus, qui nunc tale donum famulo suo Nicolao tribuit ut nullus deinceps incredulus existat, quia per eum Dominus virtutes et miracula operaretur.*

10. Cum pergeret beatus Nicolaus ad venerabilia loca, praemisit ministrum suum, Arthemam nomine, accersire caementarios et artifices ad construendam ecclesiam, ut inciderent lapides. Qui cum essent simul homines septuaginta, per spatium diei totum nullo modo remove valebant lapidem unum, ut eum apte aedificarent. Protinus vero fugati * et conturbati, ipsum opus simul sedentes dimiserunt. Tunc in nomine Domini beatissimus Nicolaus praecinxit se, et stans cum duobus tantum eundem lapidem vertit et in loco quo voluit per dimidiam horam apte collocavit. Videntes autem qui aderant, statim proruperunt in vocem laudantes et glorificantes Dominum, qui tantas virtutes in omnibus per Nicolaum operari dignatus est ut non solum homines verum etiam lapides ei oboedirent, ad instar verborum Redemptoris dicentis : *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, diceretis huic monti : Tollere de loco, et tollet se.*

11. Verum quia multum est prosequi quanta et qualia per eum Dominus signa et miracula ostendere dignatus est, adhuc superest ut aliquid de sancto viro loquamur. Una dierum vir quidam et uxor ejus simul venientes projecerunt se utrique ante pedes famuli Dei Nicolai et obnixe postulantes aiebant : *Obsecramus clementiam tuam, miserere nostri, alme pater, et consolari nos dignare ex nostra confusione quam patimur, quoniam quidem fere triginta annorum conjugium habemus et filium habere minime potuimus. Modo vero speramus atque confidimus in Deo veraciter et in tua sanctitate, venerande pater, quia per te fructum nos ferre poterimus.* Ad haec sanctus Nicolaus manus ad caelum levavit et per dimidiam fere horam obnixe oravit. Post haec manu sua accipiens oleum de lampadibus, in nomine sanctae Trinitatis eos consignavit ac dimisit. Dei autem misericordia opitulante uterque filium eodem anno ad Dei famulum adduxerunt : quem puerum vir Dei Nicolaus de sancto fonte suscepit. Quis cum benedixisset, cum gaudio ad propria remeantur ; remeantes autem laetantesque glorificaverunt Deum, quia post tot annos filium habere meruerunt per intercessionem sanctissimi Nicolai.

12. Una dierum subito intravit daemon ubi orabat sanctus Nicolaus et transformatus est in angelum lucis. Continuo autem ut in eum aspexit Nicolaus, ita exorsus est : *Quis enim es tu et quare huc venisti ?* Respondit daemon : *Angelus sum, et ideo veni ut videam quae operaris.* Tunc intellegens Nicolaus diabolicae artis ingenium, vexillum sibi sanctae crucis imprimens ait : *Maligne, egredere citius de cella, mille formas milleque nocendi artes habens :*

desere me et noli moras facere. Tunc zabulus raucam vocem emittens, ait : *Quid tibi Nicolae, feci ? Quid tibi facio ? Vel parum saltem tecum me quiescere permitte, ut instruam et doceam te.* Servus autem Domini iterum increpavit illum ut exiret. Tunc malignus clamans exiit et dixit : *Et hinc me,*
5 Nicolae, expellis. Non tamen longius a te recedam. Et disparuit coram facie sua daemon in illa hora.

13. Non multo post intravit ipse diabolus in coquinam et invenit unum ex ministris sancti Nicolai obsequium praestantem ad ea quae necessaria erant. Qui statim introiens in eum, coepit eum graviter vexare. Quod cum Nicolao nuntia-
10 tum fuisset, citius orando cucurrit, jamque vociferantem atque instinctu diaboli et a cogitationibus blasphemantem et aliena multa loquentem invenit. Quem cernens, coartare coepit ut exiret et ab his blasphemiiis tandem respisceret. Tunc amplius inflammatus is quem diabolus possidebat, talia Nicolao dicebat : *Nulla-
 tenus vestra quae habetis consentio suavia, ut ego labores et fatigationes
 15 perpetiar.* Vir autem Domini, cognoscens quod diabolico ore loqueretur, appropians et manus illius tenens, ita ait : *Signa te signo crucis, frater.* Mox vero ut se signavit, statim ab eo exivit diabolus totus exustus atque ignitus, cunctisque videntibus per coquinae januam exiens, hejulando clamabat : *Vae, vae, quia a
 Nicolao superatus sum, nec umquam permittit me operari voluntates
 20 meas.* Famulus autem Domini signavit se et confortavit fratres ut viriliter in Domini persisterent mandatis et ejus oboedirent praeceptis et nullo modo formidarent diaboli versutias. Praedictus autem minister, sana mente sanoque arbitrio ad se reversus, pedibus sancti Nicolai provolutus puram confessionem egit, et ulterius in eum diabolus non praevaluit.

14. Fratres carissimi, adhuc volo et aliud miraculum ad aedificationem enarrare. Quadam vero die artifices ignorante sancto viro ad operandum in loco oratorii sui venerunt. Quos cum vidisset, gavisus est, et intravit ad cellerarium suum, dicens ad illum : *Ecce ad operandum, frater, artifices venerunt. Quot panes ad reficiendum habemus ?* Qui tristis statim respondit : *Antea,
 30 pater, de operariis nihil dixisti. Quid ergo facere debeam nescio, quia praeter unum panem nullum habeo.* Vir autem Domini sereno vultu et mente tranquilla ait ad eum : *Noli contristari, frater, sed offer in nomine Domini ipsum panem et apponamus, ut laborantes reficiantur.* Quo oblato, orans benedixit ac fregit et laborantibus tribuit. Qui comedentes saturati sunt, numero
35 scilicet octoginta viri. Tunc videntes se uno pane esse repletos, omnes simul gratias dederunt Deo et sancto Nicolao.

15. Cum sederet beatus Nicolaus ante ecclesiam Arnivendensis castelli, populum ammonens atque docens, febre quidam correptus et pedibus ejus provolutus, confitebatur clamans et dicens : *Miserere mihi, sancte Dei, et noli contra
 40 meam incredulitatem agere, ut peream in conturbationibus quas patior. Audivi enim, sanctissime pater, miracula quae facis et sanctitatem tuam a pluribus ; et quia id merebantur peccata mea, induratus ne crederem,*

sic in memetipso dixi : « Numquam credam homini super terram. » Terribiliter igitur una nocte in somnis iter faciens, sterquilinum quoddam visum est mihi flumen esse, subitoque in illud prorupi, atque in auxilium meum te excelsa voce clamavi. Statimque ex alto manum porrezisti et a spurcitia fetoris quo retentus eram abstraxisti me. Rogo ergo et supplico tibi ut, sicut in somnis liberasti me, ita ab hac passione quam ab illa hora passus sum sanes et adjuves me. Quod audiens beatus Nicolaus, dixit ad eum : Esto, fili, amodo semper fidelis, quia increduli homines et infideles non evadent huic simile iudicium. Et sicut a fetoris spurcitia liberavit te Dominus, ita et ab infirmitate passionis tuae esto sanus. Mox itaque abiit sano corpore sanaque mente, laudans Deum et famulum suum beatum Nicolaum.

16. Post non multum vero tempus orante Nicolao cum ministro suo Artheman presbytero, ecce immundus spiritus circa mediam noctem per scalam ascendere et descendere visus est quasi homo. Cumque eum intuerentur ambo, Artheman pavescens timuit. Tunc ait ad eum Nicolaus : *Noli timere, frater, quia inimicus noster est diabolus, quem cernis, non homo. Consuetudo enim est illius servos Dei multis modis illudere semper.* Tunc increpavit eum ut abscederet. Et signum crucis eo faciente, in ipsa hora scala simul et ascensor ejus phantasticus ab eorum facie dissiluit atque disparuit.

17. Gloriosa sanctorum miracula, qui ab ortu nativitatis suae fideliter Domino placuerunt, quis digne ut expedit valeat explicare sermonibus ?... (1).

18. Quodam quoque tempore a Plamitarum castello ad sanctum virum Nicolaum homines venerunt, ei supplicantes simulque dicentes : *Reverentissime pater, deprecamur tuam sanctissimam benignitatem ut auxilium nobis conferre digneris, quia valde necessarium nobis est incidere unum magnum lignum cypressi stans juxta nostrum castellum, in quo sentimus immundum spiritum habitare, qui nobis non permittit incidere. Si posueris in eo manum tuam, credimus quia incidemus et sternemus illud.* Tunc ait servus Dei Nicolaus : *Eamus pariter, fratres. Fiat voluntas Domini nostri Jesu Christi.* Cumque ad radicem arboris pervenissent, timore perculsi metuebant percutere lignum. Ad haec beatus fiducialiter intrepidus cum securi sanctam exprimens crucem, septem percussiones manu sua in arborem dedit et laborantibus in nomine Domini incidere praecepit. Deinde cum perfectetur opus, impetum arbore super homines faciente putabat daemon ut occideret multos. At ubi sanctus subito manus in arborem dedit, in alteram partem ruere fecit et ruinam ab hominibus tulit. Tunc fugiens diabolus in altum, proclamans lugendo inquit : *Vae, vae, habitationem meam perdidit et voluntatem meam non explevi. Nunc sanctus persequitur me Nicolaus.*

19. Denique tempore quodam, cupiens sanctus vir abire in sancta ac veneranda

(1) Multis inde disserit scriptor de significatione nominis Nicolai, quam in sancto re comprobata ostendit.

bilia loca, videlicet civitatem Jerusalem, suscepit secum ministros, scilicet Ammon
 et Artheman et Hermeum presbyteros. Cumque descenderent in Ascalona portum
 Adriaticum, invenerunt navem Aegyptiacam. Tunc in nomine Domini benedixit
 eam, et intrantes abierunt. Nocte eadem supervenit eis tempestas gravis tantoque
 5 crevit ut diffiderent mergente navi. Ecce autem flammeus ante eorum oculos
 apparuit diabolus, volens evertere navem. Tunc adjuravit eum beatus Nicolaus
 consignans navem. Illa vero hora flammeus discessit diabolus, et mare a fervore
 tempestatis stetit. Prae timore autem et labore minister ejus Ammon fessus ceci-
 dit, et quasi mortuus jacens in navi. Contristati sunt vero nimium qui stabant in
 10 navi. Servus autem Domini oravit, et tenens manum ejus levavit et restituit
 sanum atque incolumem. Tunc dixit : *Videtis virtutem Dei, fratres. Ecce in
 nomine Domini navigamus.* Ilico igitur illis congruus ventus factus est et per
 quinque dies sanctum Jordanem usque pervenerunt. Cum autem haec nautae
 vidissent, experti miraculum, glorificaverunt Deum pronique in faciem sanctum
 15 virum adoraverunt nimia veneratione, dicentes : *Ora pro nobis, sanctissime
 pater. In hoc cognoscimus quia per te magnas virtutes operari dignatus
 est Dominus.* Exeuntes autem in nomine Domini de navi, per singula sancta
 abierunt loca, in singulisque Dominus per eum signa et virtutem suam ostende-
 bat. Leprosos curabat, infirmos sanabat, daemones effugabat, multisque mira-
 20 culis coruscabat, ita ut omnes qui eum audiebant et videbant laudarent et glori-
 ficarent Dominum, dicentes quia *vere justus et sanctus venit in regionem
 nostram.*

20. Adhuc, dilectissimi fratres, superest ut de virtutibus et signis et miraculis
 quae Dominus per eum gessit vestris auribus aliquid intimare curemus. Nam
 25 ipse almificus pater suas sanctas visiones, quas ei Dominus revelare dignatus
 est, evidentissime manifestare dignatus est, dicens : *Quadam nocte quiescente
 me soporatoque in stratu meo, una cum Artheman presbytero coaetaneo
 meo, somnium vidi et territus sum. Apparuit mihi vir nimio pulcher
 decore, super niveum equum sedens, ore mellifluo loquens et dicens*
 30 *mihi : « Veni, famule Dei, et ostendam tibi ammirabile signum, quod
 « universo mundo venturum est, quia tempus metendi advenit jussu
 « Jesu Christi Domini. Et ideo quidem missus sum ut donem tibi arma
 « metendi. » Cumque a praefato viro ego talia audissem, tremebundus
 dixi ad illum : « Quis enim es tu, domine, qui mihi talia loqueris ? » At*
 35 *ille : « Ego vero angelus Christi sum, qui teneo falces messionis. Ipse
 « autem me misit ad te ut tibi darem de falcibus unam, quoniam qui-
 « dem tempus messionis futurum est totius mundi. Oportet itaque te
 « arma metendi habere. Utilem quippe ministrum gerere decet. » Et cum
 videre vellem arma illa, apparuerunt ante me falces grandaevae mirae-
 40 que magnitudinis. Territus nimis ilico excitatus a somno, post orationes
 et psalmodias omnia per ordinem quae videram et audieram indicavi
 Artheman presbytero. Quod ille audiens, cum lacrimis dixit : « O pater,*

« quae futura sunt agnosco et quae revelare tibi dignatus est Dominus. »
 Igitur non post multos dies iterum mihi Nicolao hujusmodi apparuit visio. Videbam magnum et supereminens altare vestitum candido decore, et erat inclinatum dextera parte. Ad quod cum multa veniret hominum turba, accessi simul et ego cum illis ut salutarem praefatum altare. 5
 Aspiciens sursum vidi aethera patens, et conversus sum circa portam domus. Deinde apparuit mihi foris ipsius portae aqua nimis profunda atque obscura et ingens nimisque metuenda. Interea excitatus a somno prae magno timore, arcessivi Arthemian presbyterum coetaneum meum, dicens : « Surge et simul demus gloriam Deo, qui talia signa et visiones 10
 « nobis ostendere dignatus est. »

21. Quodam tempore advenit quaedam mulier... (Ap. Carminium, p. 122, n. 14).

22. Rursum alio tempore altera mulier... (Ibid. n. 15).

23. Venit quidam homo ad sanctam Sion... (Ibid. n. 16).

24. Non multo post quidam energuminus... (Ibid. n. 17).

25. Si devotionis vestrae, fratres dilectissimi... (Cat. Brux., tom. I, p. 257).

26. Inter innumera virtutum insignia, quibus beatus Nicolaus inter spirituales patres velut inter astra fulgida caeli lucifer luminis singularis effulsit, nostris quoque temporibus quantum sibi devote famulantibus favere, quantum suo famulatu obtrectantibus indignari consuevit, ostendere dignatus est. Qualiter autem 20 res gesta contigerit, paucis explicare curabo. Cum nova sancti Nicolai historia de vita et miraculis ejus, scripta quidem per hominem sed homini divinitus inspirata, jam per totam paene latinitatem pro ejus dulcedinis immensitate in Christi ecclesiis longe lateque devotissime cantaretur, in quadam cella quae Crux nominatur, Sanctae Mariae de Caritate subjecta, pro pigritia habitantium necdum 25 fuerat incohata. Tandem die una ejusdem loci seniores ante domnum Ytherium, suum videlicet priorem, pariter convenerunt, humiliter postulantes ut eis beati Nicolai psallendi responsoria licentiam daret. Ille vero eorum petitionibus nullatenus acquiescens, respondit omnino fore incongruum in tali negotio morem pristinum quibuslibet novitatibus immutandum. At illi patris duritiam contuentes. 30 hujuscemodi coeperunt urgere sermonibus : *Cur, pater, audire alios contemnis ? Cur, cum sancti Nicolai historia, spiritalis mellis dulcedine plena, tota jam paene orbe celebris [sit], non cantetur a nobis ? Cur aliis in tanta sollempnitate epulantibus, nos a tam spiritualis convivii refectio-* 35 *tione pateris esse jejunos ? Cur universis ferme ecclesiis hac nova exultatione jubilantibus, haec sola modo silebit ?* Cum his et similibus valde commotus prior, in tali fertur erupisse blasphemia : *Recedite, fratres : numquam enim vobis licentia a me concedetur ut relicto pristino usu nova saecularium cantica clericorum, immo jocularia quaedam, in ecclesia cui jubente Deo deservio ullatenus admittantur.* Quibus auditis. 40 nimio pro sua repulsa rubore perfusi, reniti non valentes ulterius discipuli quieverunt, ac superveniente festivitate vespertinam matutinalemque synaxim,

non sine quadam tristitia, veluti consueverant peregerunt. Peractis vero vigiliis, ad propria strata sunt quiescendi gratia regressi. Cumque prior se in lectulo sicut ceteri collocasset, ecce beatus Nicolaus ei visibiliter terribilis valde apparuit, ipsumque pro sua obstinatione atque superbia verbis severissimis increpavit, atque per capillos a lecto abstrahens, dormitorii pavimento collisit; incipiensque antiphonam *O pastor aeternae*, per singulas notae differentias virgis quas manu tenebat gravissimos ictus supra dorsum patientis ingeminans, per ordinem morose canendo ad finem usque perduxit. Is autem tantis flagris et tam insolita visione turbatus, clamare confusis vocibus coepit, suisque clamoribus ante se fratres protinus adunavit. Quem prostratum solo cernentes, quid viderit quidve passus fuerit sollicitè requirebant. At ille, utpote amens effectus, nullum sciscitantibus valuit dare responsum. Sublatus autem fratrum manibus, in cellam infirmantium deportatur, multisque diebus correptus languore gravissimo custoditur. Ad postremum, divina miseratione et beati Nicolai interventione salvatus, congregatis fratribus ait: *Ecce, filii carissimi, quoniam vobis oboedire contempsi, duras pro cordis mei duritia poenas exsolvi. Amodo non solum quod petebatis gratanter annuo, verum quoad vixero ad canendam tanti patris historiam promptissimus atque paratissimus ero.*

27. Quodam tempore episcopus Myrreae civitatis... (Ap. Carminium, p. 124, n. 20).

28. Igitur operae pretium remur... (*Anal. Boll.*, tom. II, p. 151-53).

29. Extitit praeterea alius vir... (*Ibid.*, p. 153-57).

30. Restat autem adhuc quoddam... (Ap. Carminium, p. 124, n. 21-22 init... *non illustraverint*).

31. (Clausula) Laetemur itaque... (*Ibid.*, p. 126, not., n. 15 init... *Victoria populi resonat*).

CCLXII. Codex signatus num. 5285.

Olim Joannis Ducis Borboniensis, deinde Regius R. 942, P. 1464, C. 4185.

Foliorum 11, med. (0^m, 285 × 0,195), columnis binis, exaratus saec. XV.

1^o [Vita sancti Juliani episcopi Cenomannensis] (fol. 1^r-9^v).

Auctore Lethaldo, ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Jan., tom. II, p. 762-67.

2^o [Ejusdem miracula post mortem] (fol. 9^v-11^r).

Adhuc inedita, ni fallimur. Itaque ea hic exhibere visum est.

Appendix ad cod. 5285.

MIRACULÁ S. JULIANI.

1. Jam autem quae in ejus vita et circa ejusdem sepulturam miracula facta sunt audivimus. Nunc dignum reor in ejusdem translatione, quae celebratur feria secunda post *Quasi modo*, quantas per illum Dominus dignatus est operari virtutes supradictis adjungere curemus. Igitur pannus sericus, quo sancta tegebatur theca, cum elevaretur, tam suavem effudit odorem ut excedere videretur omnium aromatum species in immensum. In ipsa autem translationis nocte erant in ipsa ecclesia tam viri quam mulieres quindecim et amplius graviter infirmantes, alii daemioniaci, alii sacro igne succensi. Quorum duodecim infra primam sequentis diei redierunt incolumes et sani. Alii vero superstites remanserunt, divinam misericordiam exspectantes, sed infra paucos dies liberati. Qui et aliis praecedentis infirmitatis et subsequenter liberationis laudabile testimonium gavisi sunt perhibere. Et sic in ecclesia de infirmantibus non remansit unus.

sic.

2. Praeterea cuidam mulierculae de Ludio, quae eodem tempore in ecclesia morabatur, usum brachiorum et manuum non habens, plenam et perfectam adeptam est sanitatem. Item de civitate sanati sunt duo, de Quinta unus. Cuidam etiam mulieri, quae per quinque hebdomadas loquendi usum amiserat, reddita est loquela. Praeterea mulier quaedam de Perrena, Sagiensis diocesis, cum venisset ad sanctam translationem et haberet manum aridam et brachium usque ad cubitum, cum magna devotione manum obtulit ceream, quae diu pependit super altare beatissimi Juliani. Mulier vero sine morae dispendio perfectae restituta est sanitati.

sic.

3. Fama igitur crebrescente et eundo vires amplius acquirente, venere multi suorum incommodorum remedia petitori. Mulier quaedam juvencula de Rochamabilie ad ecclesiam deportata, sparsis per colla capillis, vultum habens terribilem, oculos minaces et torvos, et inhumanum sonans, manibus virorum fortium vix trahi potuit ad altare beatissimi confessoris. Postmodum vero, ut moris est, in carro posita, clamans et quos poterat tangere discerpens, tandem arrepta somno dormivit. Et sic miraculose sanitatem recepit. Quidam etiam clericus in domo cujusdam seansoris manens et febre quartana laborans, obdormivit in loco super quem diu fuerat sanctum corpus: nec mora, reliquit eum somnus cum febre, adeo quod febrilis incommodi vestigia numquam sensit. Sic et quidam juvenis, dictus Michael de Gorran, clericus nostri chori, et alius clericus, filius praepositi de Burgo regis, et alii quartanarii sanati sunt multi.

4. Per idem tempus contigit [ut] milites non multum longe ab Ebromo torneamenti ludum, prout moris est, exercerent. Inter quos vir nobilis Johannes domini Tillei, tot torneatorum incursibus et obviationibus violentis mirabiliter interceptus, praecipitatus cecidit, et ejus equus sub eo. Qui cum esset in statu quod

totum torneamentum super eum irruisset, nec humano locus esset subsidio et idem non nisi solam praestolaretur mortem, tandem beatissimum Julianum ad mentem revocans, divinum sensit auxilium. Nam equus cum eo surrexit, et ipse quasi solus esset in campi planitie, ab omnibus torneantium incursibus se liberatum invenit. Inde domum rediens, cum uxore et familia venit ad ecclesiam beatissimi confessoris, ex toto mentis affectu quantum poterat grates agens. Obtulerunt autem singuli singulos cereos, necnon et ipse ceream militis imaginem, quam diu ad ipsam sanctam capsam vidimus dependentem.

5. Nec silentio praetermittendum est quod iisdem temporibus in territorio de castro Ayerodi, Pictavensis diocesis, accidit, in vico qui Sevilliacus appellatur. Erat ibi quaedam mulier arrepta a daemone, prout ipsius gestus, actus et verba manifestissime ostendebant. Cumque hujusmodi facti fama increbruisset per parochiam et loca circumstantia, quaedam bona mulier, castri praedicti incola, nata tamen de parrochia supradicta, quae limina sancti aliquando visitaverat et tunc et ante multa de miraculis ejus audierat, ad domum praedictae energuminae causa visitationis accedens, ut ipsam vidit taliter infirmantem, de meritis sancti confidens, maritum ejus ad hoc induxit quod vovit se mulierem ad Cenomannensem ecclesiam et sancti reliquias adducere vel mittere, vel se pro ea ejusdem sancti limina visitare. Quid plura? Praefata matrona praediolum suum, quod non longe dimidium miliare distabat, adiit, et exinde sine mora ad domum praedictae energuminae rediens, invenit eandem ratiocinantem et restitutam pristinae sanitati.

6. Sub eodem tempore puer quidem septennis de villa quae vulgo Corputram appellatur, cum a nativitate surdus et mutus esset, cum matre sua venit ad sollemnitatem. Qui cum ad altare sanctum expansis manibus genua flexisset, sub brevissimo intervallo gloriosissimam Dei matrem et beatissimum Julianum alta voce, multis qui aderant audientibus, appellavit; sicque jucunditatem audiendi et loquendi commoditatem accepit. Sed cum rerum nomina penitus ignoraret, parvo tempore didicit res propriis nominibus appellare et vocabula conjungere adeo competenter et ordinate sicut alius aetatis suae.

7. Nedum vero sanctitate vitae ac virtute miraculorum et vivens in corpore et post ejus transitum in vitam beatam claruit vir iste sanctus, sed et sapientia ac loctrina caelesti. Nam graeca quippe et latina lingua peritus fuit. Aliqua igitur graeco sermone edidit, latino quoque ac profundo sermone libros composuit de livinitate, de angelis, de caelestibus mysteriis, de ministeriis ecclesiasticis, de mysterio corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi, cui honor, gloria et imperium in aeternum. Amen.

CCLXIII. Codex signatus num. 5286.

Olim Regius C. 4298.

Foliorum 216, min. (0^m,23×0,17), lineis plenis, exaratus saec. XIV.

Totum codicem complet compilatio, in tres libros distributa,

[De vita et miraculis sancti Dionysii].

De qua egregie disseruit cl. v. Leopoldus Delisle in commentatione sua gallica *Notice sur un recueil historique présenté à Philippe le Long par Gilles de Pontoise, abbé de Saint-Denis*, quae inserta est in *Notices et extraits des mss....*, tom. XXI, part. II, p. 249-61. Ex qua scilicet colligitur auctorem hujus compilationis de Vita et miraculis S. Dionysii esse Ivonem quendam Sancti Dionysii monachum.

CCLXIV. Codex signatus num. 5287.

Olim Colbertinus 715, deinde Regius C. 3864.7.7.B.

Foliorum 234, med. (0^m,295×0,21), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Passio sanctorum Alexandri papae, Eventii, Theoduli martyrum (fol. 1^v-5^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Maii, tom. I, p. 371-73. Duobus primis foliis fere omnino dilaceratis, initii Passionis pauca supersunt.

2° Martyrium sancti Johannis apostoli et evangelistae ad portam latinam, ubi in ferventis olei dolium missus est (fol. 5^v-6^r).

Brevissimum compendium eorum quae edita sunt apud Mombrinium, tom. II, in prima parte Passionis beati apostoli.

3° Passio sancti Gordiani martyris (fol. 6^r-8^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Maii, tom. II, p. 532-53.

4° Passio sanctorum Nerei et Achillei (fol. 8^r-13^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 12 Maii, tom. III, p. 6 sqq., numm. 1-14, 18-20.

5° Passio sancti Pancratii martyris (fol. 13^r-14^r).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 291-93.

6° Passio sanctorum Victoris et Coronae (fol. 14^r-16^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Maii, tom. III, p. 266-68, non paucis lectionibus variantibus.

7° Vita sancti Germani Parisiensis episcopi (fol. 16^r-22^r).

Auctore Fortunato, ed. *ibid.*, ad d. 28 Maii, tom. VI, p. 778-87. Omm. numm. 20-21, 24-27, 29, 30, 33-33.

8° Passio sanctae Petronillae virginis filiae sancti Petri (fol. 22^r-22^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 12 Maii, tom. III, p. 10-11, num. 13-17.

9° Passio sanctorum Marcellini et Petri (fol. 22^v-25^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 2 Jun., tom. I, p. 171-73.

10° Passio beatissimi Erasmi episcopi et martyris, quae est 11^o nonas junii (fol. 25^r-28^r).

Ed. *ibid.*, p. 213-16, multis lectionibus variantibus. Inc. *In Anthiochia civitate facta est persecutio christianorum.*

11° Vita sancti Medardi episcopi et confessoris (fol. 28^r-31^r).

Scilicet a) Vitae conscriptae a Fortunato, ed. *ibid.*, ad d. 8 Jun., tom. II, p. 79 sqq., num. 1-3; b) Vitae ed. ap. Joannem a Bosco, *Bibl. Floriac.*, p. 113 sqq. cap. 9 sqq.

12° Passio sanctorum Primi et Feliciani martyrum (fol. 31^r-34^r).

Ed. *Act. SS.*; ad d. 9 Jun., tom. II, p. 152-54.

13° Vita sancti patris nostri Basilii Caesariensis archiepiscopi (fol. 34^r-46^v).

Alia versio Vitae ed. *ibid.*, ad d. 14 Jun., p. 938-37.

14° Vita sancti Landelini confessoris (fol. 46^v-49^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 13 Jun., p. 1064-66.

15° Passio sive inventio sanctorum Gervasii et Protasii martyrum (fol. 49^v-51^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 19 Jun., tom. III, p. 821-22, num. 17-23.

16° Passio sanctorum martyrum Johannis et Pauli (fol. 51^v-54^v).

Ed. ap. Mombritium, tom. I.

17° Vita sancti Salvii martyris (fol. 54^v-62^v).

Auctore Philippo Bonae Spei, ed. P. L., tom. CCIII, p. 1311-26.

18° Epistola Severi ad Desiderium de vita sancti Martini Turonensis episcopi (fol. 62^v-63^r); Vita sancti

Martini Turonensis episcopi et confessoris (fol. 63^r-74^r); Epistola ejusdem ad Eusebium presbyterum postea episcopum (fol. 74^r-75^v); Epistola Severi ad Aurelianum diaconum (fol. 75^v-77^r); Epistola Sulpicii Severi ad socrum suam Basulam, qualiter sanctus Martinus de mundo recesserit (fol. 77^r-79^v).

Ed. P. L., tom. XX, p. 139-84.

19° [Sulpicii Severi Dialogi de vita S. Martini] (fol. 79^r-96^v)

Ed. *ibid.*, p. 183 sqq.; scilicet lib. I et pars libri II, mutila desinens in verbis *constitutis videbantur* (p. 210 fin.). — Fol. 97^r descripta est ex Gregorio Turonensi *Hist. Franc.*, lib. I, cap. 43 pars ultima (*per Vigennam....*).

20° Item de transitu sancti Martini (fol. 97^r-98^v).

Greg. Turon. *De Miraculis sancti Martini*, lib. I, capp. 4, 5, 6.

21° [Inscriptiones de S. Martino] (fol. 98^v-100^r).

Ed. ap. Le Blant, *Inscr. chrét. de la Gaule*, tom. I, n. 166-183.

Inscriptio sub num. 177 inc. *Dat quisque...*, num. 183 inc. *Eusebi, sit tibi...* (cfr. tom. cit., p. 244-45). Fol. 100^r leguntur quae ex Greg. Turon. *Hist. Franc.* II, 14 recitantur *ibid.*, p. 245-46, adjectis in cod. titulis *De numero basilicae et Sollemnitatis basilicae*.

22° Sermo Albini de miraculis sancti Martini (fol. 100^r-101^r).

Ed. P. L., tom. CI, p. 637-62.

23° Vita sancti Briccii episcopi et confessoris (fol. 101^r-102^r).

Greg. Turon. *Hist. Franc.*, lib. II, cap. 1.

24° Textus miraculorum sancti Andreae (fol. 103^r-117^r).

Opus Gregorio Turonensi adscriptum, de quo P. L., tom. LXXI, p. 1099-1103.

25° Passio sancti Andreae apostoli (fol. 117^r-120^r).

Epistola ecclesiae Achaiae, ed. ap. Surium, ad d. 30 Nov.

26° Vita sanctorum Chrysanti et Dariae (fol. 120^r-126^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Oct., tom. XI, p. 469-84. Om. prol.

27° Vita sancti Eligii episcopi et confessoris (fol. 126^r-156^r).

Auctore S. Audoenno, ed. P. L., tom. LXXXVIII, p. 470-592. Nonnulla subinde omissa sunt.

28° Vita sancti Longini militis qui lancea latus Domini aperuit (fol. 156^r-158^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 15 Mart., tom. II, p. 384-86.

29° Passio sanctae Barbarae virginis et martyris (fol. 158^r-160^v).

Ed. ap. Zaccaria, *Dissertationes latinae*, tom. I, p. 137-42, multis lectionibus variantibus.

30° Translatio corporis beati Nicolai Myrreorum Lichiae archipraesulis (fol. 160^v-181^v).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. IV, p. 169-92. Add. miraculum ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 237-60.

31° Vita sancti Nicolai archiepiscopi et confessoris (fol. 181^v-199^v).

Ed. ap. Carminium, p. 112 sqq. Sed paraenetica quaedam subinde omissa sunt; num. 13 legitur ut ap. Mombritium; deinde sequitur pars numeri 14 ut apud Carminium, p. 126, not. (*Huc usque Argolicorum.... more pristino coepit*), tum num. 14 ut in textu (ibid., p. 122) et sqq. usque ad num. 19. Adjuncta sunt duo miracula ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 131-36, et num. 13 ut ap. Carminium, p. 126 (*Laelemur...*)

32° Quarto idus decembris, passio sanctae Eulaliae virginis et martyris (fol. 199^v-201^r).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 261-63.

33° Passio sanctae Luciae virginis (fol. 201^r-203^v).

Ed. ap. Surium, ad d. 13 Dec.

34° Vita sancti Thomae apostoli (fol. 203^v-212^v).

Ed. ap. Mombritium, tom. II.

35° Vita sanctae Anastasiae electae (fol. 212^v-223^v).

Pars prima (fol. 212^v-215^v) ed. apud Mombritium, tom. I, (*Passio sanctorum Chrysogoni, Anastasiae, etc.*); secunda (fol. 215^v-218^r), ibid. (*Passio sanctorum Chrysoniae, Irenes atque Agapes*); tertia (fol. 218^r-223^v), *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 179-84.

35° Eodem die, passio sanctae Eugeniae virginis et martyris (fol. 223^v-228^v).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 603-20.

37° De sancto Joanne evangelista (fol. 229^r-234^v).

Epistola Pseudo-Melitonis, ed. ap. Fabricium, *Cod. apocr. N. T.*, tom. II, p. 604-23. Mutila desinit in verbis *vulneribus provenire* (p. 620 in.).



CCLXV. Codex signatus num. 5289.

Foliorum 76, maj. (0^m, 43×0,30), columnis binis, exaratus saec. XIV.

1° [Vita sancti Vedasti] (fol. 1^r-4^r).

Auctore Alcuino, ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Febr., tom. I, p. 794-99. Foliis avulsis, acephala inc. *depelleret orbe* (num. 3 in.).

* cod.
Amantii

2° Septimo idus februarii, vita sancti Amandi * (fol. 4^r-5^v).

Ed. P. L., tom. LXXXVIII, p. 514-25. Omm. prol. et num. 9 sqq.

3° Passio sanctae Julianae virginis et martyris (fol. 5^v-9^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Febr., tom. II, p. 873-77. Om. prima phrasis.

4° Tertio idus februarii, vita sanctae Euphrosynae (fol. 9^v-13^v).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 643-52.

5° Passio sanctae Eulaliae virginis et martyris (fol. 13^v-14^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Febr., tom. II, p. 577-78.

6° Passio sanctorum martyrum Polyucti, Candidiani et Philoromi (fol. 14^v-15^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 11 Jan., tom. I, p. 666-67.

7° Passio sancti Valentini martyris (fol. 15^v-17^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 14 Febr., tom. II, p. 756-57.

8° Passio sancti Polycronii martyris (fol. 17^v-19^v).

Ut in cod. Namure. 53 (*Anal. Boll.*, tom. I, 519, 81°).

9° Obitus sanctorum Fausti et Pigenii (fol. 19^v-21^v).

Pars prior (fol. 19^v-20^h lin. 3 a fin.) est exordium Passionis S. Gallicani seu SS. Joannis et Pauli, ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Jul., tom. V, p. 37 sqq., scilicet hujus Passionis num. 1-3, sed oratione Constantinae (num. 3) in codice aliquanto breviori. Sequitur deinde Passio SS. Fausti et Pigenii, inedita, ut videtur. Vid. Append.

10° Passio sancti Sereni martyris (fol. 21^v-22^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 Febr., tom. III, p. 365, num. 11-13. Vita in cod. eadem additamenta continet quae cod. Brux. 207-8 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 143, 42°).

11° Passio sanctorum martyrum Montani et Gemelli (fol. 22^r-26^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 24 Febr., p. 455-59.

12° Inventio capitis praecursoris Domini (fol. 26^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 24 Jun., tom. IV, p. 716-18 et p. 724-28.

13° [Passio sanctarum Perpetuae et Felicitatis] (fol. 30^v-31^r).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 158-61.

14° VIII° idus martii, passio sanctorum martyrum Philemonis et Apollonii (fol. 31^r-35^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Mart., tom. I, p. 752-56.

15° VI° idus martii, sancti Athalae abbatis (fol. 35^r-37^r).

Auctore Jona, ed. *ibid.*, ad d. 10 Mart., tom. II, p. 43-45.

16° Passio sanctorum martyrum quadraginta, qui in Sebastea civitate martyrio coronati sunt (fol. 37^r-39^v).

Ed. *ibid.*, p. 19-21.

17° Passio sancti Pionii martyris (fol. 39^v-42^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 1 Febr., tom. I, p. 40-42. Cod. easdem exhibet lectiones variantes quae notatae sunt in cod. Brux. 207-8 (*Cat. Brux.*, tom. I, p. 145-46, 53°).

18° III° idus martii, sermo de passione sanctorum Donati et Advocati (fol. 42^r-43^r).

Ed. P. L., tom. VIII, p. 752-58. Sed nihil ibi de Donato aut Advocato.

19° III° idus martii, passio sancti Alexandri martyris (fol. 44^r-44^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Mart., tom. II, p. 344-45. Mutila desinit in verbis *dignus martyrio frater* (num. 4 med.).

20° Vita sancti Ambrosii episcopi Mediolanensis (fol. 46^v-48^v).

Auctore Paulino, ed. P. L., tom. XIV, p. 27-46.

21° Idus martii, passio sanctorum martyrum Petri, Andreae et Pauli (fol. 53^r-53^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 15 Maii, tom. III, p. 452-53.

22° Eodem die, passio sanctorum triginta VII martyrum (fol. 53^v-55^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 18 Jan., tom. II, p. 188-89. In codice narratio aliquanto prolixi-
or est.

23° Nono kal. aprilis, beati Johannis confessoris (fol. 55^r-55^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 19 Mart., tom. III, p. 31.

24° XIII° kal. aprilis, [vita] sancti Cuthberti episcopi et confessoris (fol. 55^v, 49^r-52^v, 56^r-58^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 20 Mart., p. 117-24. Inc. *Igitur sancti Cuthberti vitam* (*cf. ibid.*, p. 117, ann. c).

25° x° kal. aprilis, passio sancti Theoderici martyris (fol. 58^v-60^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 23 Oct., tom. X, p. 40-45. Cod. convenit cum codice Sanlaurentiano.

26° IIII° kal. aprilis, passio sancti Achatii (fol. 60^v-62^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 31 Mart., tom. III, p. 904-5.

27° Vita sancti Eustasii abbatis monasterii Luxoviensis (fol. 62^r-66^r).

Auctore Jona, ed. *ibid.*, ad d. 29 Mart., p. 786-90.

* *cod.*
Valerii.

28° Quarto nonas aprilis, vita sancti Walerici * (fol. 66^r-73^r).

Auctore Ragimberto, ed. *ibid.*, ad d. 1 April., tom. I, p. 16-23. Om. prol.

29° Passio sanctae Theodosiae (fol. 73^r-74^r et 45^r-46^r).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 164-78.

30° [Vita sanctae Mariae Aegyptiacae] (fol. 75^r-76^v).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 673 sqq. Initio et fine mutila, inc. *stabam sursum imaginem* (p. 682 in.), desinit vero *quo venerat conjunxit* (p. 686, num. 21 in.).

Appendix ad cod. 5289.

PASSIO SS. FAUSTI ET PIGMENII (Cfr. supra, p. 518, 9°).

1. Hanc cum orationem impleisset Constantina, ipsa narrante modo praeceptis imperialibus traditae sunt Fausto cuidam propinquo suo, gentili tamen; qui etiam matrem cum filiabus talibus monitis urgebat dicens: *Ut quid istam vanam superstitionem tenendo tu marito orbata, illae patre privatae, adhuc exspectatis mortem periculis propinquam subjacere?* Tunc Defroza dixit: *Deus, qui misit filium suum Jesum Christum ut nos ab aeterna morte eriperet, potens est etiam et virum reddere et caelestibus facul-*

tatibus mancipari. Respondens Faustus dixit : *Magna est etenim mors.* Defroxa dixit : *Quia non legisti, tamen vel audire te non meministi quia scriptum est : Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ?* Et respondens Faustus dixit : *Et ubi est paternitas cognationis tuae, ut mihi numquam a parentibus nostris divulgaretur quia pretiosa sit mors sanctorum ?* Defroxa dixit : *Tu salute tua nunc crede in Filium Dei, quem Julianus negat, et videbis dignitatem tuam et facultatem centies multiplicari.* Respondit Faustus : *Et quae erit illa credulitas ?* Defroxa dixit : *Ut baptizeris, et non tantum nomen mortalis claritatis, sed merearis nomen Christi accipere, quem Julianus negat. Jam ante Dominum nostrum Jesum Christum tempora non sunt nec finis, quia quod est perpetuum est et aeternum.*

2. Tunc itaque tremefactus cecidit ad pedes ejus coepitque rogare ut baptizaretur. Defroxa videlicet rogat ad se venire Johannem presbyterum. Quem cum lacrimis deprecabatur ut paenitentiam agentem, jejunio recreatum, more sancto baptizaret. Indictum est ergo ei jejunium septem dierum et cinere aspersum caput habere et eleemosynas jussus dare, ut sanctorum orationibus mereretur adjuvari. Septimo itaque die omnia vendita non tantum praedia, sed ornamenta, aurum et argentum et cuncta quae habebat, pauperibus tribuit, et baptizatus est in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

3. Quod cum jam factum est ut Christi baptisate redemptus fuisset, post triginta novem dies requiritur ab imperatore Juliano. Et veniens ante conspectum ejus, interrogatus est ab eo : *Per generositatem tuam, credis te acquisitam uxorem infelicissimi Faviani non perdidisse ?* Respondit Faustus : *Ego quidem non tantum eam merito perdididi, sed et Defroxa a me sibimet acquisivit ut mererer quem tu negas videre, cujus regnum stabile et sempiternum permanet.* Tunc Julianus dixit : *Ego quidem fui christianus, sed diis deaeque serviendo conjunctus sum. Tu autem, ante romanae sedis illustris, qui serviisti diis quibus humiliatus exaltatus sum, quomodo seductus es ?* Respondit Faustus : *Non seductus sum, sed angelicae societati mancipatus.* Respondens Julianus imperator dixit : *Insanis, Fauste, nesciens quid loqueris.* Ille autem positus genibus orando reddidit spiritum ante conspectum imperatoris.

4. Tunc jussit proici corpus ejus et non sepeliri, sed canibus inhumatum derelinqui. Eadem vero nocte veniens Defroxa collegit corpus ejus atque sepeliit in domo sua juxta corpora beatorum martyrum Johannis et Pauli, rediens in domum viri sui famam laudando et glorificando Deum. Continuo autem in somno visitata est a viro suo, dicens : *Veni, Defroxa, veni et accipe coronam quam tibi promisit Deus.* Et post dies quinque in eadem domo orando requievit.

5. Tunc Julianus audiens quia suis tormentis transiit, mirari coepit, et jussit duas filias ejus duci ad se et omne patrimonium eradi atque fisco sociari. Adductae sunt autem duae filiae ejus in conspectu Juliani imperatoris. Et cum in-

troissent, Demetria timore perterrita emisit spiritum, octavo decimo kalendas julii. Tunc itaque Julianus confusus dixit : *Requiratur mulier quae puellam erudiet doctrina deorum*. Et data est Viviana cuidam sacrilegae ad erudiendum, nomine Rufinae. Tunc Viviana mente fide plena sepelivit sororem suam juxta matrem communi in sarcofago in domo sua. 5

6. Per menses sex urgebatur Viviana a Rufina ut sacrificaret diis et acciperet filium ejus in conjugium. Viviana autem fide Christi perseverans, deridebat Rufinam ; et dum frequenter esset afflicta plagis, numquam quievit Christum praedicando. Tunc Rufina renuntiavit imperatori Juliano. Ille vero eodem die jussit eam plumbatis [caedi]. Quae cum diu caederetur, quarto die post jussionem 10 Juliani reddidit spiritum. Cujus corpus jacebat biduo in foro Tauri jubente Juliano. Tunc Johannes presbyter nocte collegit corpus ejus et sepelivit in domo ad caput matris sororisque ejus in cubiculo romano juxta palatium Liciniani, quarto nonas decembris ; ubi frequenter Johannes et Pigmenius presbyteri conveniebant. 15

7. Quo audito Julianus praecepit Pigmenio, dicens : *Perge quocumque volueris. Tibi hic nulla mercabitur vila. Ista tamen servitiis tuis reddo, non tibi, et praedia quae possidebas*. Ipse enim collectum Julianum a sanguine nutritivum et christianum fecit et, sicut a pluribus didici, litteris erudit. Pigmenio quidem pergente, Juliani furor accensus est in Johannem presbyterum, 20 et tenuit eum et in aditum in via Salaria ante simulacrum solis ad clivum cucumeris decollari praecepit. Cujus corpus in eodem loco a Concordio presbytero sepultum est juxta concilium martyrum, octavo kalendas julii.

8. Tunc Pigmenius ibat ad Persidam, ibique fecit annos quattuor, et factus est caecus amissis oculis. Post annos quattuor in somnis monitus est a Domino 25 dicente : *Pigmeni, revertere Romam et illuminaberis*. Exurgens autem mane, navim ascendit Romamque venit. Post menses quattuor ingressus Romam, coepit ascendere per clivum Sacram viam una cum puero. Et ecce procedens imperator in rota aurea vidit a longe Pigmenium. Quem ut cognovit, vocari praecepit. Qui cum adductus fuisset ante conspectum imperatoris, intuens in eum 30 dixit : *Gloria diis deabusque meis, quia te video*. Respondit Pigmenius, clara voce dicens : *Gloria Domino nostro Jesu Christo Nazareno crucifixo, quia te non video*. Tunc iratus Julianus jussit eum per pontem majorem praecipitari. Cujus corpus collectum est et sepultum in cimiterio Pontiani contra Palatium, duodecimo kalendas martii. 35

9. Eodem igitur tempore surrexit bellum Persarum, et ambulavit imperator ad Persidam. Quo cum pervenisset, pugna conflictus victus et deditus est Julianus. Et affligentes eum vivum decoriaverunt a vertice capitis usque ad plantam pedis. et intincta est pellis vermiculis. Itaque rex Persarum omni tempore, dum contionem habebat, super corium Juliani sedebat laetabundus, qui tyrannum vicisset. 40

10. Post mortem vero Juliani erat quaedam mulier, nomine Olympias, de genere Faviani. Quae cum audisset extinctum Julianum, introivit in domum

Faviani, et requisivit corpora sanctarum feminarum Dafroxae, Demetriae et Vivianae. Ibi et basilicam construxit, quae usque hodie Olympiana vocatur; omnibusque diebus de domo Faviani non recessit, manens juxta corpora sanctarum, jejuniis et orationibus Deo serviens die noctuque usque ad Viritium urbis episcopum. Qui etiam frequenter illuc veniens cum pluribus diaconibus et aliis fidelibus, Domino Jesu Christo officium offerebat: cui est honor et gloria, laus et imperium cum Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

CCLXVI. Cod. signatus n. 5290.

Olim Bigotianus 173, deinde Regius C. 4173.2.

Foliorum 159 (1), min. (0^m,25×0,18), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1° Passio sancti Sixti cum sociis suis (fol. 1^r-3^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Aug., tom. II, p. 140-41. Inc. *Eodem tempore Decius caesar et Valerianus....*

2° Passio sancti Laurentii levitae et martyris (fol. 3^r-6^v).

Ed. ap. Mombritium, tom. II.

3° Passio sancti Hippolyti martyris (fol. 6^v-9^r).

Ed. *ibid.*

4° Passio sanctorum Abdon et Sennes vel aliorum multorum qui cum eo passi sunt (fol. 9^v-12^v).

Passio illa amplior, quae complectitur etiam passionem sancti Polychronii et sanctae Olympiadis; de qua supra, p. 459, 10°.

5° Passio sancti Symphoriani martyris (fol. 12^v-15^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Aug., tom. IV, p. 496-97.

6° Eodem die passio sanctorum martyrum Timothei et Apollinaris (fol. 15^r-16^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 23 Aug., p. 578-79. Cod. habet additamenta ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 40, 84°.

7° Passio sanctae Susannae virginis (fol. 16^v-22^r).

Prior pars ed. *Act.*, *SS.*, ad d. 18 Febr., tom. III, p. 61-64; altera *ibid.*, ad d. 11 Aug., tom. II, p. 631-32.

(1) Seu potius 160: nam in serie foliorum notanda bis scripti sunt numeri 17 et 131, sed praetermissus num. 88.

8° Passio sancti Antonini martyris (fol. 22^r-26^v).

Ed. ap. Labbe, *Nov. Bibl.*, tom. I, p. 683-89.

9° Vita sancti Barsanorii abbatis (fol. 26^v-33^v).

Inedita, ut videtur. Vid. Append.

10° Vita beatissimi Nicolai confessoris atque pontificis (fol. 34^r-53^r).

Ed. apud Carminium, p. 112-126. Sed in cod. omm. prol. et passim phrases nonnullae, eae praesertim quae ad paraenesim potius quam ad res gestas spectant; numm. 12-13 referuntur secundum lectionem Mombritianam; tandem add. miracula tria, ed. *Anal. Boll.*, tom. II, p. 151-53, *Cat. Brux.*, tom. I, p. 315-16, num. 1, et *ibid.*, tom. II, p. 27-28.

11° Textus translationis [beati Nicolai], quae celebratur VII^o idus maii (fol. 54^r-65^v).

Ed. ap. Surium, ad d. 8 Maii. Miracula vero narrationi adjecta ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 323-26, praeter duo ultima, quae videsis infra in Appendice.

12° Vita sancti Leonardi confessoris, quae est VIII^o idus novembris (fol. 65^v-68^v).

Ed. ap. Arbellot, *Vie de S. Léonard*, p. 277-89.

13° [Ejusdem] miracula (fol. 69^r-71^v).

Ed., mutato paululum stilo, ap. Surium, ad d. 6 Nov., num. 8-15.

14° Vita sancti Odonis abbatis [Cluniacensis] (fol. 71^v-110^v).

Ed. *Bibl. Clun.*, p. 15-56.

15° Vita beati Maioli abbatis (fol. 110^v-121^r).

Ed. *ibid.*, p. 279-90.

16° Vita beati Odilonis abbatis (fol. 121^v-133^v).

Ed. *ibid.*, p. 315-28.

17° Vita sancti Tetbaldi confessoris (fol. 133^v-139^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 30 Jun., tom. V, p. 592-95. Add. miraculum ed. *ibid.*, p. 598, num. 1.

18° Vita cujusdam servi Dei [scilicet S. Alexii] (fol. 139^r-142^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 17 Jul., tom. IV, p. 251-53.

19° Passio vel vita sancti Eustachii et uxoris ac duorum filiorum ejus (fol. 142^v-150^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 20 Sept., tom. VI, p. 123-33. Omm. prol. et ea qua in ed. unctis inclusa sunt.

20° Vita sancti Romani archiepiscopi Rotomagensis, quae est x° kal. novembris (fol. 151^r-157^r).

d. a Nic. Rigaltio, *Vita S. Romani ep. Rotom.* (Lutetiae, 1609), p. 1-27.

Appendix ad cod. 5290.

VITA S. BARSANORII (Cfr. supra, p. 524, 9°).

Incipit vita sancti Barsanorii abbatis.

Justinianus imperator, vir justitiae defensor, dum in oriente fidem ecclesiae adversa impugnaret, depravatus consiliis haereticorum, ecclesiis quae sub eius imperio consistebant maximam cladem inferebat. Porro ipsi haeretici, quam eundem principem a veritate et cultu justitiae penitus averterunt, suis sui communioni permixtum tenebant. Ineunt ergo cum eo consilium, ut inusitatus praefectoriae dignitatis viros per ecclesias quasque infra monarchiam sui consistentes, cum imperiali edicto suo mitteret, ut ubicumque catholicos viros invenirent, episcopos, presbyteros et diaconos, nulla ordinis reverentia servata, nulla aetatis miseratione spectata, omnes ad palatium catenatis manibus venire compellerent. Enimvero imperator illis in nullo adversariis, utpote qui captus ad tempus miserandi erroris sorte tenebatur, de militibus legatis in eorum statuit electionem. Nec mora, eligitur inter alios sed et alios vir tribunitiae potestatis unus, cui nomen Marius, vir ferocis ingenii et inhumanissimae crudelitatis. Mittitur hic cum armatis legionibus, qui viros sollicitos inquireret et deprehensis vitam et bona adimeret, ni maturius imperatoris edicto se oboedire profiterentur.

Est urbs regia, quae sive a conditore, sive a situ loci aut quavis rerum habitudine, olim Byzantium vocabatur, nunc vero incomparabili decoris ornatu et aeternae dignitatis specie universas Illyricae regionis urbes supereminens, imperii nomen sortita est. Urbis hujus habitatores Christi nomen et doctrinam apostolicam tenentes, divina mysteria in abditis et secretis locis celebrant. Hi, comperta fama de adventu adversariorum, prae timore et expectatione ingruentium malorum in stuporem conversi sunt, ignorantes qualiter evadentem tempestatem vitare praevaluissent. Verumtamen litteras ad circumvicinas provinciae urbes, praecipue ad Palaestinae regionis episcopos, mittunt, quibus feralia regis edicta, haeretica fraude ad eversionem ecclesiarum et servitium Dei compilata, Theodoro archiepiscopo praenuntiaverunt. Quas litteras mox Palaestini audierunt, pleni amaritudine atque formidine, archiepiscopum conueniunt, lacrimabilem querimoniam de instanti clade efferentes. Qui eorum formidine simul et inertia concussus pastor pius, quamquam et ipse ceteris

altius metu confundebatur, nimirum qui et suum et omnium exitium metuebat, spem tamen vultu simulans, ne timeant hortatur. Ait ergo : *Nolite turbari, fratres mei, sed confortamini in Domino, quia potens est Deus eripere nos et vos ab incursione adversariorum. Sunt nobis vicina sed vasta eremi habitacula, quae a sanctis et Deo dilectis patribus habitantur, per quos divinae miserationis auxilium nobis impetrari posse haut inaniter credimus : quibus hanc eandem tempestatis procellam, ni Deus avertat, incumbere haut minus formidandum est. His nostrae humilitatis litteras mitti oportet, ut et ipsi tali in tempore de sua et nostra tranquilla pace pacis auctorem studeant interpellare.*

3. Mirandum sane non multum erat gentes istas tanta malorum expectatione turbari, quibus non per phantasiam aut inania somnia haec ista praenuntiata fuerant, quibus, inquam, non Sibyllae vaticina carmina, non quaesita ab aruspice deorum responsa talia praecantaverant, sed sancti et Deo digni viri spiritu prophético illustrati multo ex tempore exterminii hujus futuram cladem praevidebant. Inter quos praecipue unus extitit admirabilis pater, sanctus videlicet Barsanorius, de quo ad nostra usque tempora praenobilis fama personuit, quod inter orientales patres in omni genere virtutum perfectus emicuit, potens jejuniis, humilitate fundatus, fide firmus, patientia constantissimus. Reliquerunt nobis sancti patres scriptum de sancto Barsanorio, quod eo tempore, quo praefatus princeps seductus per blasphemos et haeresiarchas stragem sanctis inferebat, dum isdem princeps illos contra catholicam veritatem in regia tuebatur, quod, inquam, per spiritum in visione revelatum sibi Christum Dominum vidisset, et vestimentum ipsius a summo usque deorsum informi scissura diloricatum. Quo visu consternatus, interrogavit Dominum, dicens : *Quidnam est, inquit, Dominator Domine, quod video? Cui tantum licuit in te, ut vestimentum tuum profano ausu laceraret? Cui Dominus : Arrius, inquit, infamis me scidit, Eunomius et Marcion et Sabellius et alii quamplures ipsorum sacrilegi dogmatis consortes.*

4. Porro inter cetera falsitatis commenta hoc eorum vesana haeresis dilatabat, quod Christus nec Deus nec Dei filius esset, sed nec Maria virgo Deum genuisset sed hominem, et ob id eam non Dei sed hominis tantum genitricem, ut aliam personam hominis, aliam facerent Deitatis, neque unum Christum in Verbo Dei et carne et anima credentes, sed separatim alterum filium Dei, alterum filium hominis praedicantes. Porro Dominus noster Jesus Christus in una eademque persona ex duabus et in duabus substantiis, divina scilicet et humana subsistens, et mira protulit * ut Deus et infirma sustinuit ut homo, ut eum verum Deum sublimia opera loquerentur, verum hominem fragilia demonstrarent. Sed haeretici utramque formam discernere nescientes, quae erant hominis ad Deum impie retulerunt, nullamque inter caelestia et terrena tenentes rationem, dum dare proprietates suas partibus nescirent, quantum in ipsis est Dei substantiam dividerunt; et dum ad sola hominis verba respiciunt, Deum sine intellectus

* cod. pertulit.

lumine perdunt, et caecum sensum in praecipitia ducem sequentes, malunt dicere minorem Deum quam hominem et Deum. Sed nos ad incepta redeamus.

5 Siquidem hic pater venerabilis Barsanorius de terra Aegypti de villa Petrocli originem duxit. Huic mater erat et sorores duae : nomen matris Eulapia, sorores
 10 una Theotista, Julianes altera. Puer denique strenuus non, ut id aetatis pueris mos est, puerilibus naeniis insistebat, sed vitam majorum observans, per inculpabilem vitam soli Deo placere studebat. Et quia cor mundum a labe peccati gerebat, data sunt ei spiritualium dona charismatum, ut et languentibus etiam
 15 attactu vestimenti sui opem salutis praestaret, et quae ventura erant spiritu prophético nuntiaret. Nos, tantum virum videndi desiderio accensi, Theodorus scilicet, Ammonius, Moyses, Acacius et Leontius, ego autem Joseph horum omnium minimus, postquam ab eo hospitio suscepti beatitudinis suae dulcedine perfrui et conversationis ipsius gratiam familiarem obtinere meruimus, non amor parentum, non rerum ambitio, non mundana oblectatio ab ejus nos praesentia avelere praevalere. Nec mirum ; siquidem in ore ipsius semper Christus erat, in corde pietas, in vultu laetitia et serenitas erat. Nam ego quodam die, sicut loci et temporis opportunitas mihi occasionem praestitit, ipsum familiari ausu interrogavi qua regione, quibus parentibus oriundus, quibus magistris in artem doctrinalis scientiae profecisset. Quae omnia, ut erat eloquio affabilis, seriatim
 20 mihi exposuit : Aegyptum natalem sibi patriam, matrem et germanas duas fuisse exposuit ; de patre quid referebat, paulo post et ego commemorabo. Uxorem sibi mater ingenuam juxta morem et saeculi dignitatem, cum esset annorum viginti, accipere hortabatur ; sed quia inviolatam corporis virginitatem servare perpetuo decreverat, blandientem super hoc matrem longe refugiebat.

25 6. Enimvero longo ex tempore dominicum adeundi sepulcrum immodico ferebat desiderio ; quod multo licet ille dissimularet annisu, hanc ejus tamen intentionem duo ex discipulis ejus animadvertentes, Ammonius et Achatius *, devoverunt se et ipsi sancto itineris sui comites individuos affuturos. Quid ultra ? Nequaquam aspernatur vir sanctus, immo laetatur gratam sibi peregrinationem
 30 tantis viris comitantibus assumere. Jam vero, quod solum restabat *, prosperum iter nobis a Deo postulantibus et ducem itineris, optato nobis supervenit ab eremo vir quidam haut ignobilis famae, cui nomen Marcellus erat ; de quo etiam isdem pater eximius praeclara saepe nobis virtutum exempla narraverat ; quae, quia ad alia festino, interim praetereo. Is nos intuens, quamvis nondum visos et
 35 ignotos, primo quidem silentium tenuit ; dein prae gaudio lacrimatus infremuit, et benedicens nos sic ait : *Gaudeo plane, quia quod mihi praesaga mentis agitatio praecantabat, ecce jam video : agnos Christi innocentiae puritate candentes.* Dehinc nomina singulorum, quae numquam audierat, id est Barsanorii, Ammonii, Achatii, incunctanter expressit. Nobis admirantibus tantam gratiam inesse homini, adjecit atque ait : *Jam in hoc scio, fratres mei, quod Dominus meus Jesus Christus me servum suum a desiderio meo fraudare nolebat, quia sanctitatis vestrae adventus praevenit diem vocatio-*

* cod.
Achatius.

* cod.
instabat.

nis meae, ut fraternae caritatis obsequium circa me exhibentes, corpusculum meum sepulturae, animam beatitudinis vestrae precibus Domino commendetis. Ecce ego jam senui et tempus resolutionis instat. Quadraginta dies me, obsecro, sustinete, et mundum relinquo. Mira circa hominem spiritualium gratia donorum, cui exitus sui diem praevidere concessum est. Qui, 5 consummatis, ut praedixerat, quadraginta diebus, nonagenarius et septenarius migravit a saeculo.

7. Factum est autem post aliquot dies ego Joseph, hujus patris nostri Barsanorii admirabilem vitam scripto editam in memoriam posterorum volens relinquere, coepi primum ab ipso quaerere ad quod genus militiae pater ejus vitam 10 suam instituisset, quoque fine consummasset, praecipue qua praemii expectatione ipse se terrenis exhereditasset patrimoniis, non quia religiosum propositum derogare voluisset, sed quia vitam et gesta ipsius scribere animo constabat. Ad quod ille respondens sic ait : *Dico tibi, frater, sed tu nemini dixeris. Fuit mihi pater Helyas nomine, cultor Dei et amator justitiae ; mater autem 15 nec summis nec infimis parentibus edita, juxta evangelicam vocem pauperibus de facultatibus suis fideliter ministrabat. Necdum ego in virile robur evaseram, et ambo dominicis praestrici mandatis se ab invicem dividerunt, et sic alter ab altero separati in sancta conversatione Deo per annos duodecim servierunt. Jam tempus aderat quo, geni- 20 tore meo migrante a saeculo, mater mea vidualis castimoniae propositum inculpabiliter servans, elemosynis et orationibus inserviebat. At ego feminei sexus infirmitatem considerans, dum matri et sororibus officiosa sedulitate ad necessaria quaeque subservire decrevissem, nocte quadam apparuit mihi quidam admirandae pulchritudinis adolescens, cui a 25 latere stantem recognovi Helyam patrem meum. Is adolescens assistens dixit mihi : « Barsanori, fuge mundum et homines, et salvaberis. » Ego insolitae visionis stupore et jubentis imperiosa auctoritate confusus, haesitabam quid responderem aut quo me vertere satius esset, scilicet aut matrem curare aut penitus humanam conversationem fugere, cum 30 ille iterata apparitione eodem me verbo praemonuit et adjecit : « Quid tu, inquit, haesitas ? Crede mihi, et exi de terra et de cognatione tua, et certus esto Deum tibi in omnibus affuturum. Si autem quae dico exequi recusas, tibi ultra non appareo. » Ita affatus ostendit mihi duos consocios meos, qui quondam de Britannia in orientem orationis causa 35 venientes, aliquandiu mecum fuerant conversati, et postmodum ultra progredientes, loca sanctorum studio orationis adierant, nunc autem repedantes praeterire me insalutatam haut patiebantur ; quorum ego praesentem reditum penitus ignorabam ; sed is mihi adolescens per visum imagines eorum ostendit, simul et nomina commemoravit. Nomen 40 uni Achatius, alteri Ammonius erat. Et ait : « Hos peregrinationis tuae habebis comites, quia Deo grata est conversatio illorum. » Expergefactus*

*dum visionem hanc cogitando et recogitando ventilarem, pulsatur signum, quo ad laudes Dei nocte invitamur; ad quas ex consuetudine procedens, inter spem et metum fluctuabam, cum mihi obviam facti apparuerunt duo illi adolescentes, quorum imagines per visum vide-
 5 ram; sed prae umbrosae noctis obstaculo advertere penitus faciem illo-
 rum nequibam. Ego vero ad illos: « Unde, inquam, vos, fratres, habemus, et quae sunt nomina vestra? » At illi ut mihi qui essent et nomina sua exposuerunt, prae gaudio lacrimatus benigne illos excepi, perpens-
 10 que viae cursus me aut casus eduxerit, Deo auctore, comites mihi non defuturos confido. » Ecce habes quod a me scire tantopere quaerebas. Sed quia praefatae visionis imperio cogor terram et cognationem meam relinquere, te, quocumque Dei voluntas et angelus ejus me eduxerit, te, inquam, laboris mei et praemii consortem esse volo. Ideo sequere me.*

8. Ordinatis igitur omnibus quae necessaria fuerant fratribus qui eodem in loco resederant, egressi pervenimus ad quoddam coenobium, quod Euage ab incolis dicebatur. Hoc in loco monachorum congregatio sub venerabili patre Sirino disciplinis regularibus invigilabat. Inter quos quidam mirae patientiae et simplicitatis frater, Johannes nomine, erat, unus quondam ex discipulis patris
 10 nostri Barsanorii; de quo referebant quia pro simplicitate et corporis munditia multa, quae ventura erant, spiritu praevidebat. Nam et triduo antequam ad locum ipsum venissemus, quod per hominem non audierat, patris nostri adventum abbati praedixit et abbas fratribus nuntiavit. Tertia die itaque advenientibus nobis, abbas et fratres loci, horam ab eodem Johanne edocti, obviam nobis pro-
 15 cesserunt; cum quibus et turba populi copiosa fratres, gratulantes super adventu nostro populus*, quia extremis malis compulsi, pereuntibus corporeis alimentis, dum vitae illis spes nulla superesset, de caelo, rebus amissis, remedium postulabant. Siquidem per totum ipsum annum negatam de caelo sibi aquam ad irrigandum terrae solum testabantur; unde siccatis fontibus et suspensis imbribus
 20 spem frugum nullam de arentibus arvis expectabant. Sed neque haec sola inerat calamitas, quibus prae angustia sitis pecora moriebantur et mortuis animalibus agricultura penitus intermittebatur. Nam et monachi, infelicis terrae pestilentiam fugientes, externae habitationis loca quaerere deliberabant. Quam eorum inopiam miseratus mirabilis pater, aliquantulum orationi incubuit. Dehinc,
 25 completa oratione, erigens se, in arenti solo dominicae crucis signum exaravit, et in eodem loco jussit fratribus fodere. Necdum semicubitum effoderant, et ecce per tria loca hiantibus venis fontes uberrimi aquarum ebullientes haut longe in amnem undosum usque excreverunt. Laeti agricolae et universi habitatores publica voce acclamabant se in adventu patris Barsanorii a Deo visitatos. Sed
 30 quis edicere valeat quanta totius populi exultatio fuit, cum effusis de caelo imbribus diu sterilia arva fecundo germine novos fructus ediderunt? Sane hinc

* sic.

miserantis Dei nova dona stupentes mirantur, hinc sancti viri fidem summis laudibus attollunt.

9. Quas laudes vulgi vir sanctus non ferens, abeundi causas anxius quaerit; sed clerus et populus, ne eos desereret, impensius exorabant. At ille, ordinatis quae agenda instabant, quendam Antiochensem virum, nomine Dorotheum, 5 prudentem atque providum, super negotia fratrum instituit, dehinc valedicens fratribus exivit et abiit a praefato abbate Sirino ad quendam solitudinis locum. Ibi per septem dies immoratus, super infirmos potentis Dei signa non pauca edidit. Igitur fratres monasterii, cum essemus ibi, narraverunt nobis quia leo de silva multa damna illis inferebat; qui crebris incursionibus armenta fratrum 10 dilaniabat, et non tantum innocuis gregibus sed et hominibus insidiabatur. Turbati per assidua damna agricolae, si quando eum coacta manu persequi voluissent, ille inter densa silvarum se receptans delitescibat; hinc, fame cogente, iterum ad notam praedam exibat. Audiens haec pater serenissimus, damna monasterii aliquantulum condoluit, sed haec ipsa damna quali iudicio recom- 15 pensavit non solum habitatores loci illius sed etiam exterae regiones audiere. Nam de damno recenter facto colloquentibus fratribus, siquidem asellum, qui ad usus fratrum ligna cotidie advehebat, eo ipso die, quo illuc conveneramus, devorarat, de hoc, inquam, colloquentibus fratribus, ipse modicum silentium tenuit, et velut adventui suo praesens damnum ipsemet imputaret, suspirans 20 fratribus ait: *Nolite, inquam, fratres mei, ulterius solliciti esse. Nam fera haec, quae male noxia commodis vestris insidiabatur, ab hodierna die nullam vobis ultra aut pecori vestro inferet laesionem. Sed ut magis* * cod. nos. *stupentes consilium Dei admiremini, ipsa eadem, quae vos hucusque turbabat de strage animalium vestrorum, deposita feritate, laetabundos 25 vos reddet, prodigialem exhibens famulatum.* O mira circa hominem istum spiritualium gratiarum praerogativa, in quo tria considero insignia: unum, quod absens spiritu videt quid procul posita inter densa silvarum agitet belua; alterum, quod naturali feritate saevientem semper bestiam manibus medicando contrectat; tertium, quod indomitam feram in usum famulandi reddit mansue- 30 tam. Quod qualiter actum sit, non silentio praetereundum. Porro leo prorumpens e latibus pascentem forte incursaverat, et dum raptum asellum inter arundineam silvam dilaceraret, casu praeacuta stipula fractae arundinis saevientis hostis oculo infigitur, quae immodicis cruciatibus affectum tota die et sequenti nocte sine somno reddidit adversarium. Mane autem facto, leo ad januam coenobii, 35 aegre licet, progreditur et ibi velut patratae caedis conscius prosternitur. Jam dolor ad vitalia prorumpens crebris ictibus mortem vicinam minabatur, cum vir Domini superveniens, languentem adversarium miseratus, oculum digito tetigit et signo crucis imposito infixam pestem extraxit; et continuo instaurata sanitate in obsequium fratrum inculpabiliter permanere instituit. Ita novitius frater gre- 40 gem, quem paulo ante laniabat crudeliter, postmodum servavit etiam jejunos oboedienter.

10. Inde salutatis fratribus atque osculatis exeuntes, pervenimus in Calvariae locum. Nondum a nobis discesserat beatae memoriae abbas Sirinus et Johannes discipulus ejus, qui ne ad momentum quidem horae unius patiebantur patris venerandi abesse praesentia. Ibi loci habitatores, adventum nostrum audientes, 5 oppido congratulabantur nobis; sed quod altius illis formidini erat dolentes nobis intimabant, qualiter imperator ex consilio haeticorum ad requirendos eos ad proscriptionem honorum suorum Marium cum suis complicibus misisset. Quibus pater mitissimus respondit: *Et nos eadem, fratres, audivimus. Sed vos memores estote quod sub ipso imminenti passionis articulo discipulis* 10 *suis pius magister jussit et Dominus: « Vigilate, inquit, et orate, ne intretis in temptationem ». Verumtamen ex eo quod nobis refertis ne usquequaque terreamini, nec vos a Deo penitus destitutos arbitantes de illius misericordia desperetis. Dico enim vobis quod et Dominus ad pacem Ecclesiae et servorum suorum mihi revelavit quia Marius ille* 15 *nequissimus duos et princeps fuerat eorum, qui ex sententia haeticorum jussu imperatoris erant missi ad exterminium famulorum Dei; ille, inquam, Marius, divino praeventus judicio, ab executione feralis praecepti, velit nolit, amodo cessabit, quia irremediabili peste languoris tenetur afflictus; ut qui sanctos Dei punire festinabat, ipse poenalibus* 20 *perfidiae suae vinculis cruciatus in exemplum terroris sit male seducto imperatori. Nobis ergo, quamquam multa alia instabant agenda, ea praecipue causa palatium nos aggredi monet, ut propitio Deo imperatorem a tam vesano errore ad fidem catholicam convertamus, et ut repressis malorum ingruentium turbinibus, Ecclesia Dei tranquilla pace* 25 *laetetur.*

11. Ita fatus, assumpsit secum Georgium archidiaconum, Theophilum et Constantinum, et ex monachis duos, Theotistum et Theodosium. His comitantibus Antiochenae urbis partes praetendebat. Sed aggressio illius clam esse non potuit, quia quascumque urbes aut agros peragrabat, velut quidam lucifer signorum 30 potentia et virtutum splendore illustrabat. Nam de circumjacentibus arvis incolae adventum ipsius captantes, catervatim infirmos suos advehentes ponebant ante eum. Quorum intuens fidem, languentibus optatam praestabat salutem, et in illis confirmabat potiore Dei devotionem. Si quis de numero movetur, triginta novem diverso morborum genere languentes infra diem curavit. Ubi paucis die- 35 bus morati, descendimus Antiochiam in villam quae dicitur Galassia; in qua nos benigne suscepit beatae recordationis Athanasius episcopus.

12. Hoc in loco quid pro famulo suo Dominus operatus est, animadvertat quicumque modicae fidei desperat de divitiis bonitatis ipsius. Porro regionis illius incolas eodem anno fames valida oppresserat; quae res praefatum episcopum 40 maxime contristabat, quod primum mensae alimentum, panem videlicet, nequaquam habebat. Quid tamen ageret? Nobis discumbentibus, minister tantum ea quae habebat, id est olera et parva legumina, apposuit. Hic vir copiosae caritatis

pater noster Barsanorius, quem nulla occulta latere poterant, quamvis intellegebat non tenacitatis vitio sed indigentiae necessitate tam parce administrationem factam, ait tamen ministro : *Quaero, frater, hoc genus edulii si huius monasterii fratribus refectio est cotidiana? Sane talis administratio iis potius convenit, quos remota ab humana conversatione vita caelo proximos facit. Nos homines sumus et inter homines vivimus; olera et legumina non aspernamus; sed quod primum et magis necessarium est exigimus. Ostendite ergo caritatem et panem apponite, scientes quia his fratribus, qui nobiscum venerunt, qui et viae longioris labore et jejuniis vix subsistunt, cibo fortiori, id est pane, opus est.* Ad haec verba minister 10 profundo mentis pudore confusus, cum juramento ait quia panem non habebat; et adiciens : *Num, inquit, beatissime pater, me hominem tam inhumanum esse putas, ut panes habeam et prandium tibi et tuis gelide administrem? Numquid et tu consideras quanto mentis angore filius tuus dominus episcopus pro alimentorum inopia confunditur? Quae si me habere et 15 tibi subtrahere certe intelligeret, severissimae correctionis disciplinam vitare non possem.* Hic vir sanctus ministro respondens : *Audisti, inquit, quia timentibus Deum nihil deest. Vade ergo in cellam, in qua panes ad esum fratrum servari solebant, et quae inveneris, nobis afferre non differas.* Contristatus minister, quod studio avaritiae celare panes a viro Dei 20 putaretur, vehementer suspirans : *Nisi, inquit, mecum unus ex discipulis tuis cellarium ab angulo in angulum lustraturus processerit, non eo.* Dicebat haec quia virum sanctum falsa opinione teneri arbitrabatur. Annuit tamen vir Dei. Ita assumpto secum discipulo minister, mira res et vehementer stupenda, mox ut aperto ostio ingredi temptaverunt, plenum panibus cellarium 25 invenerunt. Illi stupore et admiratione consternati, quod viderant non credebant. Jam autem in se reversi, sumunt ex iis quantum copia inventa suggerebat et convalescentibus superesse poterat. Hos mensae imponunt, non sine admiratione discumbentium. Quod factum ne ad populi audientiam veniret, vir sanctus, humilitatis suae custos, non sine contestatione magni Creatoris aeterno silentio jussit 30 mandari.

13. Interea fratres monasterii sed praecipue episcopus, dum nos velle sentirent abire, circumfusi summis precibus nos, ne ab eis discederemus, postulabant. Sed vir Domini, quia ad palatium festinabat, morari ibi ultra non voluit; immo. valefaciens cunctis, proxima nocte descendit ad portum. Ibi navem onerariam 35 offendimus, quae, plena mercibus, onus expositura Constantinopolim adire festinabat; sed nautae plangebant obluctantibus ventis se inibi per dies multos detineri. *Verumtamen, inquit, si jubes, pater sancte, navem conscendemus, quia te comite navigium nobis prosperum affuturum confidimus, donec ad urbem Byzantium, unde exivimus, perveniamus.* Quibus sanctus 40 respondit : *Et nos, filii, ita cupimus.* Nihil igitur cunctantes navem ascendimus et, ventis ad votum spirantibus, infra paucos dies urbem regiam apprehendimus.

14. Ibi haut ingrata nobis fama nuntiatur, videlicet quod imperator quodam corporis immedicabili morbo adeo tenebatur, ut desperata ars medicorum nullum ad vitam illi posset conferre remedium. Qui, convalescente morbo crebris pulsibus, cum dolor ad vitalia irrumperet, mortis metu contritus hujusmodi lacrimabili voce exclamasse dicitur : *Jesu Domine, qui es lapsorum reparatio, errantium venia, qui donas caecis mentibus aspectum, qui me erroneum et peccatorem adversus sanctum nomen tuum usque in hodiernum saevire* * passus es, cui ad explenda operum malorum studia nihil superest, nisi quod peccator et Deum ignorans meretur ; *Jesu, inquam, Domine, miserere mihi homini peccatori ; qui licet prae magnitudine scelerum veniam nequaquam merear, confiteor tamen quia quicquid desperatio negat, tua praestare potest omnipotens indulgentia, Tibi promptum est sursum vocare de inferis, et suscitare de pulvere, restituere de perditione. Tu scis, Domine, quia de conscientia meritorum preces coram te nequaquam offero, sed quia tam pius es ut assidue rogari velis, sic munificus ut neminem desperare patiaris ; qui peccantes miseranter expectas, clementer revocas, misericorditer emundas. Nunc ergo, omnipotens miseratio, nunc, animarum potens salvatio, ne declines in ira a servo tuo, sed renova in me quicquid me contra veritatem et nomen tuum sanctum egisse aut ignorantia subegit aut fraus haeretica depravavit.* Ita fatus conticuit, et continuo resolutus in somno vidit sibi illum * infirmitatis humanae singulare praesidium, Christum videlicet, assistere ; qui ostendit ei virum sanctum et vere catholicum Barsanorium, et ait illi : *Si vitam quaeris, hunc assume tibi vitae consiliarium ; si sanitatem desideras, hunc adhibe tibi salutis interpretem ; si mortem metuis, hunc credulus audi, et mortem aeternam evades.*

* cod. secure.

* sic.

15. Expergefactus imperator visionem continuo intimavit et hominem hujus nominis, hominem hujus formae et habitus, inventum sibi adduci precepit. Quem ad loca nundinarum et stationes navium quaesitum, dum nusquam repertum renuntiant, indignatus ad quaerendum rursus mittit,urgens et increpans inertiam quaerentium. Tandem in ecclesia beati Mennae inventum ad palatium festinanter adducunt. Quem intuens imperator, ipso eodem signo, quo per visum didicerat, hominem agnoscit, et mox annisu quo poterat exiliens, pedes ejus apprehendit. Quos astringens atque deosculans, divelli ab eis solo stratus vix poterat. Non ille magni imperii, non regni singularem potentiam, non regiam purpuram cogitabat ; solum pedibus viri solo stratus inhaerebat. Postremo aperit quae sibi fuerit causa virum sanctum vocare ad palatium, videlicet quomodo in lectum aegritudinis decubuerat, et quanto mortis metu Dominum invocaverat, et quale sibi responsum apparens Dominus reddiderat, ut virum talem quaereret, promittens per hunc recuperandae salutis praesidium et interminabilis vitae praemium * sanctis legibus promissum. Hic opportunum tempus videns vir strenuus, quo inconsulta regis edicta damnare utiliter posset, quae ad persecutionem san-

* cod. promissum.

* sic.
 corum ex sententia haeticorum idem rex ediderat, sacerdotali auctoritate illum increpavit, quod perfidis haeticis auctoritatem praestasset. Si ergo vitam quam mortem praeoptaret, milites, quos ad persequendos sanctos miserat, maturius revocaret et infames haesiarchas vinctos ad palatium trahi non sine confusione juberet, ut ad audientiam regis discussione facta, dum perfidiae suae commenta in apertum prodirent, vel tunc imperator agnosceret quantum baratrum confessionis per fraudem eorum incurrisset, et tunc in eos ipsum intorqueret iudicium, quod ipsi in perniciem sanctorum commentati ante fuerant.

16. Quid plura? Adquievit imperator, mittuntur legati, qui retrabant milites ab executione prioris mandati. Hic vir Domini catholicae fidei symbolum aperiens, mox ut doctrinae salutaris verbo principem reddidit innovatum, mira res, vir sanctus manus imposuit, et ecce cui residuae sanitatis spem medicorum ar nullam promiserat, sensit sibi totius corporis refundi salutem. Nec mora, reputans quantam ecclesiis Dei intulerat injuriam, jussit his qui super negotia regni praefecturam agebant, ut tributum et vectigalia publica sanctis Dei ecclesiis concederent, sed et ecclesiae, quae terrore imperatoris adhuc clausae a divinis cessabant officis, aperirentur, mysteria sancta liberius instaurarentur, ministris Dei universa quae fuerant sublata restituerentur. Fit gaudium et laetitia per universas regionis ecclesias, quod imperator fidem, quam antea impugnaverat, jam imperiali auctoritate defendat. Ita tandem princeps ex persecutore defensor factus, ad expianda antiqui erroris flagitia jugi paenitentiae se humiliatus astrinxit.

17. Sed interim meditabatur qualiter virum tam sobrium atque prudentem, maxime regis consiliis necessarium, perpetuo posset retinere. Unde per se et per viros altae nobilitatis coepit animum viri attemptare, proponens ad nutum ipsius totius imperii sui negotia pendere. Sed imminentem vocationis suae diem vir providus praedixit imperatori, et hujus rei gratia sibi Jerosolymam esse properandum, ubi sepulturae locum sibi a Deo concessum testabatur. Contristatus rex tanti viri discessu, donis tamen imperialibus magnifice honoravit. Et quia Palaestinae fratribus metuebat, ne, dum moratur ad palatium, praemissae tempestatis eos procella oppressisset, licet Jerosolymam ire maturius praeoptasset, hos tamen praeterire noluit, ferens secum sacram imperatoris. Ibi sancti et catholici viri praestantissimi sacerdotes, amissis rebus, in vinculis tenebantur, postera die catenatis ordinibus trahendi ad palatium, cum vir Domini superveniens praefecto urbis sacram imperatoris ostendit. Qua perlecta, sancti a custodia relaxantur, honores sublati restituuntur, ecclesiae reserantur, divinorum mysteriorum cultus instauratur. Dantur laudes Altissimo, auditur passim popularis exultatio, quod in adventu sancti Barsanorii influxisset super eos divinae visitationis dignatio.

18. Inde valedicentes archiepiscopo et salutatis fratribus, prospero itinere Jerosolymam pervenimus. Ibi singula lustrantes oratoria, in Bethleem loco dominicae nativitatis jejunando et orando septem dies explevimus; in Gethsemani loco assumptionis beatae Mariae quinque dies exegimus. Quibus expletis, vir sanctus

secreto nos advocans ait : *Fratres mei carissimi, nolo vos ignorare quia Dominus meus Jesus Christus vocat me. Sustinete ergo me vel ad modicum tempus usque ad locum sepulcri. Calvariae locus est dominicae passionis sacramento celeberrimus : ibi reddo Creatori animam meam. Sed vos, filii, humandi corporis officium patri vestro, obsecro, dependite. Eamus ergo illuc, quia ibi est ecclesia, quam frater Johannes aedificavit, in qua et mihi loculum ad sepeliendum de petra excidit.*

19. Ad quem locum mox ut venimus, dominici corporis et sanguinis sumpto viatico, expandit manus suas in caelum, et ait : *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.* Hanc vocem secuta est tanta luminis coruscatio, ut cadentes in terram, infra duarum horarum spatium prae timore velut exanimes jaceremus. Hinc erigentes vidimus sanctum Domini oculis ac manibus in caelum intentis de ergastulo carnis emigrasse ; cujus exitum illa nimirum in altum tendens lucis coruscatio bene praeibat, ut sobriis mentibus daretur intelligi quia verus Israelita ab Aegypti aerumnis ad supernae Jerusalem promissam sanctis properabat hereditatem, ubi lucis et quietis aeternae beatitudine aeternaliter frueretur.

20. Nos diem illum inter spem et dolorem transegimus : spem, quia apud aeternum judicem praemittimus advocatum ; dolorem, quia carissimi patris solatio destituimur. Sumptis tamen sacro ipsius de corpore reliquiis, sepelivimus eum, secundum quod vivens adhuc instituerat, in loco memorato tertio decimo septembris mensis die, regnante Domino et Salvatore nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Explicit Vita sancti Barsanorii abbatis, quae est tertio decimo septembris mensis die.

MIRACULA S. NICOLAI (Cfr. supra, p. 524, 11°).

[I.] Senex unus, qui fuerat in transalpinae Galliae partibus oriundus, per multa tempora mansit apud Cumfinam civitatem infirmus. Erat enim curvato corpore, adeo ut erectus incedere non valeret, sed ligneis apodiatas scabellulis manibus et pedibus ambulans movebatur ; cui Leo, ejusdem civitatis archiepiscopus, de suo penu victum quaque die causa elemosynae tribui jusserat. Quo ignorante venerat idem infirmus ut ceteri Barum * ad sanctum Nicolaum, sua pro infirmitate rogatum. Venit et ipse archiepiscopus multis cum episcopis et clericis orationis pro causa. Qui simul ac super beati Nicolai capsellam missale officium nobis astantibus peregisset, extra ecclesiam senex ille jam sanus ad illum accessit salutans eum. A quo interrogatus super munere sanitatis, retulit se fuisse viribus quasi a quodam extentum, ita ut ossa illius et nervi crepuisse putarentur. Hoc autem ideo sic notavimus ut tanti viri testimonio quod actum divina operatione fuerat

* sic.

firmaremus, qui hunc infirmum sua largitate nutrierat; quem divina potentia statui restitutum pristino nobis multisque aliis fidelibus praesentibus vidit et credidit, sanitatisque restitorem cum omnibus astantibus collaudavit. Multi etiam alii infirmi hujusmodi sanitatem redierunt ad pristinam.

[II.] Hoc quoque quod relaturi sumus multorum astipulatione fidelium comprobatur. Thessalonicensis quidam, senectute et lepra oppressus, aerumnosam vitam habens, passionem praesenti sustinebat in tempore. Cui, sicut ipse postmodum referebat, beatus Nicolaus in visione quadam non semel verum multotiens apparuit, exhortans illum ut Barum iret, ubi sanctus Nicolaus erat, qui se morbo ab isto sanaret horribili. Quaerens itaque navem qua veheretur, invenit tandem. Sed nautae, qui Barini erant, contemplantes tanta praedictum infirmum talique obscenitate maculatum, exhorruerunt primo despexeruntque secum sua portare in rate. Quippe in lege veteri separati hujusmodi a cohabitatione ceterorum commorari juebantur; a populo etiam nunc fidei dirimuntur et seorsum habitant. Illius tamen misericordiae gratia faventes supplicationibus miseri, puppim, ut veheretur, ingredi permiserunt. Qui Barum adveniens, ante Nicolai beatissimi corpus precibus et supplicationibus diebus aliquot mansit assidue. Quem plurimi ex improvise contemplantes, prae obscenitate horribili visum semel amplius videre fugiebant et contingere vitabant. Die autem quadam, cum missale officium fieret super capsellam, sensit idem calore nimio sudoreque corpus suum fatigari. Cujus cum singula membra fricare manibus contrectans coepisset, aspexit subito quod inopinatum sibi laetitiam generavit. Nam quasi squamae suo videbantur de corpore cadere, cutisque mundari mundataque nitescere. Quod cum vidit, gratias Deo referre coepit, sanusque ad patriam remeare. Ut autem Barinis a moenibus quasi dierum geminorum itinere abisset, ecce visione quadam sibi beatus apparuisse Nicolaus videbatur et redarguens dixisse: *Quare grates Deo coram omnibus recepta pro sanitate non reddidisti, ut omnes scirent munus quod tibi Dominus concessit? Redi ergo confessurus omnibus et ostensurus beneficium quod accepisti, ne tibi redeat malum quod habuisti.* Rediit ergo Barum et fere omnibus qui aderant seipsum monstravit.

CCLXVII. Codex signatus num. 5291.

Olim Folcardimontensis, deinde Colbertinus 515 (1), postea Regius C. 3595.8. Foliorum 139 (sed ablata sunt folia 46-72, 112, 120, 146-151), maj. (0^m, 44 × 0,29). columnis binis, exaratus saec. XIII.

1^o Passio sancti Concordii presbyteri (fol. 1^r-1^v).

Ed. Act. SS., ad d. 1 Jan., tom. I, p. 9-10.

(1) Cfr. L. Delisle, *Cab. des mss.*, tom. I, p. 478.

2^o Item eodem die, passio sanctae Martinae virginis
(fol. 1^v-5^r).

assio stilo sat diversa ab ed. *ibid.*, p. 11-17, rebus tamen narratis cum ea con-
it. Inc. *Temporibus Alexandri imperatoris Romanorum fuit quaedam*
70 christianissima Romae nomine Martina, genere et nobilitate splen-
a, utpote senatorum et multorum nobilium Romanorum progenie
a.

3^o Vita sancti Fulgentii episcopi Ruspensis (fol. 5^r-
15^v).

d. *ibid.*, p. 34-45.

4^o Vita sancti Eugendi abbatis Jurensis (fol. 15^v-19^r).

d. *ibid.*, p. 50-54.

5^o Passio sancti Petri martyris, quae est tertio nonas
januarii (fol. 19^r-19^v).

d. *ibid.*, ad d. 3 Jan., p. 129.

6^o Eodem die, passio sancti Theogenis martyris (fol.
19^v-20^v).

d. *ibid.*, p. 134-33.

7^o Item eodem die, vita sanctae Genovefae virginis
(fol. 20^v-24^v).

d. ope hujus codicis ap. Kohler, p. 5-47; cfr. *ibid.*, p. XXI, 6^o. In fin. add.
gorii Turonensis *De gloria confessorum*, cap. 91.

8^o Vita sancti Simeonis monachi, edita a quodam
discipulo ejus nomine Antonio, cujus est festivitas
nonas januarii (fol. 24^v-26^v).

ene convenit cum textu ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Jan., tom. I, p. 269-74. Quaedam
sim ommissa sunt. In fine add. Gregorii Turonensis *De gloria confessorum*,
. 26.

9^o Vita beati Melanii episcopi, cujus est festivitas
octavo idus januarii (fol. 26^v-28^v).

d. supra (p. 71-77) ope hujus codicis. Add. Gregorii Turonensis *De gloria*
fessorum, cap. 60.

10^o Vita sancti Gregorii Lingonensis episcopi (fol.
28^v-30^r).

uctore Gregorio Turonensi, ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Jan., tom. I, p. 168-70.

11^o Passio sancti Luciani presbyteri Antiochensis,

qui passus est Nicomediae septimo idus januarii
(fol. 30^r-31^v).

Desumpta ex Eusebii Caesariensis *Hist. Eccl.* interprete Rufino; scilicet lib. viii, capp. 18, 19, et lib. ix, capp. 1, 2, 4, 5 init., 6.

12° Passio sancti Luciani Belvacensis, quae est sexto
idus januarii (fol. 31^v-33^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Jan., tom. I, p. 466-68.

13° Passio sanctae Martianae virginis, quae est quinto
idus januarii (fol. 33^v-34^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 9 Jan., p. 569.

14° Passio sanctorum martyrum Juliani et Basilissae
virginis (fol. 34^r-42^v).

Ed. *ibid.*, p. 575-87.

15° Vita beati Pauli primi eremitae, edita a sancto
Hieronymo presbytero (fol. 42^v-44^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 10 Jan., p. 604-7.

16° Passio sancti Arcadii martyris, quae est pridie
idus januarii (fol. 44^v-45^r).

Sermo Zenonis Veronensis, ed. *ibid.*, ad d. 12 Jan., p. 723-24.

17° Vita domni Hilarii gloriosi praesulis et eximii
doctoris, qui tamquam eous nitet in astris, cujus
festivitas est idus januarii (fol. 45^r-45^v).

Fragmentum Vitae ed. *ibid.*, ad d. 13 Jan., p. 790 sqq.; scilicet num. 1-3 fin.
Desinit mutila, sequentibus foliis avulsis, in verbis *non tantum Gallias*.

18° [Vita sancti Honorati episcopi Arelatensis] (fol.
73^r-74^v).

Auctore Hilario Arelatensi, ed. *ibid.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p. 16 sqq. Avulsis
in cod. foliis 46-72, incipit acephala num. 26 (*disciplinae studium....*). Omm.
etiam ea quae indicata sunt tom. cit., p. 23, annot. *f*.

19° Item eodem die, vita beatissimi atque gloriosis-
simi Fursei confessoris (fol. 74^v-79^v).

Vita illa secunda, de qua Mabillonius, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 299,
num. 2, hactenus inedita. Vid. Append.

20° Vita vel obitus sancti Fursei abbatis de provincia
Anglorum (fol. 79^v-83^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p. 36-41.

21° Passio sanctorum trium geminorum Speusippi, Eleusippi et Meleusippi et beatæ Leonillæ avia ipsorum et Ionillæ, Neonis quoque et Turbonis, sub Aureliano, quæ est xvi^o kalendas februarii (fol. 83^r-86^r).

Auctore Warnahario, ed. *ibid.*, ad d. 17 Jan., p. 76-80.

22° Vita beati Sulpicii episcopi, quæ est xvi kalendas februarii (fol. 86^r-91^r).

Ed. *ibid.*, p. 167-74.

23° Item eodem die, vita sancti Genulphi episcopi (fol. 91^r-99^r).

Ed. *ibid.*, p. 82-91. Add. miraculum de quo *ibid.*, p. 106, num. 45-46.

24° Item eodem die, vita sancti Richmiri sacerdotis eximii, qui tempore Theoderici regis Francorum et Gilberti episcopi in ducatu Cenomannico regulariter ac sancte conversatus multos Christo lucratus est (fol. 99^r-100^v).

Ed. *ibid.*, p. 177-79.

23° Vita sancti Antonii monachi, quæ est sexto decimo kal. februarii (fol. 100^v-112^v).

Auctore Athanasio, ed. *ibid.*, p. 121-41. Folio 115 avulso, desinit mutila in verbis *paene orbe celatum* (num. 117 med.).

26° [Vita sancti Leobardi] (fol. 114^r-114^v).

Auctore Gregorio Turonensi, ed. *ibid.*, ad d. 18 Jan., p. 198-99. Acephala inc. *clericum esse futurum* (num. 2 fin.).

27° Vita beati Launomari abbatis, quæ est xiiii kal. februarii (fol. 114^v-118^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 19 Jan., p. 230-33.

28° Passio sancti Valentini presbyteri, Marii et Marthæ, Audifax et Abacuc, quæ est xiiii^o kal. februarii (fol. 118^r-119^v).

Ed. *ibid.*, p. 216-19. Omm. numm. 12-14 et mutila desinit Vita in verbis *perdere habent* (num. 18 fin.).

29° [Passio sancti Sebastiani] fol. 121^r-129^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 20 Jan., p. 263-78. Acephala inc. *utinam solius mendacii...* (num. 10 med.).

30° Passio sanctae Agnetis virginis, quae est xii° kal. februarii (fol. 129^r-131^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 21 Jan., p. 331-34.

31° Eodem die, passio sanctorum martyrum Fructuosi episcopi, Augurii et Eulogii diaconorum (fol. 133^r-133^v).

Ed. *ibid.*, p. 340, non paucis lectionibus variantibus.

32° Item eodem die, passio sancti Patrocli martyris (fol. 133^v-135^r).

Ed. *ibid.*, p. 343-45. Add. Gregorii Turonensis *De gloria martyrum*, cap. 64.

33° Passio sancti Timothei discipuli beati Pauli apostoli, quae est xi kal. februarii (fol. 135^r-136^r).

Auctore Polycrate, ed. *ibid.*, ad d. 24 Jan., p. 366.

34° Eodem die, passio sancti Vincentii levitae et martyris (fol. 136^r-138^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 22 Jan., p. 394-97. Sequitur (fol. 138^v) Gregorii Turonensis *De gloria martyrum*, cap. 90.

35° Inventio sive translatio corporis ejusdem gloriosi martyris (fol. 139^v-141^v).

Liber 1 opusculi Aimoini monachi, ed. *ibid.*, p. 400-3.

36° Eodem die, passio sancti Anastasii monachi et martyris (fol. 141^v-144^r).

Ed. *ibid.*, p. 426-31.

37° Itemque eodem die, passio sanctorum martyrum Vincentii, Orontii et Victoris (fol. 145^r-145^v).

Ed. *ibid.*, p. 390 sqq. Desinit mutila in verbis *fulgenti dicentem sibi* (num. 10 med.).

38° [Vita sancti Praejecti episcopi et Marini abbatis] (fol. 152^r-153^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 23 Jan., p. 633 sqq. Acephala inc. *implere non potuit* (num. 14 med.).

39° Passio sancti Polycarpi episcopi (fol. 153^r-155^v).

Desumpta ex Eusebii Caesariensis *Hist. Eccl.* secundum interpretationem Rufini, lib. iv, capp. 14, 15, lib. v, capp. 20, 24.

40° Epistola Smyrneorum missa universis ecclesiis de passione Polycarpi episcopi (fol. 155^r-156^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 26 Jan., tom. II, p. 703-7.

41° Vita sancti Juliani episcopi Cenomannensis, vi kal.
februarii (fol. 156^v-159^v).

actore Lethaldo, ed. *ibid.*, ad d. 27 Jan., p. 762-67.

42° Vita sanctae Paulae, descripta a beato Hieronymo, quae est quinto kalendas februarii (fol. 159^v).

agmentum Vitae ed. *ibid.*, p. 712 sqq.; scilicet praefatio usque ad *quasi rios sibi* (num. 1 sub fin.).

Appendix ad cod. 5291.

VITA S. FURSEI (Cfr. supra, p. 538, 19°).

ipit vita beatissimi atque gloriosissimi Fursei confessoris.

Laudabilis Dei nostri virtus et sapientia, quae multiplici benedictione honorum delium corda, ut in excelsis indefessae majestatis suae potentiam a beatorum spiritibus laudari voluit, sic terrenae adhuc fragilitatis astrictos corpore laudis conditoris suaeque redemptionis salutare donativum fideli mente praecinere iuit. Cujus salutiferae monitionis imperium ille egregius vitiorum triumphatoris arcano retinens, laudabilis operationis digito citharizat inquis : *Laudem tui loquetur os meum et benedicat omnis caro nomini sancto ejus.* eferendas igitur Conditori gratias sanctorum quorumlibet repetita memoria torum desiderium adjuvat, quia dum eorum vitam ad exemplar suae melioris retinent, in tirocinio Christi Domini assuefacti numerum electorum felicitate adaugent. Quorum in senatu caelestis providentia beatissimum Furseum tunc lucidissimum caeli sidus dignum delegit clarescere : qui nobilitatem carnis vitibus adornans, corpore conversabatur saeculo, sed mente jam regnabat in caelo. Hic teneros annos infantiae maturioris animi confirmans stabilitate, verbo semper et opere ut laus Christi in omni terrarum divulgaretur fine, qui se efficacem ampliata mercede in caelis clarificat, et in ejus memoriae jubilo aeterna die mundum exhilarat. Ampliatae igitur sanctitatis hic donativo praeditandem pontificalis dignitatis Deo favente adipiscitur decus, ut populum Dei regere egregius in praesenti regeret, quem consortem sui quandoque in caelestis receptione gauderet.

Qui quantis floruerit miraculorum titulis fines regendo paternae regionis, ut illa Hiberniensis spectabilis insula quae, ut a ceterarum incursione remotior, delectabile gaudium suis cohabitatoribus exhibet. Sic quam plurimum Christi Jesu exercitio informatos in terra viventium se praeposuisse congaudivit. Inter quos ad augmentum sui decoris hunc beatissimum patrem Furseum

muer protulit, cui meritorum gratia cum virilitate corporis in augmentum
 meriti laudis, eique dulces perstitit caelesti militari militia, ut acceptabilis Jesu
 mereretur effici hostia. Hujus igitur amoris accensus desiderio, maturioris
 canitie puerilis aetatis confirmans teneritudinem, quoddam construit
 monasterium, ut ibi Deo militans candidatus monachorum exercitus ad caelestis
 felix scanderet decus. Hoc laudabili studio vir beatissimus primordia aeta-
 tis suae consecrans, sanctitatis suae famam dum soli Deo voluit esse cognitam, in
 huiusmodi loci regimine sanctissimum delegit Foillanum ponere, qui ei tam cor-
 poris affinitate quam sanctitatis conjungebatur parilitate. Sed ne Jesu Domini
 mirabilis margarita diutius latitaret, intra diversarum terrarum latibula ea velut
 non potuit. Quorum diutius athleta Christi strenuus non ferens cotidianos
 sanctorum post sanitatem corporum multis attributam, addita insuper restaura-
 tione ad marem, postquam circumquaque Christi bonus odor esse cognoscitur, 15
 ad hoc Foillanum praesentiam reverti deliberat, quem cum ceteris fratribus eidem
 huiusmodi praedicationis suae instantia exhortari desiderat, cum qui-
 bus in praesenti manendo se in caelesti militia exercent.

Ad hanc intentionis salutare obsequium virum Dei festinantem repentina
 mortis visio praecipit. Qui ut quantam apud Deum haberet gratiam cognov-
 isse, huiusmodi methodiam omnipotenti Deo in ipso etiam agone positus persolvens,
 angelorum custodia munitur, tandemque post demon-
 strationem gloriam reproborumque poenam ad corpus anima reducit.
 Huiusmodi viri dum exanime corpus quique custodiunt, subito dum commoveri
 inter se, superposita vestimenta deponunt, vitamque eum recepisse gaudent
 quod esse doluerant. Custodum hic percunctatus cur tanta adesset solli-
 citudo, se videri privatum fuisse eos dolere didicit. Quorum pia affabilitate deli-
 ciosum esse, se vivere indicat et quaedam quae in supernis didicerat aperit,
 quae huiusmodi mentis animos ad gaudium et improborum perterrefaciunt audi-
 tionem. Quis admirabilis translationis visio ne scrupulum credendi audientium
 in eorum animo, in ejusdem beati viri corpore signum adustionis pro cujusdam
 muneris accepto munere caelestis gratia voluit ponere, quod quamdiu vixit
 non cessavit apparere, ut posteros ejusdem signi moneret terror, quantum
 huiusmodi splendet caduet muneris nimius amor. Ejus namque visionis quam plurima
 contingant frivola, quae nos attingere non solum ipsa beati viri laudabi-
 lis auctoritas, qui semper magis operibus quam sermonibus laudes Domini
 praefert, sed etiam illius praedicatoris gentium non dispar transmutatio prohibet,
 quae caelestia dicere non audeat. Ille etenim verborum circuitus, qui hinc
 ab inferis ignium tractus, hinc nigrescere profunda fluminum abys-
 sos, hinc pati incendia, illum gravi dicit circumdari nebula, quid utilitatis affert
 audientibus, si haec in se non reprimit manens in corpore animus? Quae Deus
 omnipotens ad sufferendum videre non faciat quos haec audire fidelis sui Fursei

sollemnitate considerat : quo praebente manum infructuosos corporis exsuperemus igniculos animaeque depellamus denigratam caliginem, ut adici mereamur illius jucundissimae societati.

4. Post ineffabilia igitur caeli visa secreta, in resumptione corporis angelico
 5 discit imperio quid agendum esset viro beatissimo, cui vivi fontis latice reviviscens corpus jubetur perfundere, vitaque meliorari praecipitur et caelestis gloria promittitur. Hujus incomparabilis promissionis securitate recepta, sanctitatis suae ampliavit munera, demumque majoris praerogativa floruit gratiae, caecos et claudos omnique languore debiles meritorum sanans donativo, et per acceptae vitae
 10 duodenne spatium Hiberniensem multis signis miraculorum coruscare fecit regionem. At vir egregius, quem multiplex sanctitatis mundo propalabat cumulus, iterato se cognoscentium cupiens vitare vultus et ut ejus laudis notitia nesciretur, avitam linquens patriam, per Britannias transvectus est in Saxoniam. Quem Sigebertus rex honorifice suscepit, omnisque regio initium salutis per eum sum-
 15 psit. Cujus dilecti Dei quanta esset gratia quamvis majestas * nesciret regia, tamen quantum felicitatis advenae praesentia eidem regi ceterisque attulerit jubillum demonstrat honor exhibitus, quia ei etiam in omnibus regia famulatur servitus : quem ditari multis volens opibus, omne speciosum terrenae suppellectilis libenti obtulit animo.

* *cod.*
 majestatis.

20 5. Quae vir sanctus, laudabilis constantiae vicens privilegio, offerentis extollens desiderium, duxit pro nihilo, consuetamque cordis sui sanctitatem diu celare non potuit, quia velut lucerna in domo Dei positus flore meritorum enituit ; regemque supplex petiit quo ei locus tribueretur aptus monastico ordini, ubi Deo servire valeret attentius maximusque fidelium quantocius congregaretur conventus.
 25 Cujus petitioni praedictus rex non solum assensum praebuit, verum etiam ut laboris ejus quantocius appareret fructus, magnos regiae consolationis praebuit sumptus, desideriumque viri Dei in quibus valuit adjuvat et construere in regno suo ubi vellet monastica habitacula imperat. Accepta vir Dei hujus imperii securitate, quam plurima construit monasteria, praedictique regis imperium diversis
 30 ecclesiis honestat, quas pretiosissimis sanctorum reliquiis consecrat et super eas sedulus procurator invigilat. Sic paulatim dilectoris Dei coepit circumquaque clarescere magnitudo : cujus sanctitatis dum etiam quique procul remoti famam audiunt, ad ejus undequaque pietatis tutamentum concurrunt. Quos omnes divini eloquii pabulo satiat et tam animae quam corporis incolunitati consociat ; et qui
 35 quondam Hiberniensem multis illustraverat miraculorum prodigiis insulam, nunc iterato ille felix advena spatiosissima sanctitatis suae munera secum deferens, non solam Saxoniam regionem, verum longe circumjacentia arva, mirabili repletus Spiritus sancti gratia, omnipotentis Dei suscipere facit salutaria dona. His cotidianis virtutum incrementis athleta Domini invigilans, peregrinationis suae
 40 bajulos, beatum Foillanum et Ultanum *, in constructis a se praefecit monasteriis. Qui eisdem semper adhaerentes, longissimos susceperant peregrinationis labores, parique coronati gloria, haud dissimilia meruerunt assequi, ut credimus, gaudia.

* *cod.*
 Uitanum.

6. Quibus, ne in aliquo perfectionis suae minoraretur inceptio, super populum Dei praefectis, dum iterato solitarius illam theoreticam vitam vellet agere, angelico monitu suadetur Romanam cathedram visere, quae ejus, ut ceterae regiones, persentiscere mereretur gratiam. Hoc superni imperii accepto indicio, regem adit beatus ille advena, humilitatis gratia reticendo imperia angelica, se velle in Romaniae partibus proficisci supplex indicat ejusque itineris ab eo licentiam assequi postulat. Cujus postulationis audita desideria praedicti regis animum magni doloris afficiunt maestitia, quia se ab illius privandum audiebat praesentia, in cuius consolationis respectu vitae suae pendeat fiducia omnisque salutae supplementum diutius aestimabat posse tenere Saxonia. Sed ne dilectori Dei in aliquo contradiceret, assensum petitioni ejus sub ea deliberatione tribuit ne in perpetuo ex suae paternitatis dulcedine adoptivos exheredet et ne diutius pro sui absentia cruciet quos pro sui ducatu quasi jam in caelo ponere sedes videt. Huic honestae petitioni vir Dei effectum se praebere iterato promittit, si locus sibi a Deo datus fuerit.

7. Qui post hujus promissi reciprocationem laetus arripit jussam peregrinationem, tandemque post nimios laboris aestus, igne passionis rutilus, regis Clodovei praesentatur obtutibus, in Galliae commanentis partibus. Qui sancti viri mentis comperta probabilitate, eum cum maximo recepit honore, et quae eum semper amare didicerat, scilicet ubicumque ei placeret construere monasteria, libenter praeparat; regiamque permissionem Herchenaldi patricii blanda suasio confirmat. Sed vir Domini ne accepti itineris impediretur proposito, blando hoc devicit precum alloquio.

8. Qui monitum tenens iter, in pagum devenit Pontivum et in domo cujusdam ducis, Haimonis vocabulo, magnum lugentium audivit planctum. Hic igitur quamvis multarum afflueret dignitatum opibus, uno honestabatur partu caelitus, quem communis omnium sors abstulerat vitaque praesenti privaverat; cujus in exequium paternus affectus omnisque familiae multitudo tunc temporis lugubres exigebat cordis cruciatus, tantae spei consolatione privatus. Horum gemitus valde dolens beati viri animus, percunctari coepit ilico unde tanti succresceret doloris cumulus. Quem dum multiplicari pro morte ducis filii comperit, magno consuetae pietatis motu munere, ad custodiendum sibi petiit committi corpus in ventura nocte. Cujus quamvis sanctitatis famam nescirent, tamen considerantes tam ejus corporis quam mentis tranquillitatem, illius doloris sui initium ad custodiendum committunt corpus: quod in secreto cellulae, ut jusserat, collocant, et super haec quid Deus omnipotens per suum velit operari famulum exspectant. Dum igitur athleta Dei in arto cubili positum cadaver conspicit, se suppliciter in oratione posuit, adesse sibi in ea necessitate aures Domini postulat, pro cuius gratia multa jam miraculorum signa patrauerat. Sic pernoctando vigiliis tetrae noctis lucidissima Jesu Domini lucerna orationibus illustrans, ne se petentem in aliquo Deus relinqueret, filium ducis a somno mortis ad vitam revocat, in ejusque resurrectione mundo aperit quantum sui famuli sibi vita placuerit. Mane autem facta,

orbatus unico venit dux Haimo, quem consequitur uxor sua omnisque familia, in sepultura filii defuncti multa deferens luminaria cereorum, rescire per seipsum quantocius desiderans qualiter Deus sui exaudisset vota Fursei fidelissimi. Qui filium jam vitae redditum et insperato Dominum laudantem cum beato viro reperiens, laudibus eorum se associat, sanctissimumque virum multis gratiarum vocibus intonat, quoniam pristinae vitae filium unicum reddiderat, in quem paternae pietatis affectus omnem spem sui posuerat.

9. Pro susceptione igitur reviviscentis filii pater cum circumstanti populo omnipotenti reddens laudes Domino, hereditatis suae pergrandem villam in qua filium resuscitaverat, Maio nomine, itemque alteram Macerias beato viro voluit tradere eaque gratia sui memoriam imperpetuum habere. Sed vir Domini, bonorum omnium ditissimus, praedicto viro valedicens cum ceteris omnibus, oblata humiliter accipere noluit, sed patrem cum filio laudantem Dominum ad propria remisit, benedictionisque suae manu languores omnium abdicat et tam saluti corporis quam animae per omnipotentis Dei misericordiam associat. Quod cernens Haimo vir fidelissimus, ejus provolvitur pedibus, quia temporalia ejus bona postposuerat seque velle recedere indicaverat; quamvis cohabitationis ejus esset indignus, tamen ejus petit pietatis auxilium, ut sibi indicari placeat, si ei superstes fuerit, quando de hac vita ad Deum transeat. Vir autem Domini Furseus, spiritu justorum plenus, petentis vota suscipiens, obitus sui indicium in trium horarum apparitione ad instar fulgureae claritatis in una nocte radiantium aperuit: quae, ut inferius liquebit, mirum in modum praedicto Haimoni viro, quia haec non animadverterat, beatus ipse patefecit.

10. Hoc tali donativo virtutis initium sui consecrans itineris, coeptum resumit laborem peregrinationis, quem didicerat in imperio angelicae visitationis, virtutesque augmentat in eundo, quoniam Deo non sibi vivebat in carne manendo. Qui qualia per eum patrare voluerit Mantoilo vico, sequens indicabit sermo. Nam dum hic beatus Furseus, caelo terraque reverentissimus, per eundem vicum quadam die peragraret, graves cujusdam minus sani cordis pertulit injurias, qui sibi continuas pro Dei amore augmentabat poenas. Quem dum vili vidit circumdatum tegmine pannorum, gravibus cecidit ictibus fustium, cappamque beato viro abstulit; revertensque ad domum, quasi pro completo opere gratulabundus super uxorem suam proicit. Sed omnipotenti Deo qualiter displicuerit athletae suo illata crudeliter afflictio, ipse gaudio in dolorem mutato didicit; quia dum hanc uxori proicit, ipse cum ea oris officio non immerito privatus extitit, ad augmentumque doloris unicam eorum filiam, patris matrisque associatam poenis, auditus et visus donis insuper privatam reddidit. At pater ille egregius, amator pietatis sedulus, tantisper super haec facta gaudere miserum indoluit; et quia eum quantocius pro his poenas luere prophético spiritu praevidit, post eum ad domum ipsius, quamvis graviter caesus, abiit, hospitiumque se cum eis habere velle innotuit. Quos privatos modulis promptae loquelae reperiens, triplicique officio capitis filiam eorum unicam damnatam videns, misericordia motus, inlatae

afflictionis nescius, Deum pro restauratione horum petit attentius; dumque Deo cum lacrimis preces ingeminat, hos miseros ad sanitatem revocat, eorumque animos blandis informans praedicationibus, ad viam veritatis revocare facit vitae gressus, propriisque pro Dei amore deinceps volunt rebus carere qui hactenus nimium inhiaverant in alienarum depraedatione. 5

11. His talibus circumquaque operibus sanctitatis suae dilatans famam, multis miraculorum signis honestare fecit Franciam. Qui post haec, divino anhelans desiderio, in grandem curtem venit in pago Atrebatensi, et inter cetera operationis suae insignia haud superiori dissimile per eum operata est divina gratia. Quadam etenim die, longo viarum fractus itinere, communis hospitii nocturnalem receptionem beatus Furseus cuidam mulieri, nomine Hermenfridae, petiit, quae temporalibus affluens opibus, heu nimium misera carebat caelestibus. Nam nec tanti viri blanda precum iteratio nec communis omnium miseratio hanc ad hoc emolire potuit ut vel illius felicitis advenae misereretur inopiae vel suae receptionis sineret etiam ostium aperire. Cujus inhumanitatis comperiens duritiam, praesentiae suae retrogrado duxit felix ille incola paupertatem, alterius petita susceptione, qui hanc non potuerat invenire. Sed in absentia beati viri patuit locus immundo spiritui, qui Hermenfridam gravi vexaret cruciatu, quantumque Deum offenderet notum fieret omnibus pro amisso rationis sensu. Qua vexatione nimium torta, post virum Dei ejus miserae currit familia; prohibito ut velit succedere hospitio propter misericordiam Dei precantur, qualiterque in digressionem suam eorum domina rationis vim amiserit indicant, quantamque perturbationem omnis familia in sui absentia pertulerit lacrimosis singultibus ingeminant. At vir Domini Furseus, tantis precum iterationibus monitus, corporalem sui praesentiam ad praedictae mulieris hospitium exhibere noluit, sed de Dei misericordia confusus, 5 unum ex suis discipulis dirigit, qui vice ejus in sui praesentia praedictam domum visitet mirabilique ordine ex baculo beati magistri omnem perturbationis pestem eliminat. Qui boni magistri parens imperio, accepto ejusdem illo insigni[s] virtutis baculo, cum petentibus ad destinatum locum properat, et omnipotens Deus quantum dilecti sui Fursei vita sibi placeat omnibus manifestat: quia dum ejus 30 legatus domum introiit et baculum protendit, salus inibi repentina ampliatum locum repperit. Nam perditae mulieri incolumitas mentis patuit, omnisque familia pro resumpta quiete assiduis laudibus omnipotentis Dei misericordiam extulit et cum domina ad beati Fursei praesentiam pro reddendis gratiarum actionibus quantocius debere venire deliberat. Cujus monitioni libentissime aurem accom- 35 modans, per se misericordiam viri Dei expetiit, et provoluta ejus pedibus, se suaque omnia in manus suae protectionis committens, tandem confirmata sancti viri benedictionibus, ad propria per multos annos in pace victura Deumque benedicens sedulo rediit.

12. Harum virtutum insignia, quae Dei nostri per suum voluit operari famulum 4 misericordia, circumquaque magnis atollebantur laudum praeconiis, quantumque ea vir Domini occultare volebat humilitatis gratia, tantum ea rescire faciebat

laudabilis fama. Unde inter egregia ejus virtutis opera hoc ad aures Herchenaldi patricii pervenit quod Haimonis ducis unicum filium de somno mortis resuscitaverit. Cujus rei gratia eidem patricio quantum amoris erga beatum virum generaverit, hic rusticanus sermo prout potuerit ad laudem Dei et ad ejus fidelis Fursei reverentiam explebit. Praedicti etenim viri Herchenaldi liberalitas dum sancti viri virtutibus sic cotidie repleri audiret terrarum anfractus, ad ejus praesentiae venit quantocius reverentiam, per seipsum rescire volens si ex sancti viri visis virtutibus Deum mereretur benedicere gaudens. Qui post longos viarum recursus dilecti Dei praesentiam adiit devotus, suppliciterque petiit ut ejus misericordiae mereretur persentiscere gratiam, quam sic erga alios affluere audierat per quaeque loca abierat, et ne ejus pietatis solus privaretur dono : quem non aliter recessurum sciret donec petitionis ejus libentissime faveret voto. Nam esse sibi unicum filium in cunabulis manifestat in Paronensi palatio ; quo sanctum Dei venire desiderat, filiumque sacri baptismatis consecrare lavacro, demumque eum a vivifico fonte suscipiendo spiritalem patrem effici postulat. Cujus petitioni vir Dei assensum praebuit, quia pio amore eum semper coluit ; festinusque ad praedictum locum venit, et peragens nobilis viri honestum desiderium, omnia circumquaque loca magna replevit laetitia.

13. Etenim ut hunc Deus ampliori commendaret laudis praeconio, sex quosdam viros, qui damnati quodam tenebantur carcere teterrimo, mirabili ordine liberatos a nexibus ante omnium ex improvise fecit astare conspectus. Nam dum per eundem vicum Paronnensem sanctum Dei audiunt transire, misericordiae suae eis affore precantur dexteram. Pro quorum carcerali liberatione dum temporalis potestatis majestatem petiit frustratumque se vidit, ad Domini Dei sui patrocini solito confugit ; sedensque ad prandium multorum nobiliumque optimatum personis vallatus, sine humanae dissolutionis auxilio quondam graviter compedito subito astare conspicit liberos, Deoque multarum gratiarum laudes propter exauditas preces ingeminat, et sic regalis convivii apparatus hoc tali miraculo honorat. Hoc tali viso miraculo, patricius Herchenaldus sancti provolvitur pedibus cum omni populo, veniamque contradictae petitionis postulat, Deumque pro viso miraculo glorificat, et cum consensu regiae majestatis sanctum virum per diversa Franciae loca a suis legatis fecit deducere suaeque potestatis singula demonstrare, qualisque ei complaceret habiliorque monastico videretur ordini suae subderet potestati.

14. Hujus laudabile desiderium vir Deo spectabilis mundoque honorabilis gratanter suscipiens, perspicaci mentis oculo singula investigat, solumque ex omnibus Latiniacum suae ditioni subjugat, qui nomine praetendit qualiter hunc a molesta incursione latere Deus voluerit. Nam hinc silva peropaca tegitur, hinc marina aqua honestatur ; hinc multiplex et delectabilis pratorum planities, hinc fecundissimarum vinearum floret densitas. His quasi quibusdam gemmulis resplendens supradictus locus pulchritudinis muneribus, delectabilis viri Dei nimium apparuit obtutibus : quem in parte sui delegat praesentiaeque sui honorat.

Ecclesias namque in praedicto fundo aedificat, quarum unam in honore Domini Salvatoris, alteram vero in memoria beati principis apostolorum Petri consecrat, tertiamque vili quidem construit opere, sed cotidiana usque nunc miraculorum mirificat amplitudine, quae in ejusdem beati Fursei honore a posteris dedicata, multis praebet tam animarum quam corporum dona salutaria. Inter cetera igitur hujus sancti viri virtutum spectacula, praedictum Latiniacensem locum per hunc suum fidelissimum omnipotens Deus mirabili decoravit gloria, unde ampliatae laudis famam per multa terrarum retinet spatia. Nam ut Dei nostri virtus ostenderet quanta hic apud eum haberet meritorum privilegia, dum hic vir beatus in latere constructi coenobii baculum figit in solo areni, mox valde perspicuus et delectabilis fons, usque adhuc indeficiens, emanavit aquis, quae multis profuerunt et in praesenti proficiunt ad recipienda multimoda sanitatis commoda per mirabilem Dei nostri potentiam et per hujus sancti viri laudabilem gratiam. Quae nos in praesenti attingere nolimus, quoniam in descriptione miraculorum hujus dilectissimi Dei Fursei, quae divina per eum operata est potentia postquam ad caeli scandit sidera, ea narrare, adjuti ipsius sanctissimis meritis, praestolamur. Multisque praetermissis miraculorum titulis quibus praedictum locum honestaverit manens adhuc in fragilitate corporis, illud admirabile annectimus, quia dum quodam die hic vir beatus Latiniaco resideret, duos energuminos ad se venire videt, quorum motus miseria, signaculo crucis amissae salutis reddidit donaria.

15. Pro his tantis virtutibus sancti viri fama circumquaque dilatata, tandem ad aures nobilissimi patricii Herchenaldi perveniunt quae omnipotens Deus per suum famulum in praedicto loco patrare voluerit. Quorum nimio excitatus amore, ad sanctum Dei quantocius festinat venire, Deoque omnipotenti multas reddidit gratiarum laudes, quia beato Furseo Latiniacus inter ceteras ejus placuisset sessiones. Per aliquot etenim dies praedicto patricio manente cum beato viro, cordis sui desiderium aperit, velle se scilicet ad palatium Paronense remeare ut inibi aliquid decoris strueret, ut si fortasse venienti quandoque beato viro idem locus placuisset, ditioni suae in perpetuo subjugaret corporisque sui praesentia quoad viveret nobilitaret, ubi se patricius vitae ponendo finem, si Deus permit- teret, tumulari juberet. Laudabilem hujus viri audiens deliberationem, magno laetatur gaudio, dicta perfici jubet accelerato studio. Qui patricium ilico confirmans benedictionibus, laetum remisit ad praedictum locum cum magnis exultationibus; Latiniacoque ipse residens, egregiis coepit cotidie pollere virtutibus. Deo semper et ubique serviens.

16. Unde Jesu Domini athleta invictissimus non solum per totam Galliam vel Saxoniam magnis attollebatur laudum praeconiis, sed et etiam illud Hiberniense nativum solum talem se laetabatur habuisse dominum, cujus sanctitatis famam dum audivit, quosdam ad id cognoscendum commovit. Nam beatus Eminentius, omnium simplicitate ditissimus, dilecti Dei Fursei sanctitatem, quam dudum compererat, quia hanc cotidie augmentari audiebat, per sese ipsum id rescire quantocius cupiens, assumptis quibusdam fratribus ad beati properat visendam prae-

sentiam devotus ; tandemque post longos viarum recursus, illa peregrina felixque Hiberniensis catervula Latiniacum veniens, sanctum Dei amplioribus quam comperissent vident florere virtutibus. Quos laetabundo suscipiens animo, eos inibi diutius in Christi Domini formavit servitio.

17. Succedenti vero tempore, postquam eundem locum Deus noster per beati viri meritum multa probabiliū virorum honestavit numerositate, eidem beato viro velle patuit ut Saxoniam revertens, Foillanum et Ultanum * socios egregios visitare deberet. Qui sanctum virum Eminianum Latiniacensi congregationi praeferens, iter accelerat et in fundo Haimonis ducis nomine Macerias hospitatur, ubi quondam Dominus ejus orationibus favens ipsius principis unicum filium a morte suscitavit patrique spem consolationis recreavit. Ubi aliquantisper commorans, gravi infirmitate deprimitur, et quia fidelem suum omnipotens Deus jam digna leceverat remunerari mercede, post angelicae visitationis consolationem, post sacri corporis et sanguinis sumptam vivificationem, animam ejus caelesti palatio collocat, corpusque ejus in terris multis miraculorum frequentationibus honorans, hodiernum diem specialiter ejus sanctae memoriae consecrat. Cujus pietatis auxilium devote poscimus ut famulorum suorum ei placeat servitus, Christique favorem eis clemens deferat quos in sui memoriale sic exhilarat, praestante eodem Domino nostro Jesu Christo, cui est cum Patre et sancto Flamine par splendor, communis apex, sociale cacumen, sine tempore regnum et virtus eadem per infinita saeculorum saecula. Amen.

[EJUSDEM TRANSLATIO ET MIRACULA POST MORTEM.]

18. Sacram Christi ac venerabilis Fursei memoriam digne omnis mundus eximia laude recollit, quia hunc ad exemplar imitandorum bonorum omnipotentis Dei gratia protulit, quem, dum vitalis spiritus ejus artubus caluit, multis miraculorum prodigiis nobilem reddidit. Hic etenim per multa terrarum spatia aeterni Domini propalans testimonia, diversarum virtutum floribus adornavit, ut his daret aequitatem justitiae, illis fortitudinem constantiae, hos prudentia callere faceret serpentis cum dono columbinae simplicitatis, illos temperantiae informaret libaninae, cum quibus illius summae virtutis posset participari laetitiae. Hoc sanctitatis relucens privilegio, innumerabiles fidelium catervas Christi Domini subjugavit irocinio, pro quorum salute merces sibi ampliata redditur, dum in regione viventium felix et beata ejus anima collocatur, quae in diademate perennis speciositas inserta, inter summos caelestis curiae retinetur egregia et relictum in terris corpus multis miraculorum honestat titulis, quae cotidie accrescunt pro ejus gloria ad laudem Conditoris. In hujus igitur beati Fursei salutari memoria hujus illis compositionis edentes scripta, ejus poscimus juvari prece pro cujus haec componimus amore, utque sibi clemens in pace societ quos in sua laude tenet. Qui sic mirabili ordine Haimoni duci suae patefecit finem vitae, cujus, ut praeliximus, unicum filium ad vitam revocavit, quia Deo semper et ubique militavit.

19. Nam dum hic beatus vir in ejusdem ducis possessione, Macerias nomine, vitae ponens terminum, ad caeli scandit regnum, eidem praedicto viro signum

* *cod.*
Ultanum,
ut supra
num. 5.

sui obitus, quod inculcaverat vivens, monstravit; sed idem vir haec minime animadvertit. Unde sedenti ad prandium beatus ille Furseus niveo amictus segmine, perlucidum manu ferens luminare, cum duobus apparuit diaconibus, qui singulas gestabant eximiae claritatis faros. Hoc mirabile cernens Haimo indicium, omnipotentem Deum magnis attollit laudibus fidelemque suum Furseum 5 assiduis replicat vocibus; surgensque a quo sedebat prandio, hoc tanto stupefactus signo, circumstantes quaerit attentius si talia animadvertissent nil umquam audita mirabilius *, responsalibusque eorum didicit quod nemini inibi manentium aliquod signum apparuit quod eorum vel perterrere faceret animum vel insperati protenderet nuntii jubilum. His igitur attonitis et quae tanta sollicitudo 10 sic pervigilem eorum redderet dominum percunctantibus, in praesentia sui beatum ac venerabilem Furseum cum duobus diaconibus astitisse innotuit velatum candidissimo sindone et rutilum eximia claritudine, qui aliquantisper inibi demorans, felicem sui jam subduxerat praesentiam. Tanti etenim viri visitatione gaudentes, omnipotentem Deo magnas referunt laudationes, beatique viri Fursei 15 nomen alternatim resonant et ejus respectu visitationis et benedictionis se informari postulant. Tunc vir egregius Haimo cur haec accidissent sedulo revolvens animo, tandem beati viri verbi reminiscitur, qui quondam ei dixerat quod, dum tres lucidissimas unius noctis horas videret, ad sui obitus indicium haec pro certo teneret; talique oraculo praemonitus, beatum illum Furseum vitae posuisse 20 indicat terminum, in ejus salutari memoria salus sua suorumque post Deum pendebat omnium.

20. Cum summa festinatione igitur ad sepeliendum illud caeleste margaritum properat itinerique suo quam plurimas tam nobilium clericorum quam laicorum personas associat, tandemque pervenit quo illa gemma decoris custodiebatur 25 ejusque funeris obsequio invigilat cum dolore maximo. At inter haec sancti viri obitum audiens Herchenaldus patricius, Macerias pervenit velocius et superfluum Alterium nocte tentoria erigit, maneque illud margaritum ad Paronense palatium vehere voluit. Sed dum inibi adesse Haimonem cum magno exercitu cognovit, reddi sibi corpus beati petiit, ut condigne in suo sepeliret mortuum 30 quem in vita tenuerat familiarissimum. His verbis nimium commotus Haimo, quanta erga eum digna relatu vivens egerat prudenter replicat, et resuscitationem unici filii per eum factam clamat ac inter innumera mirabilia ostensionem sui obitus ei manifestasse indicat; postremumque, si idem Domini vir corporali suo dono alterius voluisset ditare thesauros, haud in suae possessionis praedio vitae 35 habuisset cursus extremos. Alternatim contestantibus etenim quae miranda idem vir Domini apud utrosque patraverit miracula, dum se utrique hoc volunt salutis ditari donario, quae aestimaverat velle sanctum Dei Haimo ex sua parte proposuit, ut quantocius feretrum ita praepararetur quo illud duo tauri etiam indomiti ducerent, eosque a praedestinata quam sumerent via nemo reflecteret. Huic deli- 40 berationi Herchenaldus favens, finem laudabilis quaerimoniae ea lege posuit.

21. At inter exhibitionem propositae probationis, ut omnipotens Deus notum

faceret qualiter defuncti corporis anima se in supernis haberet, in illuminatione ejusdam mulieris caecae a nativitate aperuit : quae dum feretro appropinquat superpositumque pallium palpat, mirum in modum amissa caecitate lumen recepit oculorum cum hilaritate. Quod tanti populi cernens numerositas illuminatori omnium multas refert gratias, beatumque Furseum receptrix insperatae sanitatis decantat, eique in perpetuo se servituram fore deliberat. Quae ad propria rediens, parentibus suis magnae jubilacionis titulum addidit et erga beati viri devotionem ardentiores reddidit.

22. Proposita post haec deliberatio perficitur. Junguntur tauri indomiti, sine terreno ductore redduntur pacifici, versusque Paronense palatium ordinati repetant, magnosque dolores aculeos inventori hujus probationis Haimoni multiplicant. Qui post haec ad propria rediit, sed non minus ob hoc beato viro fidelis extitit. Virtutes etenim quas vivens in corpore peregerat, et vivens in aeternum beatus Furseus multiplicat. Cujus dum corporis gleba ad praedictum locum devehitur, quendam jacentem in itinere claudum ad sanitatem revocat et circumstantem populum jubilo laetitiae munerat. Nam hic quidam miserimus gressibus corporis perditis, dum secus transeuntis populi vestigia residens beati sibi Fursei dexteram adesse postulat soloque cordis desiderio corpori ejus appropriat, manibus quorundam fidelium ad illud sanctitatis mausoleum geritur. Quod dum manu corporis attingit, membrorum salutem revehit, et comes itineris aliorum laetabundus adjungitur qui paulo ante gressu privabatur. Omnipotens etenim Deus his beatum virum honorans virtutibus, non solum quae vivendo in carne peregerat haec eum multiplicare et in transportatione sui corporis imperat, sed amplioribus eum florere virtutum prodigiis facit.

23. Quae plurima praetereuntes, illud Bercharii Laudunensis ducis propositum addimus, manum suae misericordiae praestolantis. Nam hic beati viri audiens transitum, cum numero veniit quantocius exercitu quo sancti custodiebatur corpusculum ; Herchenaldumque inibi reperiens, cum eo gemebundis verborum replicationibus coepit conqueri, inquiens : *Cur, illustre patrici, hoc caelesti me vis privari margarito? Dum etenim tuae nimium consulere cupis utilitati, publica sancita legis praeteris, quae me sua deliberatione hujus pretiosi domni corpusculo digne munerari praedocent, quia eum introductionis meae gratia hujus patriae fines retinent. Vivens etenim ad me suum famulum venire voluit : qui stipendiariae meae juvationis dona per multos terrarum anfractus retinuit, sed postquam hunc tui praesentia nimium cupida caelitus tenuit, ad me eum venire non licuit. Cujus diu retenta praesentia, precor, tibi sufficiat, vel saltem illa unici filii tui resuscitatio per ejus acta meritum cordis tui adimpleat desiderium, mihi que vel saltem illud emortuum corpus reddito, ut in morte ejus acquiram quod in vita non assecutum non modice doleo. Quod si spretis precibus et si me frustratum spei meae donativo ad propria redire autumas, haec me non agere ullomodo sciatis, nisi catervae*

altrinsecus cui hoc debeatur corporis munus sanguine comprobent aut septem annorum duo pueri in devectione sacri corporis quam hic beatus partem elegerit praemonstrent. Hujus iterato deliberationem Herchenaldus suscipiens, ex parte causicidici septennem puerum recipit eidemque causicidico ex sua parte eorundem annorum puerum reddidit. Qui illum incomparabilem the- 5 saurum elevat, soloque docti divino regimine ad Cignopum montem properant. Unde mirabilis Dei nostri virtus et sapientia hoc tali signo quo fidelissimi Fursei vellent requiescere membra digne demonstravit, ut qui vivendo innocentiae secutus est puritatem, placitum suae deliberationis per innocentium patefaceret aetatem, triplicisque laudis prodigium per eorum simplicem exolescere faceret 10 animum, dum hos ad tanti ponderis gestandam sarcinam roborat, quam bis bina virilis corporis numerositas cum non minimo labore ferre quibat, et tendentes ad Paronense palatium indubitanter sumerent iter, qui vix per aetatem corporis commune valebant terere firmiter, et cum summa festinatione in fundo ipsius palatii transportant, Herchenaldoque laetitiae jubilos providente Christi gratia 15 multiplicando, finem laudatae cupiditatis inter utrosque ponunt principes. Hujus admirabilis certitudo signo animi nostri scrupulum eradicabit, si quantis hic dilectus virtutibus in vita et post mortem claruerit animadverterit. Cujus misericordiam assiduis precemur vocibus ut vitae nostrae consolidet actus et in viam mandatorum Dei nostros dirigat gressus, ut velut per innocentes ad Paronense 20 palatium corporis sui glebam voluit transvehi, sic in sui consortium nos, qui ejus nunc praestolamur manum misericordiae, in caelis placeat ascisci.

24. Ad praedictum igitur locum beati viri sic mirabili ordine delatum corpusculum, tandem inibi cum summa honoris reverentia caeleste illud margaritum collocant, ubi et idem Dei dilectus multorum condidit pignora sanctorum prius. 25 Inter quos praesens memoria clariores retinet beatum Patricium et Becanum et Meldanum, quos suae peregrinationis socios habuit et quos veritatis et justitiae documentis enutrivit. Post sancti etenim venerandam tumulationem Bercharius dux ad propria rediit, Herchenaldumque tam pretioso ditatum salutis donario reliquit. Qui, ut beati viro in vita sua promiserat, in eodem Paronense palatio 30 eidem magni decoris ecclesiam aedificat : quam infra xxx dies, postquam inibi corpus sancti ac venerabilis Fursi est delatum, consummavit. Pro cujus consummatione Deum glorificans, illum Dei dilectum in eadem tumulari debere deliberat : unde multas suae ditionis possessiones eidem loco cum celebri adstipulatione donat. 35

25. Cujus patricii bonae voluntatis effectum Leutsinda uxor augmentari considerans, magnis affecta dolorum stimulis viri sui frequenter incusat animum, quia sic illum diligeret adventicium, pro cujus amore tantos dispertiebat munerum thesauros et cui jam tandem defuncto bonorum suorum sine numero ascribebat cumulos. Cujus damnabilem perturbationem salubri verborum replicatione vir 40 Herchenaldus confundere gestiens, pro ejusdem beati viri benedictionibus bona quae adquisierant enumerat, virtutesque quas per eum omnipotens Deus egerat

facunda verborum serie replicat; sed ad haec credenda cor illius mulieris amor nimiae cupiditatis indurat. Quam omnimodis dum tantis videret affligi doloribus et sic terribilibus amicum Dei accusare ambagibus, furorem sui cordis linquere suadet: quae si quantocius ab his detestabilibus animum non reflecteret, quanta
 5 hic apud Deum quem blasphemabat haberet gratiam dolendo persentisceret et poenam. Haec salutarem mariti spernens monitionem, exprobrando in quo eam nocere * posset jam per xxx dierum numerum putrefactus homo quaeritat. Cujus duritiam Herchenaldus valde indolens, ac in beati viri virtutibus indubitanter confidens, proponit edictum, ut si sacri thesauri mausoleum vel quantulumcumque
 10 corruptum reperiret, ei ilico bonorum suorum dona centuplicaret. Cujus deliberationis propositum laeta suscipiens, stipata nobilium multitudine ad ecclesiam properat, jubetque illud pretiosum discooperiri sepulcrum. Sed quia id non devote disquirebat cognoscere, corporalium ilico amisit lumen oculorum, quae omnimodis privabatur luce interiorum. Unde diu praestolans beati viri misericordiam, incredulitatisque suae gemebunde incusans duritiam, subito inter precatoriae devotionis singultus cum salute mentis corporales promeruit sumere visus; eique beato viro quicquid in vita acquisierat cum sollemni astipulatione condonavit, dataque viri confirmans, diu incolumis permansit.

* *cod.*
noceret.

26. Cuncti igitur astantes tali viso miraculo gaudio repleti sunt magno; indeque, ut decreverant, pretiosi antistitis levantes corpusculum, secus dexteram partem altaris Petri apostolorum principis sub die quinto idus februarii condunt, et dedicationem ejusdem templi agentes festivum diem ducunt. Post quadriennii etenim tempus inde a beato Eligio, Medardo et Autherto praesulibus elevatur et ubi nunc per Dei dispositionem requiescit collocatur; ejusque corpusculum sic
 25 incolume reperiunt, quasi eodem die praesentis vitae diem posuisset extremum. Ubi multa virtutum praestantur insignia, unde Dei nostri digne laudatur magnificentia fidelisque sui Fursi veneratur memoria. Pro cujus amoris vicissitudine idem beatus Eligius sepulcrum ejus mirabili polivit artificio et celebri honestavit laudis praeconio.

30 27. Inter cetera vero salutiferae exhibitionis medicamina quae stellata virtutibus illa ipsa sancti patris miseris attulit virtus, quamvis pro peccaminum reatibus intimae lampadis caeci teneamur luminibus, ipsius tamen excellentis meriti unius gestum replicamus miraculi. Erat quaedam matrona quae veluti sibimet crepitantibus terrena felicitatis exuberans fertilitatibus, aureis quoque pretiosioris metalli praepotens hereditatibus, florigera quidem vivebat mundo fugitivo deliciarum incremento, sed quibuslibet miserae incommoditatis quasi implicata criniculis, lamentabilibus sese reficiebat epulis. Talibus siquidem infortunii gravaminibus cum omnibus sibimet tenebatur obsecundantibus, quatinus haud quam fraternae compassionis viscera fluctuantis morbi amaritudinibus titubantia
 35 dulci intervenientis solatii solaretur relevamine aut versa vice sibi suffrageretur amicissima vicissitudine. Hujus ergo calamitatis tirocinio miserabiliter cum suo ascita famulatio, dominicae miserationis oculo delectabiliter est admonita in

somnio, quatinus sancti Fursei patrocina obsecrando deveniret ad limina, ibique crebris vigiliarum pernoctationibus, piis quoque rigando malas lacrimarum fontibus, per adipiscenda sibi quondam optata gaudiorum gaudia laetabunda convolaret ad propria. Sed cum nec suo sibimet prosperaretur adjumento nec servorum potiretur supplemento, voci melodimata sibi dulcia intonanti sequentibus nequivit applaudere factis. Cum igitur tantis malorum turbinibus veluti, ut ita dixerim, guttis pluviarum praegravaretur crepitantibus, fide tamen pollebat interius. Unum itaque servulum sibi servientem votivum satis habebat : quem accersendum imperat eique conscia nocturnalis visionis arcana consiliando replicat. Hunc quoque ad florifera sancti viri hospitia spiritalium aromatum vapore turificata fideli mentis professione delegat, votisque petit intimis ut ex illius devoti patroni eulogiis quippiam sibi asciscendo deferat. Hoc quoque quo affecta erat spei voto habituram se servo abeunte credebat. Qui pro merito suae fidelitatis titulo commisso fideliter insistens negotio, magis volatu pernici quam cursu festinans perpeti, mirabile dictu, notatis assistit luminibus perspicuis meritum interstellatis lampadibus. Moxque interioris arcana conscia cuidam fratri palificat, qui ipsius vim regiminis principaliter obtinebat loci. Sicque votis supplicibus, haerens solo genutenus, petita suae dominae tali refert affamine : *O flos venerandae senilis canitiei, in quo caelica fastigia hujus siderae dependent basilicae, nostri precatus obsecrata intimi cordis aspecta praerogativa. Multifario miserabilis obsecrationis cultu lamentabile dominae nostrae multipliciter tunditur pectus, immoque, ut vere fatear, ejus cuncta vario miscentur moenia luctu, fluctuantis languoris miserabili fluctu. Quapropter aureis angelicae viae haereo vestigiis, quatinus e patrocinantibus sancti patris eulogiis quippiam sibi, sui misertus incommodi, ascisci patiaris. Spei quippe subarrhata anulo, ipsius credit redintegrari subsidio. Is vero frater talibus oraculis inquit sibi proloquente : Vale, bone juvenis, in ultima sorte sanctorum locandus per merita quae fidelitatis titulo pulchro gestas in animo. Valeat sospes domina per summa Christi munera, laetetur optatis vitae bonis ac sancti Fursei laude. Quod autem votis imploras sollertibus, optatis tibi non quimus applaudere effectibus. Multifariis siquidem nimiae tempestatis cladibus, quibus etiam frugiferis egemus adjumentis pertristibusque hominum intersumus detrimentis, soporiferi vini caremus opitulationibus, quod ad sancta missarum charismata piae devotionis gratia vix queamus subsistere cum immensa gratiarum actione. Is vero servus, expectantis dominae anxius fortunae casus, ut excusantis comperit aenigmata, tali exclamati intimi affectus querimonia :*

*Sancte pater meritis, miseri ne despice servi
Flumina, quae tristi refruunt de lumine cordis,
Sed dextram misero confer, pietatis amator,
Et fontis lucidi saltem mihi moenia pande,*

*Tristia quo dominae perdulci lumina fonte
His valeam manibus perfundere laetus, et ipsa
Sic benedicat ovans sancto tibi que patrono.
Sancte, decus niveum meritis et honore colendum,
Laus tibi perpetuae vigeat per saecula vitae.*

bus querimoniarum petitionibus ille frater animo compunctus, sacro pietatino fluentis fontis eum sistit in margine. Qui ex ipso hauriens, fideliter ripudio festinato finem dedit negotio; moxque citatis praeproperae agilitatibus dominae revisit vultus, suaque pandit incommoda, quae ardua itineris volaverat difficultas. Audiens vero nobilis matrona quamvis cum sudore sibi deferri quantulumcumque donaria, immensa perfunditur laetitia, quopro delatis benedictionibus se confidit posse reddi corporis prosperitatibus. postquam adhibuit labiis dulcia deportatae aquae fluida, soporiferi vini per prospera; seseque tam suave poculum numquam antea bibisse clamitat, quo quo caruerat sospitatis privilegio sese ditatam gratulatur ex animo. Tunc ae fidei votis applaudens manibus adeptae quietis, illum ipsum sancti fluenticem suae praebet familiae gustui mancipandum, sicque lugentia maesti culmina, diri infortunii regimine captiva, cum omnium vicinorum tripudio arata tympanizant in gaudio. Omnibus igitur circumquaque commanentibus i Fursei florea meritorum praeconia miraculorum florescunt potentia. Ipsa le matrona cum omni fervoris famulatio cumque omnis parentelae speciali ibernio propriique boni exeniis sese movit sancti patris oraculis.

. Crebrescentibus signorum titulis, beatae memoriae Herchenaldus, quem i relatu pro posse mandavimus, cum Leutsinda sibi in Christo fideique late germana nobilissimaque conjuge, cum qua etiam aureis summae caridecoratus titulis ac aeternalis vitae radicatus in aethera spe, mirifici operis tamine ipsi excellentis meriti beatissimo Furseo patri celsa erexit fastigiasiae.

CCLXVIII. Codex signatus num. 5292.

m Colbertinus 401, deinde Regius C. 3864.9.

liorum 273, maj. (0^m,37×0,273), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1° Passio sancti Concordii presbyteri (fol. 1^r-1^v).

. Act. SS., ad d. 1 Jan., tom. I, p. 9-10.

2° Item eodem die, passio sanctae Martinae virginis,
(fol. 1^v-5^r).

in cod. praec., 2° (p. 537).

3° Eodem die, vita vel conversatio sanctae Euphrosy-
nae virginis (fol. 5^r-9^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Febr., tom. II, p. 537-41.

4° Eodem die, vita sancti Fulgentii episcopi (fol. 9^r-
25^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 1 Jan., tom. I, p. 34-45.

2° Vita sancti Petri martyris, quae est III° nonas ja-
nuarii (fol. 25^v-26^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 3 Jan., p. 129.

6° Eodem die, vita sancti Theogenis (fol. 26^r-28^r).

Ed. *ibid.*, p. 134-35.

7° Vita sancti Melanii episcopi, cujus est sollemnitatis
VIII idus martii (fol. 28^r-31^r).

Ed. ope hujus codicis supra, p. 71-77. Ut in praec. cod. (cfr. p. 537, 9°), anne-
xum est Gregorii Turonensis *De glor. conf.*, cap. 60.

8° De martyrio Luciani presbyteri Antiochensis, qui
passus est Nicomediae VIII idus februarii (fol. 31^r-
33^v).

Ut in cod. praec., 11°.

9° Passio sancti Luciani Belvacensis, VI idus januarii
(fol. 33^v-36^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 8 Jan., tom. I, p. 466-68.

10° Passio sanctae Martianae virginis, quae est V idus
januarii (fol. 36^r-37^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 9 Jan., p. 569.

11° Passio sanctorum martyrum Juliani et Basilissae
virginis (fol. 37^r-51^r).

Ed. *ibid.*, p. 573-87.

12° [Passio] sancti Arcadii, II idus januarii (fol. 51^r-52^r).

Sermo Zenonis Veronensis, ed. *ibid.*, ad d. 12 Jan., p. 723-24.

13° Passio sancti Felicis presbyteri, IX decimo kal.
januarii (fol. 52^r-53^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 14 Jan., p. 931.

14° Passio sancti Felicis episcopi Bituzatensis, XVIII
kal. januarii (fol. 53^r-54^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 24 Oct., tom. X, p. 623-28 (textus Baluzii).

15° Passio sanctorum geminorum Speusippi, Eleusippi et Meleusippi, Leonillae et Ionillae et Neonis, sub Aureliano, quae est vi kal. februarii (fol. 54^r-58^v).

Auctore Warnahario, ed. *ibid.*, ad d. 17 Jan., tom. II, p. 76-80.

16° Ipso die, vitas sancti Genulphi episcopi (fol. 58^v-71^r).

Ut in cod. praec., 23° (p. 539).

17° Vita sancti Fructuosi episcopi cum sociis, quae est xii kal. februarii (fol. 71^r-72^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Jan., tom. II, p. 340, iisdem lectionibus variantibus ac in cod. praec., 31°.

18° Passio sancti Patrocli (fol. 72^v-74^v).

Ed. *ibid.*, p. 343-43.

19° Passio sanctorum martyrum Vincentii, Orontii et Victoris, quae est xi kal. februarii (fol. 74^v-78^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 22 Jan., p. 390-93.

20° Passio sancti Asclae martyris, quae est x kal. februarii (fol. 78^r-79^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 23 Jan., p. 436-37.

21° Passio sancti Babylae episcopi cum tribus pueris, quae [est] viii kal. februarii (fol. 79^v-82^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 24 Jan., p. 574-73.

22° Passio sancti Saviniani (fol. 82^r-84^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 29 Jan., p. 939-41.

23° Passio vel vita sancti Johannis episcopi Constantinopolitani cognomento Os auri, [vi] kal. januarii (fol. 84^v-92^r).

Ex Cassiodori *Historia Tripartita*, lib. x, cap. 1-26 (P. L., tom. LXIX, p. 1163-82). In cod. subinde quaedam omissa sunt.

24° Passio sanctae Savinae virginis, quae est quinto kalendas februarii (fol. 92^r-95^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Jan., p. 944-46.

25° Passio sancti Tyrsi martyris (fol. 95^r-103^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 28 Jan., p. 817-24.

26° Passio sancti Ananiae cum aliis octo, quae est viii kal. februarii (fol. 103^v-107^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 25 Febr., tom. III, p. 492-93.

27° Vita sancti patris nostri Basilii archiepiscopi Capadociae, quae est kal. januarii (fol. 109^r-119^v).

Alia versio Vitae editae ibid., ad d. 14 Jun., p. 938-57.

28° Item ipso die, vita sanctae Genovefae virginis (fol. 119^v-125^r).

Ed. ope hujus cod. ap. Kohler, p. 5-47; cfr. ibid., p. xx, 2°.

29° Nonis januarii, vita sancti Simeonis monachi (fol. 125^r-128^r).

Ut in cod. praec., 8° (p. 537).

30° Vita beati Pauli primi eremitaе, a beato Hieronymo edita, cujus festiuitas est iiii° idus januarii (fol. 128^r-130^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Jan., tom. I, p. 604-7.

31° Vita sancti Hilarii episcopi (fol. 130^v-133^v).

Auctore Fortunato, ed. ibid., p. 790-93 (lib. I). Om. praefatio, sed add. miraculum ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 157-58.

32° Gregorius Turonensis de Felice Nolano presbytero, cujus festiuitas est viii * kal. februarii (fol. 133^v-135^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Jan., tom. I, p. 941-42.

33° viii kal. februarii, vita sancti Mauri abbatis (fol. 135^r-143^v).

Auctore Fausto, ed. ibid., ad d. 15 Jan., p. 1039-50. Omm. numm. 1-7.

34° xvii kal. februarii, passio sancti Marcelli papae (fol. 143^v-146^v).

Ed. ibid., ad d. 16 Jan., tom. II, p. 5-9.

35° xvii kal. februarii, vita sancti Sulpicii episcopi et confessoris (fol. 146^v-154^r).

Ed. ibid., ad d. 17 Jan., p. 167-74. Om. prol.

36° Vita sancti Antonii abbatis (fol. 154^r-164^v).

Ed. ibid., p. 121-41. Om. prol.

37° Vita sancti Launomari abbatis (fol. 164^v-169^r).

Ed. ibid., ad d. 19 Jan., p. 230-35. Om. prol.

38° Eodem die, passio sancti Valentini presbyteri, Marii et Marthae, Audifax et Abacuch (fol. 169^r-172^r).

Ed. ibid., p. 216-19. Omm. numm. 12-14.

39° XIII kal. februarii, passio sancti Sebastiani et aliorum multorum (fol. 172^r-187^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 20 Jan., p. 263-78.

40° XII kal. februarii, passio sanctae Agnetis virginis (fol. 187^v-191^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 21 Jan., p. 331-34.

41° XI kal. februarii, passio sancti Timothei discipuli sancti Pauli (fol. 191^r-192^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 24 Jan., p. 566.

42° XI kal. januarii, passio sancti Vincentii martyris (fol. 192^r-196^v).

Ut in cod. praec., 34° (p. 540).

43° Inventio sive translatio beati Vincentii martyris (fol. 196^v-199^v).

Ut in cod. praec., 33°.

44° VIII kal. februarii, passio sancti Praejecti martyris (fol. 199^v-203^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Jan., tom. II, p. 633-36. Om. prol.

45° Passio sancti Polycarpi martyris (fol. 203^r-206^v).

Ut in cod. praec., 39° (p. 540).

46° Vita sancti Juliani Cenomanensis episcopi, VI kal. februarii (fol. 206^v-212^r).

Auctore Lethaldo, ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Jan., tom. II, p. 762-67.

47° Eodem die, vita sanctae Paulae, edita a sancto Hieronymo presbytero (fol. 212^r-222^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 26 Jan., p. 712-22. In cod. om. alterum Paulae epitaphium (*In fronte speculae*, tom. cit., p. 722, col. 2) et quae sequuntur.

48° Vita sanctae Brigidae virginis (fol. 222^r-223^v).

Pars Vitae ed. *ibid.*, ad d. 1 Febr., tom. I, p. 133-41; scilicet num. 3-9 et num. 34.

49° Passio sanctae Agathae virginis, nonis februarii (fol. 223^v-227^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 3 Febr., p. 615-18.

50° III^o kal. martii, passio sanctae Julianae virginis (fol. 227^r-230^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 16 Febr., tom. II, p. 873-77.

51° Kal. martii, vita sancti Albini episcopi (fol. 235^r-238^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 1 Mart., tom. I, p. 57-60. Om. prol.

52° Nonas martii, passio sanctarum Perpetuae et Felicitatis et aliorum (fol. 238^r-239^v).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 158-61.

53° III^o idus martii, vita sancti Gregorii papae (fol. 239^v-250^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Martii, tom. II, p. 150-57. Inserta sunt nonnulla excerpta ex Joanne diacono et annexi versus ed. tom. cit., p. 211.

54° Idus martii, passio sancti Longini, qui latus Domini perforavit (fol. 250^v-252^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 15 Mart., p. 384-86. Om. num. 10.

55° III^o nonas aprilis, vita sanctae Mariae Aegyptiacae, quae peccatrix appellatur (fol. 254^v-263^v).

Ed. ap. Rosweyde, *Vitae Patrum*, p. 582-92 (P. L., tom. LXXIII, p. 671-90).

56° Vita vel actus sancti Ambrosii episcopi (fol. 263^r-273^r).

Auctore Paulino, ed. P. L., tom. XIV, p. 37-46.

57° VIII kal. maii, passio sancti Georgii martyris (fol. 273^r-276^v).

Inc. Eo tempore quo Diocletianus Romani orbis gubernandum suscepit imperium, cum undique res publica multis ac diversis quateretur incommodis, Carausio videlicet per id tempus in Britannis sumpta purpura rebellante....

CCLXIX. Codex signatus num. 5293.

Olim Peirescianus, deinde Mazarinaeus, postea Regius C. 3654.

Foliorum 192, maj. (0^m, 425 × 0,29), columnis binis, exaratus saec. XII.

Folio insiticio in capite codicis inscriptae sunt hae notae :

« Nota 1^o quod volumen istud videtur esse secundum vel tertium collectionis
« cujusdam....

« 2^o....

« 3^o Quod tres ibi [in Vita S. Martini cum appendicibus] praecipue lectiones dant
« indicia codicis antiquioris. Prima de aetate S. Martini tempore quo baptisatus

« fuit : nempe ubi alii legunt *Cum esset annorum IIXX*, hic legit *XX^u* : unde
 « licet conjici triennio ante, cum sacramentis militaribus implicatus esset, ipsum
 « fuisse annorum non *quindecim*, sed *septemdecim*, ut recte conjiciebat Baro-
 « nius, nempe XVII, septemdecim, cujus loco scripserunt XV^e, *quindecim*.

« Altera lectio est de quodam daemoniaco liberato, fol. 149 verso, col. 1,
 « linea 3, ubi alii legunt *quendam e familia*, hic legit *cocum patris fami-*
 « *lias* : unde licet conjici antiquiorem hanc esse lectionem : nam cum poste-
 « riores hunc locum difficilius legerent, suppleverunt scribentes *quendam e*
 « *familia*.

« Tertia lectio est de statu corporis S. Martini defuncti, ubi severus forsitan
 « pudor tenebras inextricabiles injecit. Nempe alii legunt : *In aliis etiam, et in*
 « *illo tantum, artubus non pudendis, septennis quodammodo pueri*
 « *gratia videbatur*. Ultimus Veronensis editor fatetur hunc locum videri cor-
 « ruptum. Codex iste vero liquidam offert versionem : *Etiam in artubus pu-*
 « *dendis septennis in illo quodammodo pueri gratia videbatur* [fol. 153^r,
 « col. 2 circa fin.].

« 4^o Quod in capite fragmentorum legitur *Incipit transitus sancti ac vene-*
 « *rabilis patris nostri Martini episcopi*. Hae voces *patris nostri* dant
 « locum conjiciendi hunc codicem descriptum fuisse a quodam monacho mona-
 « sterii cujusdam sub nomine S. Martini dedicati, et forsitan ipsius Majoris-mo-
 « nasterii, unde antiquiores istae lectiones verisimiliter emanarunt.

« 5^o Quod ipsa quidem lectio *annorum XX^u* videtur jam quoddam mendum
 « habere pro *XL^{ia}*, nempe quod pro voce *IIIium* (*triennium*) videtur legendum
 « fuisse *XX^u* (*triennium supra vicesimum*) ; quibus additis ad numerum *XV^u*
 « (*septemdecim*) habebis *XL^{ia}* (*quadraginta*). Sic enim poscit locus dialogi
 « libro 31 ubi legitur *Martino jam septuagenario*. De quo vide Epistolam
 « ad Autores Diarii Eruditorum (*Journal des Savans*) mense octobri hujus
 « anni 1770. »

1^o Passio sancti Symphoriani (fol. 1^r-2^v).

Ed. Act. SS., ad d. 22 Aug., tom. IV, p. 496-97.

2^o Passio sancti Bartholomaei apostoli (fol. 2^v-6^r).

Ed. ibid., ad d. 23 Aug., tom. V, p. 34-38.

3^o Vita sancti Augustini episcopi (fol. 6^r-21^r).

Auctore Possidio, ed. ibid., ad d. 28 Aug., p. 427-40. Sequitur (fol. 21^r-24^r)
indicium librorum tractatum ejusdem Augustini, ed. ibid., p. 441-52.

4^o Inventio capitis sancti Johannis Baptistae (fol.

24^v-27^v).

Constat haec narratio a) initio relationis Angeriacensium, ed. ibid., ad d. 24
 Jun., tom. IV, p. 757, num. 254 ; b) exordio relationis Emesanorum, ed. ibid.,
 p. 716, numm. 113, 114 ; c) compendio eorum quae leguntur in eadem hac Eme-
 sanorum relatione ibid., n. 115 ; d) brevissima mentione apparitionis S. Joannis

Baptistae Marcello presbytero, quae fuse narratur *ibid.*, p. 724-25, n. 144-147; e) relationis ejusdem Marcelli parte ultima, ed. *ibid.*, p. 728, n. 156-157 (Nota in codice legi extr. num. 156: *adhaesitque manus ejus ad os hydriae*). f) Narratione ed. *ibid.*, p. 758-59, num. 237-263. Inc. ut indicatum est tom. cit., p. 760, annot. *m*; desinit vero ut in cod. Vallicellensi, de quo *ibid.*, annot. *r*.

5° Passio sanctae Sabinae martyris (fol. 27^v-28^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 29 Aug., tom. VI, p. 303-4, num. 12-13.

* *cod.*
Audacti.

6° Passio sanctorum Felicis et Adaucti * (fol. 28^r-29^r).

Paulo amplior Passione ed. *ibid.*, ad d. 30 Aug., p. 346-47, num. 5-6. Inc. *Cum furor Diocletiani et Maximiani sanctos Dei diversis poenis interficeret...*

7° Passio sanctorum Dorothei et Gorgonii, sicut habetur in libro octavo Historiae ecclesiasticae (fol. 29^r-31^r).

Scilicet Eusebii Caesariensis *Hist. eccl.* interprete Rufino, lib. viii, cap. 1, et fere dimidia pars cap. 6 (ed. 1740, tom. I, p. 461-471 ... *multitudo prosequitur*).

8° Passio sanctae Eugeniae virginis et sanctorum Proti et Jacincti (fol. 31^r-39^r).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 605-20.

9° Exaltatio sanctae crucis (fol. 39^v-41^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. I.

10° Passio sancti Cornelii martyris (fol. 41^v-42^r).

Ed. *ibid.*

11° Liber Pontii diaconi Carthaginensis de vita sive gestis beati Cypriani episcopi et martyris (fol. 42^r-47^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Sept., tom. IV, p. 323-31. Sed in cod. pro num. 32-57 descripta sunt Acta proconsularia, ed. *ibid.*, p. 332-33.

12° Translatio corporis ejus (fol. 47^v-48^r).

Ed. *ibid.*, p. 340, num. 29-31.

13° Passio sanctorum Luciae et Geminiani (fol. 48^r-52^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II.

14° Passio sanctae Euphemiae virginis (fol. 52^v-57^r).

Rebus narratis bene convenit cum Passione ed. ap. Mombrinium, tom. I, nisi quod sub fine major est discrepantia, et in cod. narrantur quaedam prodigia omissa ap. Mombrinium.

15° Passio sancti Matthaei apostoli et evangelistae
(fol. 57^v-61^v).

Ed. ap. Mombritium tom. II. Omisso exordio inc. *Erant duo magi Zaroes et Arfaxat...*

16° Passio sanctorum martyrum Thebaeorum (fol.
61^v-63^v).

Ed. ap. Surium, ad d. 22 Sept. Om. fere integer num. 8, itemque num. 10.

17° [Passio] sanctae Theclae virginis (fol. 63^v-65^r).

Breve compendium Passionis ed. ap. Mombritium, tom. II.

18° Passio sanctorum Cosmae et Damiani (fol. 65^r-
68^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Sept., tom. VII, p. 474-78. Sed pro num. 1 descriptus est num. 1 tertiae Passionis (*ibid.*, p. 473).

19° Relatio qualiter apparuit sanctus Michael archangelus et qualiter ibi locum in monte Gargano consecravit in nomine suo (fol. 68^r-69^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 29 Sept., tom. VIII, p. 61-62.

20° Revelatio ejusdem ecclesiae in loco qui dicitur
Tumba in occiduis partibus sub Childeberto rege
Francorum et Autherto episcopo (fol. 69^v-70^v).

Ibid., p. 76-78.

21° Vita sancti Hieronymi presbyteri (fol. 70^v-75^r).

Ed. P. L., tom. XXII, p. 173-84.

22° Vita sancti Remigii episcopi et apostoli Franco-
rum (fol. 75^r-96^v).

Auctore Hincmaro, ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Oct., tom. I, p. 148-78. Sequitur (fol. 96^v-101^r) oratio encomiastica de eodem sancto, quae inc. *Videamus etiam quomodo hic beatus pater et pastor noster benedictionibus sibi a legislatore Deo datis...* (ed. P. L., tom. CXXV, p. 1187-98).

23° Passio sanctorum Caprasii et Fidis (fol. 101^r-
103^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 20 Oct., tom. VIII, p. 823-25.

24° Passio sanctorum Dionysii et sc̄ciorum ejus (fol.
103^v-108^v).

Fragmentum Passionis ed. ap. Surium, ad d. 9 Oct.; scilicet num. 18 sqq.

25° Passio sancti Calixti papae et martyris (fol. 109^r-111^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 14 Oct., tom. VI, p. 439-41.

26° Vita sancti Hilarionis (fol. 111^r-120^v).

Auctore Hieronymo, ed. *ibid.*, ad d. 21 Oct., tom. IX, p. 43-58.

27° Passio sanctorum Crispini et Crispiniani (fol. 120^v-122^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 25 Oct., tom. XI, p. 533-37.

28° Passio sanctorum Simonis et Judae (fol. 127^r-127^v).

Ed. ap. Mombritium, tom. II.

29° Passio sancti Caesarii diaconi et martyris (fol. 127^v-130^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Nov., tom. I, p. 106-17.

30° Passio sancti Eustachii sociorumque ejus (fol. 130^r-135^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 20 Sept., tom. VI, p. 123-35. Omm. prologus et ea quae in ed. uncinis inclusa sunt.

31° Passio sanctorum martyrum Claudii, Nicostratis, Symphroniani, Castorii, Simplicii, et * quatuor Coronatorum (fol. 135^v-139^v).

* sic.

Ed. a cl. W. Wattenbach ap. M. Büdinger, *Untersuchungen zur Römischen Kaisergeschichte*, tom. III, p. 324-38.

32° Passio sancti Theodori martyris (fol. 139^v-142^r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II.

33° Passio sancti Mennae (fol. 142^r-144^v).

Ed. *ibid.*

34° Vita sancti ac beatissimi patris nostri Martini Turonis episcopi (fol. 144^v-152^v).

Auctore Sulpicio Severo, ed. P. L., tom. XX, p. 150-76.

35° Transitus sancti ac venerabilis patris nostri Martini episcopi (fol. 152^v-153^v).

Pars posterior epistolae Severi ad Basulam, *ibid.*, p. 181-84. Inc. *In tempore illo beatissimus Martinus gloriosum obitum suum longe antea praesciuit.*

36° Item de transitu beati Martini (fol. 153^v-154^v).

Greg. Turon. *Hist. Franc.*, lib. I, cap. 43, et *De mirac. S. Martini*, lib. I, capp. 4, 5.

37° Vita sancti Briccii Turonicae urbis episcopi, sicut habetur in historia Francorum libro secundo (fol. 154^v-155^v).

Hist. Franc., lib. II, cap. 1.

38° Vita sancti Columbani abbatis (fol. 155^v-171^r).

Auctore Jona, ed. P. L., tom. LXXXVII, p. 1011-46.

39° Passio sanctae Caeciliae virginis (fol. 171^r-176^v).

Ed. ap. Mombridium, tom. I.

40° Passio sancti Clementis papae et martyris (fol. 176^v-179^r).

Ed. ibid.

41° Miracula ejusdem martyris (fol. 179^r-180^r).

Ed. ibid. post textum Passionis.

42° Passio sanctorum Chrysogoni et Anastasiae (fol. 180^r-187^v).

Prima pars ed. apud Mombridium, tom. I (*Passio SS. Chrysogoni, Anastasiae*, etc., a verbis *Praetextati viri illustrissimi...*); secunda, ibid. tom. II (*Passio sanctae Theodotae cum tribus pueris*); tertia, *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 179-84.

43° Passio sanctorum Agricolae et Vitalis (fol. 187^v-188^v).

Epistola seu oratio attributa S. Ambrosio, ed. P. L., tom. XVII, p. 747-49, secundum lectiones scilicet codicis Regii (hujus ipsius?) quae indicantur ibidem inter adnotata.

44° Passio sancti Andreae apostoli (fol. 188^v-191^v).

Epistola ecclesiae Achaiae, ed. apud Surium, ad d. 30 Nov.

45° Vita sancti Nicolai Myrreorum episcopi (fol. 191^v-192^v).

Fragmentum Vitae ed. apud Carminium, p. 112 sqq.; scilicet numm. 1, 2 et 3 usque ad *vice contentus* (med.).



CCLXX. Codex signatus num. 5294.

Olim « Liber Sancti Symphoriani Mettensis cenobii » (fol. 177^v) (1), deinde Capituli ecclesiae cathedralis Metensis (2), deinde Colbertinus 2509, postea Regius C. 4187.3.3.

Foliorum 177, med. (0^m, 27 × 0,19), lineis plenis, exaratus saec. XII.

1^o Vita beati Clementis Mettensium primi episcopi
(fol. 1^v-6^r).

Ed. ap. Fr. Bosquet, *Ecclesiae Gallicanae Hist.* (Paris. 1636, in-4^o), part. II, p. 17-22.

2^o Ordinatio beati Clementis papae (fol. 17^v-19^v).

Ex epistola apocrypha Clementis ad Jacobum secundum versionem Rufini (ed. P. G., tom. I, p. 463 sqq.) numm. 2-6 et 17-19, passim plus minus contracti.

3^o Passio sancti Clementis papae et martyris (fol. 19^v-25^v).

Ed. ap. Mombritionum, tom. I.

4^o Vita sancti Arnulfi episcopi et confessoris (fol. 25^v-35^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 18 Jul., tom. IV, p. 433-40, et nuperrime *Mon. Germ.* (in-4^o), *Scr. rer. Merov.*, tom. II, p. 432-46; cfr. *ibid.*, p. 430, lin. 13. — Vitam sequitur (fol. 35^v-38^v) *Genealogia sancti Arnulfi episcopi*, ope hujus codicis ed. *Mon. Germ.* (in-fol.), tom. II, p. 308-9.

5^o Inventio sanctorum a domno Deoderico pontifice
reptorum (fol. 38^v-43^r).

Ed. P. L., tom. CXXXVII, p. 363-70.

6^o Vita sancti Goerici episcopi [Metensis] et confessoris (fol. 44^r-58^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Sept., tom. VI, p. 48-54.

7^o Vita sancti Clodulfi episcopi [Metensis] et confessoris (fol. 59^v-67^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 8 Jun., tom. II, p. 127-52.

8^o Vita beati Adalberonis [II, Metensis] episcopi (fol. 68^v-88^v).

Auctore Constantino abbate, ed. *Mon. Germ.*, tom. II, p. 630-72.

9^o [Hildivardi, Halberstadensis episcopi, epistola ad

(1) Cfr. L. Delisle, *Cab. des mss.*, tom. II, p. 412. — (2) *Ibid.*, tom. I, p. 430.

Adalberonem episcopum Metensem de reliquiis a
Theoderico episcopo transmissis (fol. 88^v-89^v).

Ed. ap. Labbe, *Nov. Bibl. Mss.*, tom. I, p. 682-83.

10° Vita sancti ac beatissimi Romarici abbatis (fol. 90^r-95^v).

Ed. ap. Mabillonium, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 416-20.

11° Vita sancti Amati confessoris (fol. 95^v-104^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Sept., tom. IV, p. 103-7.

12° Vita sancti Adelphi abbatis (fol. 104^v-107^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 11 Sept., tom. III, p. 815-17.

13° Vita et actus beati Mansueti primi Leuchorum
urbis pontificis (fol. 107^v-133^v).

Auctore Adsone, ed. *ibid.*, ad d. 3 Sept., tom. I, p. 637-51. Omm. versus *Magni consilii per te*, etc. (tom. cit., p. 638).

14° Vita sanctorum Eucharii, Valerii atque Materni,
quae est vi idus decembris (fol. 133^v-144^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 29 Jan., tom. II, p. 918-22.

15° Vita sancti Willebrordi episcopi et confessoris
(fol. 144^r-158^r).

Ed. ap. Mabillonium, *Act. SS. O. S. B.*, saec. III, part. I, p. 605-16. Om. prol.

16° Vita beati Maximini episcopi [Trevirensis] (fol. 158^r-167^r).

Ed. ap. Surium, ad d. 29 Maii. Om. prologus.

17° Vita sancti Goaris confessoris (fol. 167^r-175^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Jul., tom. II, p. 333-37.

CCLXXI. Codex signatus num. 5295.

Olim « de capella domini episcopi Arelatensis » (1), deinde Colbertinus 1870,
postea Regius C. 3844.4.

Foliorum 101, med. (0^m,345×0,275), lineis plenis, exaratus saeculo XI.

1° Vita vel actus beatissimi Reguli episcopi [Silva-

(1) L. Delisle, *Cab. des mss.*, tom. II, p. 337 med.

nectensis] et confessoris Christi, quae celebratur nono kalendarum maii (fol. 10^r-25^v) (1).

Auctore Caelestino, de qua *Act. SS.*, ad d. 30 Mart., tom. III, p. 816, n. 4.

2^o Vita vel actus beati Honorati episcopi Arelatensis, quam edidit clarissimus Hilarius, qui ei merito successit (fol. 26^r-41^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Jan., tom. II, p. 17-24.

3^o Vita sancti Hilarii episcopi Arelatensis ecclesiae, quam edidit domnus Reverentius ejus successor in episcopatu (fol. 41^r-60^v).

Ed. P. L., tom. L, p. 1219-46.

4^o Epitaphium ejusdem (fol. 60^v-61^r).

Ed. *ibid.*, p. 1243-46.

5^o Vita sancti Caesarii, quam domnus Cyprianus et beatus Firminus et sanctus Viventius episcopi, necnon presbyter Messianus et diaconus Stephanus scripserunt (fol. 61^r-92^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 27 Aug., tom. VI, p. 64-83.

6^o Vita beati Virgilii archiepiscopi Arelatensis, vii idus octobris (fol. 93^r-100^v).

Ed. *ibid.* ad d. 5 Mart., tom. I, p. 400-4.

CCLXXII. Codex signatus num. 5296.

Olim Colbertinus 55, deinde Regius C. 3393.9.

Foliorum 213, maj. (0^m.46×0,338), columnis binis, exaratus saec. XIII.

* *sic.* 1^o Eodem die *, passio beati Andeoli martyris (fol. 1^r-3^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 1 Maii, tom. I, p. 33-39. Nonnulla in media Passione desiderantur, foliis dilaceratis.

(1) Ante hanc vitam leguntur (fol. 1^r-9^v) *homiliae* de S. Trophimo primo episcopo Arelatensi, unde nonnulla recitat Faillon, *Monuments*, etc., tom. II, p. 330, not.

2° Vita beati Marculfi abbatis, quae recolitur eodem die (fol. 3^r-5^v).

Ed. *ibid.*, p. 73-79. Mutila desinit in verbis *Praesul igitur sanctissimus* (num. 21 fin.).

3° [De inventione sanctae crucis] (fol. 6^r-6^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Maii, tom. I, p. 443-48. Acephala narratio inc. *testimonium perhibentibus* (num. 7 ex.).

4° Passio beatorum martyrum Alexandri, Eventii et Theoduli, eodem die (fol. 6^v-8^r).

Ed. *Cat. Brux.*, tom. I, p. 218-23.

5° Passio sancti Judae, qui Quiriacus cognominatus est, III nonas maii (fol. 8^r-10^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 4 Maii, tom. I, p. 449-450, num. 14-26. Praefixus est prologus ed. *ibid.*, p. 445.

6° Vita sancti Beati confessoris VII idus maii (fol. 10^r-11^v).

Ed. ap. C. Métais, *Saint Bienheure de Vendôme*, p. 27-34.

7° Passio [sanctorum Gordiani et Epimachi] martyrum, VI idus maii (fol. 11^v-12^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 10 Maii, tom. II, p. 552-53.

8° Vita beati Maioli abbatis (fol. 12^v-16^v).

Auctore S. Odilone, ed. *ibid.*, ad d. 11 Maii, p. 684-90.

9° Passio beati Pancratii martyris, III idus maii (fol. 16^v-17^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 12 Maii, tom. III, p. 21.

10° Ipsa die, passio sanctorum Nerei et Achillei martyrum (fol. 17^r-19^v).

Ed. *ibid.*, p. 6 sqq. ; scilicet num. 1-14 et num. 18.

11° Passio beati Pontii martyris, secundo idus maii (fol. 19^v-23^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 14 Maii, p. 274-79.

12° Vita beati Pacomii abbatis, eodem die (fol. 23^r-25^v).

Ed. *ibid.*, p. 350-63.

13° Passio sanctorum martyrum Petri et Andreae, Pauli et Dionysiae, quae est idus maii (fol. 25^v-26^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 15 Maii, p. 452-53.

14° Passio sancti Peregrini episcopi et martyris, quae est xvii kal. junii (fol. 26^r-27^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 16 Maii, p. 563-64.

15° Passio beati Emanii sociorumque ejus martyrum (fol. 27^r-29^v).

Ed. *ibid.*, p. 596-99.

16° Passio beati Desiderii episcopi, quae recolitur x kal. junii (fol. 29^v-30^v).

Auctore Warnahario, ed. *ibid.*, ad d. 23 Maii, tom. V, p. 244-46.

17° Passio beatorum Donatiani et Rogatiani martyrum, ix kal. junii (fol. 30^v-31^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 24 Maii, p. 280-81.

18° Passio beati Prisci martyris, vii kal. junii (fol. 31^v-32^v).

Ut in cod. 5280, 38° (supra, p. 490).

19° Vita sancti Germani Parisiensis episcopi, v kal. junii (fol. 32^v-36^r).

Auctore Fortunato, ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Maii, tom. VI, p. 778-87, et ope hujus codicis *Mon. Germ.* (in 4°), *Auct. Ant.*, tom. IV, part. II, p. 11-27.

20° Passio beati Carauni martyris, quae recolitur quinto kal. junii (fol. 36^r-38^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Maii, tom. VI, p. 749-52; scilicet num. 1-14.

21° Passio beatae Petronillae virginis, ii kal. junii (fol. 38^r-38^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 12 Maii, tom. III, p. 10-11, num. 15-17.

22° Passio beatorum martyrum Cantii, Cantiani et Cantianillae fratrum, quae recolitur annuatim eodem die (fol. 38^v-39^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 31 Maii, tom. VII, p. 428-50, iisdem fere lectionibus variantibus quae notatae sunt *Anal. Boll.*, tom. I, p. 311, 32°, nisi quod num. 7 omissus non est.

23° Passio beatorum Marcellini et Petri martyrum, iii nonas junii (fol. 39^v-41^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 2 Jun., tom. I, p. 171-73.

24° Vita beati Medardi episcopi, vi idus junii (fol. 41^r-42^v).

Auctore Fortunato, ed. *ibid.*, ad d. 8 Jun., tom. II, p. 79-81.

25° Vita beati Medardi episcopi, edita a beato Au-
doeno Rothomagensi archiepiscopo, et recolitur
sexto idus junii (fol. 42^v-47^v).

Ed. ap. Joannem a Bosco, *Bibl. Floriac.*, p. 113-33.

26° Vita beati Gildardi Rothomagensis archiepiscopi,
quae recolitur eodem die (fol. 47^v-50^r).

Ed. ope hujus codicis *Anal. Boll.*, tom. VIII.

27° Passio beati Barnabae apostoli (fol. 50^r-53^r).

Ed. ex parte *Act. SS.*, ad d. 11 Jun., tom. II, p. 423-25 et *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 334-37; prologus vero ac media pars, *Anal. Boll.*, tom. II, p. 301-2.

28° Passio beatorum Felicis et Fortunati martyrum,
quae est eodem die (fol. 53^r-54^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 23 April., tom. III, p. 98-100.

29° Passio sanctorum Viti, Modesti et Crescentiae
martyrum, xvii kal. julii (fol. 54^v-57^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 15 Jun., tom. II, p. 1021-26.

30° Passio beatorum Cyrici et Julitae matris ejus,
xvi kalendas julii (fol. 57^v-60^r).

Auctore Huchaldo, ed. P. L., tom. CXXXII, p. 831-58. Om. epilogus *Quoniam vero sancti...*

31° Vita beati Jacobi vel Jacuti confessoris [et beati
Guethnoci fratris ejus], quae recolitur annuatim
eodem die (fol. 60^r-63^r).

Inedita, ut videtur. Vid. infra, Append.

32° Vita beatae Marinae virginis, xiiii kal. julii (fol.
63^r-64^r).

Ed. P. L., tom. LXXIII, p. 691-94.

33° Passio beatorum Gervasii et Protasii martyrum,
quae recolitur xiii kal. julii (fol. 64^r-66^v).

Ut in cod. 5280, 48° (supra, p. 491). Praemissa est prologi instar epistola vul-
gata sub nomine Ambrosii et ad omnes Italiae fratres inscripta, ed. *Act. SS.*, ad
d. 19 Jun., tom. III, p. 821-22.

34° Vita beati Leutfredi abbatis, xi kal. julii (fol.
66^v-68^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Jun., tom. IV, p. 103-111. Omm. numm. 17-27.

35° Passio beati Albani martyris, quae recolitur decimo kalendas julii (fol. 68^v-69^v).

Ed. *ibid.* (ex Bedae *H. E.*), p. 147-48. In cod. num. 1 paulo amplior est, nonnullis scilicet additis de rebellione Carausii.

36° Passio sanctorum Achatii, Heliadis, Theodori, Carterii, sociorumque eorum decem milium, quae recolitur annuatim decimo kalendas julii (fol. 69^v-73^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 22 Jun., p. 182-87. Om. num. 1; in fine pro clausula *Et rursus exortus...*, descripti sunt versus ed. *ibid.*, p. 188, ann. *g.*

37° Passio beatorum Johannis et Pauli martyrum, III kal. julii (fol. 73^r-74^v).

Ed. apud Mombritium, tom. I.

38° Passio beatorum Petri et Pauli apostolorum, quae est III kal. julii (fol. 74^v-78^v).

Epistola Marcelli, ed. ap. Fabricium, *Cod. apocr. N. T.*, tom. II, p. 632-33.

39° Passio beati Petri apostoli (fol. 78^v-80^v).

Ed. ap. Mombritium, tom. II. Om. post prologum fere prior pars Passionis. Inc. *Tempore igitur Neronis caesaris erant salutiferi doctores christianorum Petrus et Paulus.*

40° Martyrium beati Pauli, a Lino episcopo de graeca lingua in latinum conscriptum et orientalibus ecclesiis traditum (fol. 80^v-82^r).

Ed. *Bibl. Max. P. P. Lugdun.*, tom. II, p. 70-73.

41° Vita beati Martialis episcopi, II kal. julii (fol. 85^r-94^v).

Ed. ap. Surium, ad d. 30 Junii.

42° Vita beati Carilefi presbyteri, quae est kal. julii (fol. 94^v-97^r).

Vita quae incipit *Quia largiente Domino*, ut supra in cod. 5280, 32° (p. 491).

43° Passio beatorum Processi et Martiniani martyrum, VI nonas julii (fol. 97^r-98^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Jul., tom. I, p. 303-4.

44° Vita beatae Berthae, quae recolitur quarto nonas julii (fol. 98^r-99^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 4 Jul., tom. II, p. 49 sqq. Desinit in verbis *dum lividis* (numm. 18 in.); insuper om. prologus. et numm. 7-9 paucissimis contracti sunt.

45° [De sancto Arnulpho Turonensi] (fol. 100^r-102^r).

i. *ibid.*, ad d. 18 Jul., tom. IV, p. 403-7. Initio mutila inc. *vanas superstitiones* (num. 1 fin.), et in fine add. ea quae edita sunt *Anal. Boll.*, tom. VIII, 7-98.

46° Vita beati Aquilini episcopi, quae recolitur eodem die (fol. 102^v-103^r).

contracta ex ampliori Vita ed. *Act. SS.*, ad d. 12 Oct., tom. VIII, p. 506-10.

47° Passio beatae Margaritae virginis et martyris ... kal. augusti (fol. 103^r-105^v).

d. ap. *Mombritium*, tom. II; sed in cod. nonnulla passim omissa sunt.

48° Vita beatae Praxedis virginis, x kal. augusti (fol. 105^v-106^r).

d. *Act. SS.*, ad d. 19 Maii, tom. IV, p. 300, num. 3-8.

49° Vita beatae Mariae Magdalенаe, x kal. augusti (fol. 106^r-107^r).

ita cum prologo ed. ap. Faillon, tom. II, p. 433-36.

50° Miracula (fol. 107^r-107^v).

relatio translationis ut refertur in cod. Namurcensi 31 (*Anal. Boll.*, tom. I, 316, 69°); sed hic mutila desinit in verbis *corpore applicuerunt et sic vori*.

51° [De sancto Wandregisilo] (fol. 108^r-110^v).

ragmentum Miraculorum ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jul., tom. V, p. 281 sqq.; icet num. 17-42; in fine add. ed. *ibid.* 278-79, num. 20-21.

52° Passio beati Apollinaris Ravennatis archiepiscopi, discipuli sancti Petri apostoli, cujus festiuitas celebratur x kal. augusti (fol. 110^v-113^v).

d. *ibid.*, ad d. 23 Jul., p. 344-50.

53° Vita sancti Pavatii Cenomannensis episcopi, ix kal. augusti (fol. 113^v-116^r).

d. *ibid.*, ad d. 24 Jul., p. 340-43. Om. num. 18.

54° Eodem die, passio sanctae Christinae virginis et martyris (fol. 116^r-119^v).

ebus narratis convenit cum Passione ed. ap. *Mombritium*, tom. I.

55° Passio beati Jacobi apostoli, ix kal. augusti (fol. 119^v-121^v).

d. *ibid.*, tom. II.

56° Passio sancti Christophori martyris, quae celebratur eodem die (fol. 121^v-123^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Jul., tom. VI, p. 146-49.

57° Eodem die, passio sancti Cucufatis martyris (fol. 123^r-125^v).

Ed. ap. Surium, stilo mutato, ad d. 25 Julii.

58° Passio sanctorum septem dormientium, vi kalendas augusti (fol. 125^v-128^r).

Versio altera ex graeco Actorum quae edita sunt *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 252-59.

59° De sancto Pantaleone (fol. 128^r).

Fragmentum acephalum Passionis editae ap. Mombrinium, tom. II; scilicet ultima pars. Inc. *tres viros multum torquens jussit decollari....*

6° Vita beati Samsonis episcopi, eodem die (fol. 128^r-131^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Maii, tom. VI, p. 573 sqq.; scilicet num. 1-16. Om. prol.

61° Passio sanctorum Nazarii et Celsi martyrum, eodem die (fol. 131^r-132^v).

Contracta ex Passione ed. ap. Mombrinium, tom. II.

62° Passio beati Felicis papae et martyris, iiii kal. augusti (fol. 132^v).

Ed. ap. Mombrinium, tom. I.

63° Passio [sanctorum] Simplicii, Faustini et Beatrix martyrum, eodem die (fol. 132^v-133^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 29 Jul., tom. VII, p. 36-37.

64° Passio sanctorum Abdon et Sennes martyrum et aliorum multorum qui cum eis passi sunt, iiii kal. augusti (fol. 133^r-135^r).

Passio illa amplior quae complectitur Acta sancti Polycronii et sanctae Olympiadis, ut supra in cod. 5276, 10° (p. 439).

65° Vita beati Germani Autisiodorensis episcopi, ii kal. augusti (fol. 135^r-144^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Jul., tom. VII, p. 201-20. Omm. numm. 18-57 et folio exciso, numm. 50-55; post num. 75 inserta sunt ed. *ibid.*, p. 257-58, numm. 9, 17, 18.

66° Passio sanctorum Macchabaeorum martyrum,
 quae recolitur kalendis augusti (fol. 144^r-149^v).

Desumpta ab aliquo scriptore christiano ex Flavii Iosephi libro *De Maccabaeis seu de rationis imperio*, Opp. tom. II (Amstel., 1726) p. 497 sqq.

67° Vita beati Eusebii [ep. Vercellensis], eodem die
 (fol. 149^v-152^v).

Ed. ap. Ughelli, *Ital. Sacr.*, tom. IV, p. 749-61.

68° Passio sanctorum virginum Pistis, quod est Fi-
 des, Alpes *, quod est Spes, et Agape, quod est
 Caritas, et matris earum Sophiae, quod est Sapien-
 tia, eodem die (fol. 152^v-154^r).

* sic.

Ed. *Legenda Aurea* (ed. Coloniae, 1490).

69° Vita beati Betharii Carnotensis episcopi, eodem
 die (fol. 154^r-155^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Aug., tom. I, p. 169-71. Om. prol.

70° Passio beati Stephani papae et martyris, III^o no-
 nas augusti (fol. 155^v-157^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 2 Aug., p. 139-44.

71° [De revelatione corporis sancti Stephani] (fol.
 157^v-159^r).

Epistola Luciani, ed. ap. Surium, ad d. 3 Aug. Praemissa sunt quae de Luciano
 tradit Bedae Chronicum ad an. Chr. 426 (P. L., tom. XC, p. 559-60).

72° Libellus de miraculis eorundem (fol. 159^r-161^r).

Libellus de translatione sancti Stephani Byzantium, ed. P. L., tom. XLJ,
 p. 817-22. Add. libellus Pauli ad Augustinum episcopum, ed. *ibid.*, tom. XXXVIII,
 p. 1443-43.

73° Passio sanctae Aerae et ancillarum ejus (fol. 161^r-
 162^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 3 Aug., tom. II, p. 53-58. Mutila desinit in verbis *ab ama-
 toribus tuis* (num. 16).

74° [Passio sancti Xysti papae] (fol. 163^r).

Finis Passionis ed. *ibid.*, p. 140-41.

75° Passio sanctorum Justi et Pastoris fratrum,
 eodem die (fol. 163^r-163^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 6 Aug., p. 154.

76° Passio sancti Donati episcopi [et Hilariani], quae est vii idus augusti fol. (163^v-167^r).

De qua *ibid.*, ad d. 7 Aug., tom. II, p. 189, num. 5; quam scilicet edidit Petrus Buonamicus typis Florentinis anno 1607.

77° Passio sanctorum martyrum Cyriaci, Largi et Smaragdi (fol. 167^r-169^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p. 3-9.

78° Passio sancti Laurentii archidiaconi, quarto nonas augusti (fol. 169^r-171^r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II.

79° Vita sancti Taurini episcopi (fol. 172^r-174^v).

Auctore Deodato, ed. *Act. SS.*, ad d. 11 Aug., tom. II, p. 639-43, non paucis lectionibus variantibus. Sed et pro prologo ed. *ibid.*, p. 639, in cod. legitur alter prologus, qui incipit: *Cum patrum gesta religio christiana ob amorem caelestis patriae exemplarque sequacium et bonum aggrediatur divinis inserere paginis...*

80° Aliqua de miraculis ejusdem (fol. 174^v-176^v).

Ed., stilo paululum immutato, *ibid.*, p. 643-44. Subjectum est prolixum beati episcopi encomium, et (fol. 176^v-177^v) *alter sermo legendus in sollemnitate ejusdem.*

81° Passio sanctae Susannae virginis et martyris (fol. 177^v-179^v).

Pars prior ed. *Act. SS.*, ad d. 18 Febr., tom. III, p. 61-64; posterior, ad d. 11 Aug., tom. II, p. 631-32.

82° Vita sancti Gaugerici episcopi et confessoris (fol. 179^v-181^r).

Ed. ope hujus codicis *Anal. Boll.*, tom. VII, p. 388-98.

83° Passio sancti Hippolyti martyris et sociorum ejus (fol. 181^r-182^r).

Ed. ap. Mombritium, tom. II.

84° Vita sancti Cassiani episcopi et confessoris (fol. 182^r-184^r).

Ed. *Anal. Boll.*, tom. IV, p. 139-66. Textus cod. convenit cum cod. BRUX. 7666-71. Om. praef.

85° Vita sanctae Radegundis virginis (fol. 184^r-187^v).

Auctore Fortunato, ed. *Act. SS.*, ad d. 13 Aug., tom. III, p. 67-74. Om. prol.

86° Passio sancti Eusebii presbyteri et martyris (fol. 187^v-188^r).

Ed. *ibid.*, ad d. 18 Aug., p. 150-51.

87° Vita vel passio sancti Arnulfi episcopi [Metensis] et confessoris (fol. 188^r-193^r).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 18 Jul., tom. IV, p. 433-40, et *Mon. Germ.* (in 4^o), *Script. rer. Merov.*, tom. II, p. 432-46.

88° Passio sancti Mammetis martyris (fol. 193^r-195^r).

Ed. ap. Mombrinium, tom. II.

89° Passio sancti Agapiti martyris (fol. 195^r-196^r).

Ed. *ibid.*, tom. I.

90° Vita sancti Philiberti abbatis (fol. 196^r-199^v).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 20 Aug., tom. IV, p. 75-80, diverso prologo. In cod. prol. inc. : *Cum prisca patrum facta recolimus, nosmet ad animos nostros reducimus et veluti in speculo nostrorum videmus cursus operum...*

91° Miracula sancti Philiberti abbatis (fol. 199^v-206^r).

Ed. *ibid.*, p. 81-91.

92° Passio sancti Symphoriani martyris, quae est xi kal. septembris (fol. 206^r-206^v).

Ed. *ibid.*, ad d. 22 Aug., p. 496-67. Mutila desinit in verbis *aeternitate victurus* (num. 7 fin.)

93° [De sancto Audoen] (fol. 207^r-213^v).

Fragmenta Vitae ed. *ibid.*, ad d. 24 Aug., p. 810-19. Nonnulla folia misere dilacerata sunt.

94° Passio sancti Genesii martyris Remensis, quae est viii kal. septembris (fol. 213^v-214^r).

Passio sancti Genesii mimi, ed. apud Mombrinium, tom. II.

95° [De sancto Augustino] (fol. 214^r-216^v).

Fragmenta (foliis dilaceratis) Vitae auctore Possidio, ed. *Act. SS.*, ad d. 28 Aug., tom. VI, p. 427 sqq.

Appendix ad cod. 5296.

VITA SS. JACUTI ET GUETHNOCI (Cfr. supra, p. 571, 31°)

Incipit vita beati Jacobi vel Jacuti confessoris.

1. Sanctorum merita quia quanta sunt in caelis attingere non possumus, miracula tamen, quibus in terris claruere, prout vero experimento nobis ea cognoscere permissum est, reticere non debemus, dicente psalmista : *Non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam a concilio multo*. Qualiter vero certitudo hujus suscepti opusculi ad notitiam nostram pervenerit, fidelibus ad hoc innotescere volumus, ne aut ex nostra parte fictitium aut rumore non probabili relatum sentiant, et de origine materiae dubii, relationis nostrae ordinem minus credant. Tempore igitur piraticae persecutionis, quae in juniorem Britanniam exarsit, piratis Normannicis cuncta vastantibus nullaue sanctuariis reverentia servata, ecclesiarum ministri cum corporibus sanctorum, quorum patrocinio utebantur, ad remota longius a marina vicinitate terrae spatia refugium petierunt. Unde accidit ut in eo loco in quem beatissimi confessoris Jacobi corpus delatum est, inter sacratissima ipsius ossa corio cervino inclusa libellus repertus sit, in quo et genealogiae illius ortus et vitae ordo invenitur descriptus. Quo quidem libello prae nimia vetustate marcido et in margine paginae exterius putrefacto, divina tamen custodia ita scriptura interius reservata est ut nihil de materia imminutum, nihil de intellectus sensualitate remaneret confusum. Nos itaque pro modulo nostro, veritatem ibi inventam, etsi non eisdem verbis, eisdem tamen significantiis curavimus explicare et verborum tepitudinem simpliciter aptiori et lucidiori stilo mutare. Neque illo modo quo ille : *Numeros, inquit, memini, si verba tenerem*, sed ut rerum integritati nihil intermisceatur superfluum, nihil mutiletur imperfectum. Cartulae ergo in tam pretiosissimo thesauro inventae testimonium ita incipit.

2. Fuit in occiduus Britannici territorii partibus vir quidam opulentus et inter convicaneos suos nominatissimus, Fraganus nomine, habens conjugem coaequabilem, lingua patria Guen appellatam, quod latine sonat *Candida*. Quibus divina pietas trium sobolem filiorum largita est ; quorum duos gemellos maternus uterus profudit in lucem, tertium vero deinde parturivit, his duobus juniorem. Gemelli quidem alter Guethnocus, alter Jacobus ; tertius autem appellatus est Wingualoeus. Qui utique in puerilibus annis mira innocentia, in juventute virtute florida. in senectute firma constantia perseverantes, in toto vitae suae cursu nihil omnino terrena possessione vilius, nihil umquam Deo carius habuere. Sed quia tam clarissimorum virorum lucerna mundum latere non potuit, Wingualoei virtutibus ab his quibus ea cura injuncta fuit plenissime et veracissime descriptis, nos de innumerabilibus geminorum actis pauca perstringenda suscepimus : non quia illi pares extiterint operando, sed nos impares ceteris fuimus illorum opera describendo.

3. Beatissimi ergo confessores nomine et studio vitam apostolicam imitantes, tanto meruerunt adhaere[re] apostolorum meritis quanto non recesserunt ab eorum vestigiis. Nobiliter quidem nati, et in Christo regenerati, atque locupletissimis parentibus educati, natalium suorum honestam retinentes formam, morum appetierunt honestiorem. Puerilia namque jura maturitate adornantes et maturitatem innocentia temperantes, et in vultu simplices et in locutione videbantur senes. Tenera quidem adhuc aetate litterariae disciplinae traduntur; sed ita eam assecuti sunt ac si non humanae industriae magisterio sed Spiritus sancti afflatu docerentur. Quorum magister vir famosissimus et eruditissimus, Budocus nomine, tanto se erga eos devinxerat amore quantum percipiebat pueros ad exercitia virtutum florere. Nec licuit diutius occultare bonae segetis annonam, quam ordinaverat aeterna Sapientia in eorum mentibus fructificandam. In ipsis etenim pueritiae auspiciis apparuit quam gloriose inter coaetaneos suos divina gratia illos sublimare voluit.

* cod. immundiciis.

4. Quadam namque die, dum turbae scholasticae puerile examen velut ad recreandos animos spatiandi licentia accepta foras procederet, ludentibus aliis atque, prout unicuique animus erat, in diversa intentis, contigit et gemellos nostros inter ceteros exire et exeuntes caecum pauperem obviam habere. Qui more solito, ut necessitas urgebat, clamosa voce ut a transeuntibus elemosynam acciperet infestabat. Quem praefati fratres columbina ut erant simplicitate aspicientes, et quasi eodem aspirati affectu accedentes ad eum, alter illorum saliva sua oculos ejus liniens, alter signum crucis superfaciens, in locum stipendii reddiderunt videre clamanti. Sed mox, ne agniti deprehendantur hoc fecisse, aufugiunt et intra claustrorum latibula velocius sese recipiunt. Sed quid valuit lumen abscondere quod nullae latebrae possunt obscurare? Gaudens enim qui caecus fuerat ibat et exultans illuminatores suos quanta poterat vociferatione laudabat. Stupefactis ergo in miraculi magnitudine sociis et de improvise spectaculo ad magistrum regressis, coepit ipse inquirere quis illorum esset cui concessum sit tam mirabile opus facere. Adductus autem in medio cui visus redditus fuerat, et benefactores suos recognoscens: *Isti sunt*, coepit dicere, *per quos divina gratia me dignata est sanare*. Pudici vero pueri et confiteri nolunt, et veritatem omnino non ausi negare, tam sanctum latrocinium perpetrasse redarguti sunt. Quo facto non elatiores sed humiliores facti, quanta possunt vilitate sese appetunt deici.

5. Deinde transgredientes in juventutis annos jamque magis magisque robustiores, ita disponunt totam mundi delectationem abicere ut princeps mundi nullum eos seducendi aditum valeat invenire. Jejuniis assidui, vigiliis intenti, orationibus dediti, omnium virtutum studia adamantes et virtutum famam quasi venenum fugientes, misericordiae vero opera eo modo actitare satagebant quatinus erga pauperes verbis apparerent causativi et latenter elemosynam tribuendo sentirentur largissimi. Sed pro aedificatione ceterorum non permisit divina bonitas tantum lumen reponi sub modio.

6. Quadam etenim dierum, dum Jacobus nata de causa egrediens solus riam carperet, accidit ut quidam leprosus veniens sequensque post tergum rogaret ut elemosynam sibi impenderet. At ille circumspiciens et neminem praeter se et pauperem videns, dum non timeret praesentiam alicujus sese videntis, dando elemosynam manum osculatur accipientis. Quo sancto osculo leprosus tactus, ab 5 omni contagione leprae statim mundatus est. Qui nesciens beneficium suum celare, per plateas clamitare coepit Jacobum emundationis suae causam extitisse. Volat fama per circuitum, quo volatili non est velocius ullum, et velit nolit deprehensus est juvenis fecisse hujusmodi furtum. Ne vereare, famule Dei, ne vereare popularem laudem. Habes enim post Deum judicem conscientiam ab 10 omni naevo vanitatis puram, ab omni fastu superbiae integram, invidiae facibus incorruptam. Nihil tibi timendum est de favoribus saeculi, quem retinet castus amor in caritate Christi.

7. In tantum vero timuit rumorem per viciniam expansum ut quem antea vita sancta servaverat, cum Guethnoco fratre ad monachicum transfugeret habitum. 15 Ecce ambo monachi facti et asperiores vitam aggressi, gaudent se, ut putant, evasisse publicae actionis versatilem ludum atque transisse in contemplationis asyllum. Jam vestis hispidior et cibus asperior, scilicet lumbos stringens cilicium et epulae radices herbarum, ostendunt Dei athletas carne sola terram colere et spiritu caelos inhabitare. Sed quanto plus laborant sese deicere, tanto occurrit 20 eis abundantius clarescere. Creberrimis etenim micant virtutibus, qui se putabant alienari humanis laudibus.

8. Non longo quippe sequenti intervallo, dum cum coenobitis proprii monasterii ad metendam messiunculam exirent, inter ipsos manipulos serpens latuit et unum ex fratribus periculi incautum momordit. Cui mortiferum venenum per 25 membra coepit diffundi, et nihil aliud in eo quam mortis imaginem videri. Sed fratres uterini, materna uniti caritate, accincti in omni negotio succurrere. quanto cius eo usque properant et cum aqua benedicta loca diffusi veneni anticipant; factaque oratione et impressa desuper vivificae crucis imagine, reddunt incolu- mem et sanum quem paulo ante putabant alii mox sepeliendum. Quo facto exorsi 30 sunt omnes divinam potentiam benedicere, quae dignata est eis tales medicos praeparare.

9. In territorio etiam illis vicino erat quaedam vidua, quae tam longo languore quam maerore attrita, caeca facta est. Sed auditis tot miraculorum signis, usque in praesentiam sanctorum fratrum se fecit adduci, et pedibus eorum provoluta. 35 auxilium festinabat invocare. Sed mox ut fronte sua pedes sanctorum summatim tetigit, celerius quam diel valeat illuminata surrexit.

10. Quid agerent per totam regionem illam languidi et omnes diversi generis morbidi? Qui pedibus valent, festinant currere; qui gressu nequeunt, vehiculis ad patrocinia sanctorum sese faciunt advectari. Ubi summa pietate ostensa sunt tot 40 virtutum dona quot dicere nulla valent eloquia: sicut enim impossibile fuit ea singulatim percipere, ita impossibile est ea singulatim narrare. Caeci equidem

recedunt inde videntes, surdi audientes, claudi ambulantes, leprosi mundati, paralytici curati, et quicumque cum integra fide accesserant, spe petitionis suae non revertebantur vacui.

11. Sed ubi se vident commilitones Christi ad tantam necessitatem constringi, ardent desiderio fugiendi. Erat quippe locus haud multum a monasterio sepositus, sed marinae profunditatis refluxu gurgite interclusus et absque navigio nullo modo naturaliter adeundus. Ad quem taedio exosae habitationis viam invadunt et usque ad litus praedicti gurgitis perveniunt. Quid facerent, cum nulla navis, nulla sit facultas transfretandi? Flexis genibus et extento corde fundunt orationes Salvatori. Quibus a pulvere surgentibus, Mosayco tropo ipsa aqua se scindit atque sanctis viatoribus siccum iter per medium pandit; sed ubi ab altera ripa terram capiunt, ipsae undae naturalem cursum repetentes simul veniunt. Deinde ad locum quem desideraverant adventantes, omnimodo illum reperiunt gratiosum praeter penuriam, quarum nullus est fons vel rivulus dulcis, aquarum. Tanta igitur necessitate compulsi, ad consueta arma recurrunt, et orationum jacula in caelum ruentes, facillime impetrant aquarum fontem qui lacrimis suis rigant Christum in Patris dextera sedentem.

12. Sancti itaque viri, delectati loci commoditate et solitaria inaccessibilitate, saeco jam tempore ab impetu tumultuosae plebis cessantes, non otiositati tenuis dedere, sed corpoream vitam sustentant labore manuum et spiritus reficiunt caelestium dulcedine epularum. Noctes ducunt in divinis laudibus et dies in sanctis operibus. Fundant monasterium et circumquaque consimilis vitae viros investigant, quos caelestis Jerusalem cives efficiant; jamque magis magisque stupefactas animas ab erroribus revocare quam languida membra infirmorum in corporeas vires restituere. Succedit ergo sanctae cupiditati eventus, et tanta ibidem crescit monachorum multitudo ut necessaria sit ambobus subditorum praelatio; et qui eotenus absque paterna praelatione vixerunt, jam subditorum electione parentes fiunt. Facundi in sermone, gloriosi in opere, humiles in praelatione, omnia omnibus facti sunt ut omnes lucrifacerent et ut vere debeant dici fidelium servorum servi, quasi duae portae constituti sunt paradisi.

13. Quis umquam monachus audiret eorum conversationem, et non expeteret familiaritatem? In tantum quippe abundaverunt vitae et doctrinae illorum exempla ut ex omnibus coenobiis circa illos undique constructis certatim advenirent et de illa quasi primitiva senatorum turba abbates sibi eligerent. Si pontificalis pastore egeret locus, inde petebatur episcopus. Redolet fama virtutum, currunt omnes ad odoris delectamentum. Unde in Canticis Canticorum: *In odorem unguentorum tuorum currimus, adolescentulae dilexerunt te nimis*. Adolescentulae quippe fidelium sunt animae, quae imitatrices sanctorum patrum, ab eorum exemplis trahunt unguenta bonorum operum. Tanta igitur messis supernis imbribus irrigata plura construit monasteria, plurima adunavit coenobiorum collegia. Sed sicut erant fratres uterini, ita decreverunt omnia illorum communia haberi. Unde etiam aliqua loca, quae in pace Ecclesiae ab illis aedificata sunt, de

nominibus illorum usque hodie vocabulum retinuerunt. Inde quoque in pago Bagassino superest adhuc antiquissima ecclesia, sepultura multorum sanctorum reverenda, quae de memoria illorum *Apud duos gemellos* est denominata. Exigentibus vero habitatorum culpīs, magna et numerosa virtutis suae reliquere vestigia quae in deserti solitudinem sunt redacta. 5

14. Illud quoque non omittendum aestimamus, quod ambo adhuc in vita loca-liter positi, jam apparebant alibi, in periculis evocati. Quadam namque tempestate, dum nautae, insurgentibus ventis, collidentibus undique procellis in mari deprehensi fuissent, et de familiaritate cognitos sanctos invocarent, ecce alter illorum in puppi, alter in prora, stantes apparent et singuli armamenta navis quasi curiosi tractant, hortantes timidos ne timeant, quia mox in portum tranquillitatis adveniant. Res promissionem sequitur, et erepti de naufragio securā statione fruuntur. 10

15. Eo tempore tenebat Gradolonus dux regimen Britanniae et sanctus Patricius in Scotia plenissima fulgebat virtute. Quorum Gradolonus sanctis nostris praesentiam suam exhibuit, et facundissima praedicatione ammonitus, usque ad terram caput humilians, promisit se in posterum rectiorem vitam tenere et ferinam crudelitatem qua antea ferbuerat deponere. Sanctus vero Patricius splendidissimus in nocte illis apparuit, et ut inceptum propositum exequerentur exhortatus, coronas suae coronae coaequales in caelesti regione illis praeparatas propheta- 20
phetavit.

16. Nostri ergo, de quibus locuti sumus, gemini, gemina caritate ornati, jam terra marique cogniti et usque ad sidera notissimi, quot vitae momenta tot habuere caelestium factorum dona, praesertim cum nihil sit aliud illorum vivere quam incircumscrip-
to Spiritui adhaerere, Scriptura dicente: *Qui adhaeret Deo, unus spiritus est.* Et ideo gesta illorum non longius prosequimur, quia si contenderemus illa ad plenum perstringere, probaremur vel primitias dicendorum non praelibasse. Finem ergo suscepto pro illis opusculo imponamus, et ut pro nobis intercessores existant exoremus, quatinus qui eripuerunt naufragos ad se clamantes in portum tranquillitatis, eripiant nos de superfluitate dicendi et peccandi in portum veritatis et caritatis, ipsa Veritate praestante cui cum Patre et Spiritu sancto uni Deo honor est et gloria in saeculorum saecula. Amen. 30

[Eorundem miracula post mortem.]

17. In illa descriptiuncula quam de vita geminorum confessorum, scilicet Guthenoci et Jacobi, tractavimus, pauca miracula quae carne gravati gessere multis et incomprehensibilibus praetermissis, tetigimus. De his vero quae jam caelo recepti, tanto absolutius quanto vicinius Deo adhaerebant, illis in locis in quibus patrocinia eorum venerata sunt ostendere, omni[no] silere injuriosum videtur, maxime cum propterea ostensa sunt ut et illis mundo sublatis testimonium perhibeant et ad imitationem eorum fideles quique recitatis virtutibus animosiores fiant. Nihil enim aliud monstrant memorata sanctorum exempla quam quaedam ad illos tendi vestigia. 40

18. Factum est ergo vice temporanea ut ad oratorium praedictorum confessorum, videlicet quod ambobus dedicatum fuerat et in quo singuli singula altaria quasi propria habebant, quidam deformis languidus veniret, cui inter ipsos dentes quasi lineatim de naso descendens os grande excreverat, paulatimque
 5 augmentum sui faciens, turpissimum misero rostrum faciebat, quod quidem extrinsecus spissum, intrinsecus autem ita erat acutissimum ut linguam misero
 continuatim finderet et ab omni parte oris saliva mixta sanguine deflueret. Tanti
 ergo vitii molestia nec loqui nec comedere poterat, praeter quod aliquid molle
 manu immissum et ipsum mixtum sanguine transigebat. Hoc itaque horribili
 0 morbo damnatus, per oratorium discurrens atque ante singula altaria sese proiciens, quod verbis non poterat lugubri mente postulabat. Quadam vero nocte vir quidam splendissimus illi apparuit, et pede illum pulsans, dixit : *Quid per singula altaria discurrens et ab unitate nostra nos dirimis? Surge, et in medio utriusque altaris spatio te proice, ibique simul nos invocans,*
 5 *quod volueris impetrabis.* Qui cito surrexit et in locum aequali spatio ab utroque altari distantem sese collocavit. Cui mox medicina promissa affuit. Cecidit enim illud evulsum os ab illius ore, mox in loco illius restituto naturali et aequali ceteris dente. Recepta igitur sanitate vitii, recipit possibilitatem loquendi et comedendi, atque ita integritati est reformatus ac si nunquam fuisset ibi deformatitas
 0 vulnus. Coepit ergo sanatus omnipotentem gratiam benedicere et sanctorum pietatem quanto clamore poterat magnificare, et ad rei veritatem comprobendam portabat semper secum evulsi ossis praesentiam.

19. Illud etiam non omittendum putamus, quod fratres monasterii ad quod praedictorum sanctorum reliquiae de Britannica vastitate allatae sunt, tantam fiduciam in illis habebant ut contra totius adversitatis impulsu non dubitarent ab illis implorare auxilium. Si quando etenim continua aeris serenitate, ut fieri solet, terra siccitate duresceret, deportatis cum processione pignoribus sanctorum statim impetrabant pluviae temperamentum. At si econtra pluviae effusio abundabat, eadem medicina aeris serenitas reveniebat. Quod si mortalitas hominum aut pestilentia pecorum aut ignis incendium aut aliud alicujus generis immineret infortunium, afflicti praedictis sanctis reddebant vota, et votorum consequerentur desideria.

20. Illud quoque non debet fidelium memoriam effugere, quod in vicinia territorii quod dicitur Aquarum, eo quod duobus fluminibus cingitur, scilicet Rinetio
 35 et Arganona, dicitur evenisse. Fertur namque ibi extitisse juvenis pauperculus, nomine Caradocus, verbis lubricus, vita sordidus et ab omni morum temperantia ita alienus ut saepius in amentiam excederet nisi rerum penuria eum aliquatenus retineret. Nihil quippe in eo frugalitatis, nihil utilitatis videbatur inesse, praeter quod solebat una quam habebat navicula peregrinos ad oratorium sanctorum venientes questus gratia flumen Arganonam transportare. Interea accidit
 40 quod quidam peregrinus, ostium domunculae illius exosi pulsans, rogavit ut sibi aperiretur. Qui obviam veniens furibundus, ut semper erat, quid quaereret inqui-

21. Paululum admonitionis gratia a narratione digressi, superioribus adjungere debemus miraculum quod in monasterium * Landoac memoratur factum. Ad id etenim loci cum quidam caecus venisset ut elemosynam susciperet, et cibo refectus et hospitio est susceptus. Cui sequenti nocte dormienti vir veneranda
 5 canitie et serenissimo vultu apparens, castigare eum coepit, ut de levibus moribus et inhonesta vita sese emendaret, quia illa erat certa occasio pro qua caecatus fuisset. At ille inquirenti quis esset qui tam salubre consilium sibi daret : *Guithenocus*, inquit, *ego sum, qui cum fratre meo Jacobo istius loci teneo patrocini-um*. Tunc caecus cum omni devotione : *Supplex tibi*, ait, *domine mi,*
 10 *promitto et mutandum amodo mentis affectum et assiduum corporis mei servitium*. Quid plura ? Mane de lectulo consurgens, hausit lucem quam longo tempore sibi senserat inaccessibilem. Qui deinde in voto permansit et monachicam vitam in eodem loco finivit.

Explicit vita beati Jacobi vel Jacuti confessoris.

CCLXXIII. Codex signatus num. 5296 A.

Olim Telleriano-Remensis 53, deinde Regius C. 3863.3.

Foliorum 40, med. (0^m,53×0,215), lineis plenis, exaratus saec. X (1), pulcherrime decoratus.

Vita sancti ac beatissimi Martialis discipuli Domini nostri Jesu Christi, edita ab Aureliano successore illius atque discipulo (fol. 1^v-34^r).

Ed. ap. Surium, ad d. 30 Junii. — Sequitur (fol. 35^r-40^v) epistola S. Martialis ad Burdigalenses ed. *Bibl. PP. Lugdun.*, tom. II, p. 107-10.

CCLXXIV. Codex signatus num. 5296 B.

Olim Bigotianus 172, deinde Regius C. 3654.3.

Paginarum 399, maj. (0^m,39×0,285), columnis binis, exaratus saec. XIII.

1^o [Vita sancti Martialis] (pag. 1-32).

Ed. ap. Surium, ad d. 30 Jun.

(1) Folia 27-32 avulsa sunt iisque substituta folia chartacea, in quibus descripta sunt manu saeculi XVII ea quae in foliis avulsis legebantur.

2° Passio sanctorum Processi et Martiniani martyrum, quae est sexta nonas julii (pag. 32-35).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Jul., tom. I, p. 303-4.

3° Gloriosus et a Deo dispositus adventus in coenobio Floriacensi rite vocato electi et praelecti ante omnia saecula Benedicti patris eximii (pag. 35-50).

Relatio conscripta ab Adalberto, ed. *Act. SS.*, ad d. 21 Mart., tom. III, p. 302-3, sed nonnullis in cod. additis et lectionibus variantibus ut in cod. Leodiensi 57 (*Anal. Boll.*, tom. V, p. 523, 11°).

4° Sermo domni Odonis venerandae memoriae abbatis in omnibus festis legendus Benedicti eximii patris (pag. 50-57).

Ed. ap. Marrier, *Bibl. Clun.*, p. 138-43. In fine : *Explicit sermo domni Odonis piae memoriae abbatis Floriacensis coenobii.*

5° Vita beati Carilephi confessoris, cujus venerabile corpus requiescit in Anisolae monasterio, celebraturque ejus festivitas die kalendarum juliarum (pag. 57-64).

Ut in cod. 5280, 52° (supra, p. 491).

6° Vita beati Goaris confessoris Christi, quae celebratur II nonas julii (pag. 64-71).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Jul., tom. II, p. 333-37.

7° Passio sanctae Felicitatis septemque filiorum ejus, quae est VI idus julii (pag. 71-72).

Ed. *ibid.*, ad d. 12 Jul., tom. III, p. 12-15.

8° Liber Leontii episcopi Neapoleos Cypriorum insulae de vita et actione sancti Johannis Alexandrini episcopi (pag. 72-109).

Ed. *ibid.*, ad d. 23 Jan., tom. II, p. 498-517.

9° Vita sanctissimae virginis Christi Amalbergae (pag. 109-128).

Ed. *ibid.*, ad d. 10 Jul., tom. III, p. 90-102.

10° Tomellus Radbodi sanctae Trajectensis ecclesiae episcopi de vita et meritis paradoxae virginis Amalbergae (pag. 128-131).

Ed. *ibid.*, p. 103-4.

11° Vita sanctae Praxedis virginis, quae est xii kal.
augusti (pag. 131-132).

Ed. ibid., ad d. 19 Maii, tom. IV, p. 300, num. 5-8.

12° Vita sanctae Mariae Magdalenae (pag. 132-135).

Vita et prol. ed. ap. Faillon, tom. II, p. 433-36. Add. et prologus alter, qui incipit : *Ad omnium igitur Jesu Christi salvatoris nostri fidelium communis utilitatis profectum intendit quicquid ab initio virtutum ipsius prodigii vel miraculorum contigit fieri.*

13° Qualiter corpus hujus sanctae translatum sit ad
Viceliacum coenobium (pag. 135-144).

Ed. ibid., p. 745-52. In cod. subjecta sunt nonnulla quae exhibebimus infra in Appendice ; deinde miracula ed. apud Faillon, ibid., p. 733-42 ; ac denique hi versus :

Ardua post artus praelibat culmina lymbus,
Seria supremis convolvens carmina gestis.
Velificans puppim pertransit nauta Carybdim,
Pro nihilo scopulos pendens syrtesque perosos.
Anchora fluctivagam temnit cum pendula lympham,
Gratus abit tutusve radit laetusque resumit.
Taliter et rhetor orditur thematis auctor,
Principium libri cudens sermone sagaci.
Incipe vernantem jam, nostra, Thalia, vigorem,
Pondere vergentes versus, nutrix, quibus est spes,
Ac rege facundam facundo jure pagellam
Sub specie Domini passim fulcita nitenti.

14° Vita sanctae Mariae Magdalenae (pag. 144-150).

Sermo Odonis, ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jul., tom. V, p. 218-22.

15° Excerptum de libro beati Maximini de quodam
miraculo beatae Mariae Magdalenae (pag. 151-154).

Fabulosa narratio, eadem prolixius referens quae compendiose exhibet *Cat. Brux.*, tom. I, p. 212 med. (*Beata Maria Magdalena....*)

16° De vita et obitu beatae Mariae Magdalenae (pag.
154-158).

Ed. ap. Faillon, tom. II, p. 433 sqq., et p. 445-51.

17° Vita sancti Wandregisili egregii confessoris Christi
(pag. 150 et pag. 159-171).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 22 Jul., tom. V, p. 272-81. — Sequitur (pag. 171-173) *Commemoratio genealogiae Arnulfi episcopi et Francorum regis*, ed. *Mon. Germ.*, tom. II, p. 308-9.

18° *Miracula sancti Wandregisili confessoris Christi*
(pag. 175-188).

Ed. *Act. SS.*, *ibid.*, p. 281-290. Om. num. 55.

19° *Passio sancti Apollinaris martyris, quae est x kal. augusti* (pag. 190-196).

Ed. *ibid.*, ad d. 23 Jul., p. 344-50.

20° *Passio sanctae Christinae virginis et martyris, quae celebratur viii kal. augusti* (pag. 196-205).

Convenit cum Passione edita ap. Mombrinium, tom. I. Inc. *Erat quaedam sancta et sacra puella in Tyro nomine Christina, spem Dei habens.*

21° *Passio sancti Jacobi apostoli fratris beati Johannis evangelistae, quae est viii kal. augusti* (pag. 205-209).

Ed. *ibid.*, tom. II.

22° *Passio sancti Christophori martyris, quae est viii kal. augusti* (pag. 209-224).

Acta illa prolixiora et suspecta de quibus *Act. SS.*, ad d. 23 Jul., tom. V, p. 142-43. num. 100.

23° *Passio sanctorum septem Dormientium* (pag. 231-239).

Ed. *Bibl. Casin.*, tom. III, Florilegii p. 252-59.

24° *Translatio sanctae Lewinnae virginis* (pag. 239-262).

Auctore Drogone, ed. ap. Mabillonium, *Act. SS. O. S. B.*, saec. III, part. II, p. 112-26.

25° [*Vita sancti Germani Autissiodorensis episcopi*] (pag. 262-293).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 31 Jul., tom. VII, p. 200-20.

26° *Passio sanctorum Macchabaeorum* (pag. 293-302).

Passio quae inc. *Principium meum philosophiae quidem sermone sed christiano exemplo capitur sensu. Necesse est enim cogitationem humanam breviter explicare*; ut in cod. 5206 (supra, p. 375, 66°).

26° *Passio sancti Stephani papae et martyris* (pag. 302-304).

Desumpta ex Passione ed. *Act. SS.*, ad d. 2 Aug., tom. I, p. 139 sqq.; scilicet num. 1-4 et num. 18-21.

28° Epistola Aviti presbyteri de revelatione beatissimi Stephani protomartyris (pag. 304-305).

d. P. L., tom. XLI, p. 803-8.

29° [Revelatio corporis sancti Stephani] (pag. 305-309).

d. ibid., p. 807-17.

30° Relatio translationis corporis beati protomartyris Stephani Hierosolymis Constantinopolim (pag. 309-313).

d. ibid., p. 817-22.

31° Vita sanctae Walburgis virginis (pag. 313-322).

uctore Adelboldo, ed. *Act. SS.*, ad d. 25 Febr., tom. III, p. 542-46.

32° Passio sancti Oswaldi regis (pag. 322-334).

uctore Drogone, ed. ibid., ad d. 5 Aug., tom. II, p. 94-103. Omm. numm. 43-48. Sequuntur (pag. 334-337) duae orationes encomiasticae de sancto rege. In ore multis effertur ejus in eleemosynis largiendis liberalitas et fit mentio de iis re relata sunt in Vita num. 21; in altera laudatur maxime ejus zelus ad salutem animarum procurandam et celebratur mors ejus maxima animi fortitudine laudans.

33° [Vita beati Cassiani Augustodunensis episcopi] (pag. 337-344).

d. *Anal. Boll.*, tom. IV, p. 159-66. Codex convenit cum cod. Brux. 7666-71, us et praefationem habet.

34° Textus divinorum operum quae ostensa sunt per beati protomartyris Stephani venerabile meritum, mandata quoque notitiae fidelium ab Evodio in ecclesia Uzali, cujus urbis pontificatum administrabat sacerdos dignissimus Aurelius tunc temporis Augustinus apud Hipponem, dominicae sationis dispensationis [ministro] constituto (pag. 344-367).

d. P. L., tom. XLI, p. 833-54.

35° [Alia miracula de sancti Stephani] (pag. 367-369).

d. P. L., tom. XXXVIII, p. 1142-43 (serm. cccxx-xxii).

36° Passio sanctae Aerae martyris, quae celebratur nonas augusti (pag. 369-370).

culo contractior ea parte Passionis ed. *Act. SS.*, tom. II, p. 58, num. 15-21.

37° [Passio sanctorum Donati et Hilariani] (pag. 370-378).

Passio illa quam edidit Petrus Buonamicus (cfr. supra, cod. 5276, 17°, p. 460). In cod. mutila desinit in verbis *Potens est Deus meus omnia impendere quae iusta postulantur ab hominibus*.

38° [Passio sanctorum Cyriaci, Largi et Smaragdi] (pag. 379-382).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 16 Jan., tom. II, p. 5-9. Initio mutila inc. *Et dum nullo tempore in custodia esset beatus Cyriacus* (num. 10 med.).

39° [Passio sanctorum Abdon et Sennen] (pag. 383-385).

Ut in cod. 5276, 10° (supra, p. 459). Sed hic, folio avulso, quaecumque martyrium beatae Olympiadis antecedunt desiderantur.

40° Passio sanctorum Sixti, Felicissimi, Agapiti et sancti Laurentii martyrum (pag. 385-388).

Ed. *Act. SS.*, ad d. 6 Aug., tom. II, p. 140-41.

41° Passio sancti Laurentii (pag. 388-390).

Desumpta ex *Passione* ed. ap. Mombrinium, tom. II.

42° [Passio sancti Eusebii presbyteri] (pag. 399).

Ed. *ibid.*, tom. I. Sed in cod. omnia sunt quae in ed. referuntur contigisse post Eusebii mortem.

Appendix ad cod. 5296 B.

DE RELIQUIIS SANCTORUM IN COENOBIO VICELIACENSIS REPOSITIS

(Cfr. supra, p. 587, 13°).

1. Illud sane credimus memoriae commendandum quod impedimentum itineris superius praenotatum non sine divina contigisse * providentia. Karolus denique rex, Hludovici filius, ut primitus compererat qua de causa jam dictus Badilo 5 legationem eundi ad Aquitaniae partes accepisset, coepit obnixius Gerardum comitem precari ut, si pignora corporis beatae Mariae Magdalenae aliquatenus reperiret, summae gratia amicitiae velut exoptatissimum munus illi commendaret. At ille, veluti de re dubia ac sicuti contigit postmodum nequaquam sperare poterat, levi assensu promisit facere quae ab illo rex poposcerat. Praeterea idem rex 11 necnon et aliquanti suorum primatum aegre ferebant hoc quod Gerardus solum-

* sic.

nodo in regno ipsius, quamvis laudabili ausu, facere praesumpserat, videlicet et universa sua patrimonia, quae a genitoribus illi provenerant, cleronomiae Christi condonans transcripsisset. Et ut in proverbio dicitur : *Quoniam sola miseria caret invidia, et unde bonus proficit, inde impius contabescit*, sic contigit vae illi menti, quam excrucians odor bonae operationis cujusque occidit. Nam et praedictus rex atque optimates illius eundem Gerardum comitem inveterato odio multotiens civili bello laceraverant; ipse tamen divina se juvante gratia triumphum victoriae reportavit. Ut enim compertum habuere prodigiosum miraculum, quod contigerat in exceptione corporis beatæ Mariæ Magdalænæ, mitiores effecti tam rex quam primates illius, amicitiae gratia sese illi junxerunt. Quam multiplicibus denique miraculorum signis exinde locus jam superius dictus Viceliacensis claruerit non eget litterarum testimoniis.

* sic.

2. Sequenti denique tempore contigit ossa etiam sanctæ Marthæ, sororis ejusdem Mariæ, ab Africanis partibus per quendam monachum, nomine Gentionem, ad eundem locum deferri. Fratris quoque earum, sancti videlicet Lazari, eadem tempestate ad Aeduan civitatem ossa delata sunt. Praeterea, ut supra taxatum est, industria comitis Gerardi per plurima beatorum pignora undecumque collecta ibidem continentur, ac praecipue apostolorum Petri et Pauli, sanctique Andeoli martyris pars potissima corporis ibidem servatur honorifice recondita. Maxilius quoque martyr ac pontifex Senonicae civitatis decentissime illie tumultus quiet. Serenus etiam confessor ex integro jacet inibi, qui primitus jacuerat apud ecclesiam Sancti Johannis Baptistæ, in loco qui Vetus Viceliacus cognominatur. Pars denique beatorum martyrum Eusebii, Vincentii, Pontiani, Peregrini atque Iulii media corporum eodem in loco servatur, qui videlicet a Romano pontifice ob amorem comitis Gerardi ad eundem locum directi, tam in itinere quam ibidem positi [sunt]. Plurima beneficia per illorum merita Christus praestitit hominibus.

INDEX SANCTORUM

IN HOC VOLUMINE MEMORATORUM.

N. B. — 1° Numeris, qui singulis sanctorum nominibus subjecti sunt, signantur paginae ubi recensetur aliqua eorum Vita vel Passio : deinde simili modo indicantur ea quae ad eorum Miracula, Inventionem aut Translationem corporum, etc. spectant. Ubi vero aliqua hujusmodi documenta aut pars eorum edita exhibetur, id in indice per numeros crassioribus typis impressos notatur.

2° Haec praecipue sigla in indice adhibita hic indicanda videntur : a. = auctore ; ab. = abbas ; al. = alia (Vita vel Passio) ; an. = anonymo ; ap. = apostolus ; Ep. = Epitaphium ; ep. = episcopus ; er. = eremita ; m. = martyr ; metr. = (Vita) metrica ; Mir. = Miracula ; p. = papa ; pr. = presbyter ; Tr. = Translatio ; v. = virgo.

- Abdon et Sennen mm. 413, 439, 469, 523, 574, 590 ; (comp.) 434.
- Abihon. *Vid.* Steph. protom. Inv.
- Abraham er. 99.
- Abundius m. Hierosol. *Vid.* Justus.
- Abundius m. Rom. *Vid.* Xystus.
- Acacius ep. Melit. in Armenia 520.
- Achatus, Elias, Theodorus, Carterius et soc. 10,000, mm. 572.
- Achilleus m. *Vid.* Nereus.
- Acisclus et Victoria mm. 103, 340.
- Adalbero II ep. Met. (a. Constantino) 566.
- Adauctus m. *Vid.* Felix.
- Adelphus ab. 567.
- Adrianus m. 299, 433.
- Advocatus. *Vid.* Donatus.
- Aegidius ab. 99, 335, 361, 363, 472, 502 ; (al.) 330.
- Aelphegus ep. Cant. m. (a. Osberno) 128. — Tr. 128.
- Afra m. 414, 575, 589.
- Agape v. m. *Vid.* Anastasia, Chionia.
- Agapitus m. Praenest. 297, 414, 435, 460, 471, 577.
- Agapitus m. Romae. *Vid.* Xystus.
- Agatha v. m. 68, 110, 272, 279, 282, 305, 408, 433, 462, 466, 488, 539.
- Agericus ep. Vird. 464, 479-82.
- Agnes v. m. (a. Ambrosio) 67, 69, 271, 279, 280, 305, 306, 404, 407, 433, 462, 465, 488, 493, 540, 539 ; (metr. a. Hildeberto) 381.
- Agricola m. *Vid.* Vitalis.
- Aigulphus ab. 57.
- Albanus m. (a. Beda) 128, 293, 491, 572.
- Albinus ep. Andeg. (a. Fortunato) 282, 483, 488, 560 ; (ex. Greg. Turon.) 483.
- Aldegundis v. 438.
- Alexander p., Eventius et Theodulus, mm. 273, 294, 411, 434, 569 ; (al.) 293, 376, 500, 514, 519 ; (ex Adone) 362.
- Alexander m. *Vid.* Victor Massil.
- Alexander ep. Alex. 282, 485.
- Alexius 113, 375, 524 ; (al.) 117 ; (metr.) 60, 61-63.

- Amalberga v. (a. Theoderico) 586; (sermo Radbodi) 586.
- Amandus ep. Traj. (a. Baudemundo) 142, 282, 408; (additio Milonis, titulus de obitu, nota de anno nativ. et mortis, sermo) 142.
- Amantius ep. Ruthen. (a. Fortunato) 359, 369, 475, 518.
- Amantius er. 277.
- Amarinus = Marinus.
- Amatus ab. 472, 567.
- Ambrosius ep. Mediol. (a. Paulino) 69, 78, 102, 272, 343, 380, 408, 462, 519, 560; (ex Theodoreto) 78.
- Amelberga = Amalberga.
- Amicus et Amelius 234, 237.
- Ananias et soc. mm. 537.
- Anastasia, Agape, Chionia, Irene, Theodota, Eutychianus et soc., mm. 270, 279, 404, 517, 563.
- Anastasius mon. m. 540.
- Andeolus m. 568.
- Andochius et soc. mm. 336.
- Andreas ap. (epist. ecclesiae Achaiae) 68, 89, 308, 342, 362, 370, 373, 451, 455, 461, 464, 516, 565; (a. Pseudo-Abdia) 404. — Mir. 89, 342, 370, 404, 429, 516. — Tr. in Scotiam 378-80.
- Andreas m. Lampsaci. *Vid.* Petrus.
- Andronicus m. *Vid.* Tarachus.
- Anianus ep. Aurelian. 293, 494; (al.) 476; (sermo de adventu) 293.
- Anicetus et Photinus mm. 533.
- Anna mater Deiparae 363.
- Ansbertus ep. Rotom. 142, 144-46; (al.) 145.
- Anselmus ep. Cant. (a. Eadmero) 91, 92, 128.
- Antoninus disc. S. Dionysii. *Vid.* Sanctinus.
- Antoninus m. Apam. 533; (al.) 524.
- Antoninus m. Placent. (a. Paschali) 131, 132-39.
- Antonius ab. (a. Athanasio) 169, 344, 461, 530, 538.
- Antonius de Padua. 337, 353-54, 477.
- Aper ep. Tull. 473.
- Apollinaris ep. Ravenn. m. 57, 296, 415, 435, 459, 469, 492, 493, 573, 588.
- Apollinaris m. *Vid.* Timotheus.
- Apollonius m. *Vid.* Martianus.
- Apollonius *Vid.* Philemon.
- Aquilinus ep. Ebroic. 573.
- Arcadius m. (a. Zenone) 536, 536.
- Aredius ab. Atan. 14; (al.) 145, 148-50.
- Arianus m. *Vid.* Focas.
- Arianus m. *Vid.* Philemon.
- Arnulphus ep. Met. 471, 566, 577.
- Arnulphus ep. Turon. 492, 575; (al.) 412, 415-28.
- Arsenius ab. 492.
- Ascla m. 68, 407, 537.
- Athala ab. (a. Jona). 519.
- Athanasius ep. Alex. (a. Rufino) 65; (ex Hist. Trip.) 283.
- Auceia rex m. *Vid.* Lucia.
- Audifax m. *Vid.* Marius.
- Audoenus ep. Rotom. (a. an.) 12; (a. Fridegodo) 461, 577.
- Augurius diac. m. *Vid.* Fructuosus.
- Augustinus ep. Cant. — Ep. 385; 590.
- Augustinus ep. Hipp. (a. Possidio) 102, 354, 367, 410, 461, 472, 561, 577; (a. an.) 363; (comp.) 581. — Tr. 381. — Ep. 385. — Mir. de corde ejus 257.
- Avitus ab. Miciac. 293, 491.
- Babylas m. 68, 281, 537.
- Bacchus m. *Vid.* Sergius.
- Barbara v. m. 327, 464, 517.
- Bardulphus, ab. = Bertulphus.
- Barlaam et Josaphat er. 103, 114, 115, 219, 231.
- Barnabas ap. (ex Act. Ap.) 362; (a. Joanne Marco) 501; (a. an.) 468, 571 — (Prolog. et al.) 571.
- Barontus er. 219.
- Barsanorius ab. 524, 525-35.

- lomaeus ap. (a. Pseudo-Abdia) 14, 89, 97, 220, 284, 340, 362, 364, 307, 333, 366, 376, 403, 431, 461, 561. — Tr. in Liparim ins. (a.odoro Studita) 431; Tr. Benevensis m. *Vid.* Romanus.
- isa m. *Vid.* Julianus.
- s ep. Caesar. (a. Amphilochio) 277, 501, 515, 558.
- s (a. Adsona) 330.
- ius m. 531.
- io.
- ius v. m. *Vid.* Simplicius.
- conf. Vindoc. 489, 569.
- ius Turgoto) 128.
- icta v. m. 13.
- ictus ab. (a. Gregorio M.) 332, 382, 408, 466, 489; (comp.) 387, (sermo Odonis) 529, 586; (ex o Diac.) 221. — Tr. in Galliam (a. berto) 296, 413, 438, 469, 491; 586; (sermo in translatione) 143.
- ir. (a. Adelerio) 194; (al.) 129, — Carmen (a. Paulo Diac.) 12,
- ius m. Div. 79; (al.) 223, 329; 110.
- ius ab. 91, 101, 113, 141, 333; p.) 566; (nota) 140. — Ep. 131, 225. — Litt. apost. de ejus festo orando 141.
- ius vid. 572.
- ius ab. Bob. 366.
- ius ep. Carnot. 575.
- ius = Vivianus.
- ius ep. Sebast. m. 99, 350, 408, (al.) 462.
- ius ab. 113, 117, 219, 277, 384, 502.
- ius ep. Caesaraug. 106, 107-8. — 07.
- ius ep. Turon. (a. Greg. Turon.) 14, 89, 97, 220, 284, 340, 362, 364, 369, 476, 516, 565; (ex Sulpicio Severo) 89.
- Brigida v. Hib. (a. Cogitosa) 228, 281, 327, 406, 465, 559.
- Burchardus comes (a. Odone) 239.
- Caecilia v. m. et soc. (Tiburtius, Valerianus et Maximus) 110, 292, 308, 340, 364, 370, 477, 563.
- Caesarius diac. m. 564.
- Caesarius ep. Arel. (a. Cypriano, etc.) 367, 568.
- Calinnicus m. *Vid.* Thyrsus.
- Calixtus p. m. 413, 433, 474, 564. — Tr. in Galliam. 413.
- Calocerus m. 486.
- Candidus m. *Vid.* Mauritius.
- Cantius, Cantianus et Cantianilla mm. 490, 570.
- Cantuariensium episcoporum primorum sex Ep. 390.
- Caprasius. *Vid.* Fides.
- Caranus m. Carnot. 294, 570.
- Carilefus pr. Anisol. 377; (comp.) 491, 572, 586.
- Caritas v. m. *Vid.* Fides.
- Carolus Magnus imp. (a. Einhardo) 383, 384, 385, 386; (a. Pseudo-Turpino) 234, 237, 385, 386, 387; (Lib. de sanctitate) 385; (Gesta Carcassonae et Narbonae) 386.
- Carolus Bonus comes. — Carmen de eo 116.
- Carterius m. *Vid.* Achatius.
- Cassianus ep. Augustod. 576, 589.
- Castor m. *Vid.* Coronati (Quattuor).
- Catharina v. m. 89, 477; (al.) 370; (al.) 341.
- Celerinus lector. — Epist. S. Cypriani de eo 281.
- Celsus m. *Vid.* Nazarius.

- Genericus = Senericus. 223, 276, 299, 336, 361, 382, 410, 433, 472, 562; (ex Adone) 367. — Mir. (ex Greg. Turon.) 113.
- Chionia v. m. 283. *Vid.* Anastasia.
- Christeta v. m. *Vid.* Vincentius (Abul.).
- Christina v. m. 376, 413, 493, 593, 588.
- Christophorus m. 64, 296, 375, 378, 413, 492, 574; (al.) 568; (al.) 331.
- Chrysanthus et Daria mm. 341, 436, 516.
- Chrysogonus m. 341, 364, 370, 477, 563. *Vid.* Anastasia.
- Clara v. Assis. 338, 478.
- Claudius m. *Vid.* Coronati (Quattuor).
- Claudius ep. Bisunt. 23. — Mir. 23-39.
- Clemens p. m. 91, 110, 308, 340, 364, 370, 477, 563, 566. — (epist. Clementis ad Jacobum) 566. — Mir. 91, 110, 563.
- Clemens ep. Met. 466, 566.
- Cletus p. m. 363.
- Clodulfus ep. Met. 464, 566.
- Clotildis reg. 53.
- Columba v. m. 386; (al.) 404, 407, 487.
- Columba ab. (a. Adamnano) 477.
- Columbanus ab. (a. Jona) 278, 476, 563.
- Concordius pr. m. 70, 536.
- Constantinus m. *Vid.* Dormientes (Septem).
- Coraula m. *Vid.* Philemon.
- Cornelius p. m. 78, 299, 363, 382, 562; (al.) 97, 433; (ex Adone) 367.
- Corona m. *Vid.* Victor.
- Coronati (Quattuor) 328, 436, 473, 564; (ex Adone) 363.
- Cosmas et Damianus mm. 367; (al.) 376; (al.) 363; (al.) 300, 337, 409, 473, 494, 563.
- Crescentia m. *Vid.* Vitus.
- Crispinus et Crispinianus mm. 339, 474, 564.
- Crucis (Sanctae) inventio 12, 60, 209, 219, 275, 276, 294, 298, 378, 405, 410, 411, 434, 489, 569. — Exaltatio 113, 223, 276, 299, 336, 361, 382, 410, 433, 472, 562; (ex Adone) 367. — Mir. (ex Greg. Turon.) 113.
- Cucufas m. 296, 413, 574.
- Cuthbertus ep. Lindisfarn. (a. Beda) 128; (al.) 520; (metr. a. Beda) 211.
- Cyprianus ep. Carth. m. (Acta proconsularia) 299, 382, 562; (ex iisdem) 59; (a. Pontio) 59, 562; (a. Prudentio) 59; (a. an.) 78, 97, 433; (ex Adone) 367. — Tr. 59, 212; (al.) 562.
- Cyprianus m. *Vid.* Justina.
- Cyriacus, Largus et Smaragdus, mm. 297, 434, 460, 461, 470, 576, 590.
- Cyriacus diac. m. *Vid.* Marcellus p. m.
- Cyricus puer et Julitta mm. 490; (a. Hucbaldo) 571; (metr. a. Gunthero) 172-94. — Tr. 172.
- Dalmatius ep. Ruthen. 340.
- Damianus m. *Vid.* Cosmas.
- Daria m. *Vid.* Chrysanthus.
- Deivota v. 403.
- Deoterius m. *Vid.* Victor Massil.
- Desiderius ep. m. (a. Warnahario) 490, 570.
- Dionysius ep. Paris., Rusticus et Eleutherius, mm. (a. Fortunato) 338, 368; (a. Hilduino) 118, 121, 211, 222, 224; (a. Ivone) 121, 123-24, 224, 514; (al.) 308, 474; (al.) 363; (metr.) 120, 224. — Inv. 88, 119, 121, 224. — Elev. (an. 1050) 121, 224. — Mir. 119, 122, 224; (a. Ivone) 514. — Epistolae circa S. Dionysium ejusque Vitam conscribendam: Ludovici Pii imp. et Hilduini abb. 118, 120, 222, 224; Hincmari 120, 224; Anastasii Bibl. 120, 224; Petri Abaelardi 119, 121, 224. — Laudes et Praeconium (a. Michaele Hieros.) 121, 224; epistola Willelmi mon. de hujus Praeconii translatione

- 121, 124-25. — *Cfr.* Petrus et Paulus (Revelatio Stephano papae...)
- Dionysius m. *Vid.* Dormientes (Septem).
- Disciola v. (ex Greg. Turon.) 437.
- Dominicus Loricatus (a. Petro Damiano) 127.
- Dominicus, fundator O. P. (a. Humberto) 478; (alterius fragm.) 365.
- Donatianus et Rogatianus mm. 274, 294, 570.
- Donatus ep. et Hilarianus mm. 470; (al.) 389, 460, 576, 590.
- Donatus et Advocatus mm. 519.
- Donatus pr. er. 307, 309-15.
- Dormientes (Septem) mm. 65, 87, 110, 195, 219, 413, 492, 574, 588.
- Dorothea v. et Theophilus mm. 327, 408.
- Dorotheus et Gorgonius mm. 472; (ex Eusebio Caesar.) 562.
- Dulcius ep. 338.
- Dunstanus ep. Cant. (a. Osberno) 128, 502. — Mir. 128.
- Ebrulfus ab. 91. — Mir. 91.
- Edmundus rex m. (a. Abbone) 128, 328. — Mir. 141.
- Eleusippus m. *Vid.* Speusippus.
- Eleutherius m. *Vid.* Dionysius.
- Elias m. *Vid.* Achatius.
- Eligius ep. Noviom. (a. Audoen) 516; (comp.) 370.
- Elisabeth vid. duc. Thuring. 341, 355-58; (al.) 478; (comp.) 478.
- Emanus pr. m. 489, 570.
- Emmerammus ep. Ratisp. 227.
- Enimia v. 22.
- Eparchius (ex Greg. Turon.) 277.
- Ephraem diac. 295; (al.) 99.
- Epimachus. *Vid.* Gordianus.
- Eptadius pr. 334.
- Erasmus ep. m. 515.
- Ermenlandus ab. 486.
- Esychius m. *Vid.* Romanus.
- Ethbinus 502.
- Eucharius ep. Trev. (a. Goldchero) 464, 567.
- Eugendus ab. Jur. 70, 537.
- Eugenia v., Protus et Hyacinthus, mm. 64, 91, 270, 336, 517, 562.
- Eugenius III p. — Mir. 129. — Ep. 225.
- Eugenius ep. Tolet. saec. I 89. — Mir. 89.
- Eugenius ep. Hisp. saec. V (ex Greg. Turon.) 144.
- Eulalia v. m. 90, 343; (al.) 343, 518; (al.) 517.
- Eulogius m. *Vid.* Fructuosus.
- Euphemia v. m. 299, 336, 433, 494, 562.
- Euphrasia v. 282.
- Euphrosyna v. 218, 221, 227, 376, 501, 518, 536.
- Euplus m. 298.
- Euprepus m. (soc. SS. Cosmae et Damiani) 367.
- Eusebius ep. Vercell. 306, 459, 471, 575.
- Eusebius pr. Rom. m. 297, 590; (al.) 436; (al.) 471.
- Eusebius m. in Palaestina 577.
- Eustachius et soc. mm. 109, 359, 378, 524, 564.
- Eustasius ab. Luxov. (a. Jona) 520.
- Eutropius ep. Aurisiac. 41; (al.) 40.
- Eutropius ep. Santon. 234.
- Eutychianus m. *Vid.* Anastasia.
- Eventius m. *Vid.* Alexander.
- Evilasius dux m. *Vid.* Fausta.
- Evurtius ep. Aurelian. (a. Lucifero) 18, 294, 410, 472, 494.
- Ewaldi duo (a. Beda) 478.
- Exuperius m. *Vid.* Mauritius.
- Fabianus p. m. 462.
- Fausta v. et Evilasius dux mm. 335.
- Faustinus m. *Vid.* Simplicius.

- Faustus, Januarius et Martialis, mm. 338.
 Faustus et Pigmenius mm. 518, **520-23**.
 Felicianus m. *Vid.* Primus.
 Felicianus m. *Vid.* Victor Massil.
 Felicissimus m. *Vid.* Xystus.
 Felicitas m. *Vid.* Perpetua.
 Felicitas cum septem filiis mm. 272, 293, 412, 435, 468, 491, 586.
 Felicula v. m. 275.
 Felix II p. m. 531, 459, 574.
 Felix ep. Tubrac. m. 435, 556.
 Felix et Adauctus mm. 299, 472, 562.
 Felix et Fortunatus mm. 571.
 Felix pr. antipapa 437.
 Felix pr. Rom. 271, 407, 487; (al.) 556.
 Felix pr. Nolanus (ex Greg. Turon.) 280, 558; (a. Beda) 465.
 Ferreolus ep. m. (Viennae) 333.
 Ferreolus et Ferrutius mm. (Vesuntione) 468, **483-84**.
 Fides v. et Caprasius mm. 56, 538, 474, 563.
 Fides, Spes, Caritas, vv. mm. 297, 327, 575.
 Firminus ep. m. 87. — Tr. 71, 87, 122.
 Firminus ep. Ambian. 410.
 Florentius ep. Arausic. 368.
 Florentius conf. 410. — Mir. 410.
 Florianus m. 410.
 Focas m. 282, 485, 489; (ex Greg. Turon.) 485.
 Foillanus m. (de ejus obitu) 194, **195-96**.
 Fortunatus m. *Vid.* Felix.
 Franciscus Assis. (a. Bonaventura) 537, 568; (Legenda minor a. eodem) 478; (a. Thoma de Celano) 564.
 Fratres septem filii S. Felicitatis mm. *Vid.* Felicitas.
 Fronto mon. 169.
 Fructuosus ep. et soc. (Augurius et Eulogius) mm. 67, 540, 537.
 Fulgentius ep. Carthag. 106, **107-8**.
 Fulgentius ep. Rusp. 70, 70, 114, 279, 537, 556.
 Furseus ab. 63, 194, 227, 252, 280, 407, 487, 538; (al.) 538, **541-55**.
 Fuscianus, Victoricus et Gentianus, mm. 13; (al.) 90; (comp.) 127.
 Gallus ab. (a. Walafrido) 474.
 Gamaliel. *Vid.* Stephanus protom. (Inv.)
 Gaugericus ep. Camerac. 576.
 Gemellus m. *Vid.* Montanus.
 Geminianus m. *Vid.* Lucia.
 Gemmae (Mir. sanctae) (ex Greg. Turon.) 437.
 Genesis not. m. Arel. (a. Paulino) 507, 567, 414, 472; (al.) 566, **571-73**. — Mir. (ex Greg. Turon.) 507, 566. — Homilia de eo 354.
 Genesis mimus m. 298, 435, 472, 577.
 Genovefa v. 279, 487, 537, 558; (al.) 406; (ex Greg. Turon.) 537.
 Gentianus m. *Vid.* Fuscianus.
 Genulphus ep. Bituric. 71, 539, 537.
 Georgius m. 78, 292, 403, 404, 463, 466, 489, 560.
 Geraldus comes 276, 338, **354**, 568.
 Gerec et soc. mm. (a. Helinando) 474.
 Germanus m. *Vid.* Servandus.
 Germanus ep. m. (Ambian.) 388.
 Germanus ep. Autissiod. (a. Constantio) 222, 409, 459, 469, 574, 588.
 Germanus ep. Paris. (a. Fortunato) 550, 467, **483**, 490, 514, 570. — Tr. 550, 490.
 Gertrudis v. (Nivell.) 528, 486.
 Gervasius diac. Cabilon. m. 275.
 Gervasius et Protasius (a. Ambrosio) 57, 64, 78, 275, 297, 562, 412, 434, 468, 515, 571; (al.) 412, 491, 571.
 Gildardus ep. Rotom. 571.
 Goar pr. 529, 567, 586.
 Goericus ep. Met. 475, 566.

- is et Epimachus mm. 273, 411, 9, 514, 569.
 s m. *Vid.* Dorotheus.
 ; M. p. (a. Joanne Diac.) 93, 391, 5, 560; (a. an.) 102, 227, 283, 2, 483, 488, 560. — Apparitio
 ; ep. Spolet. m. 91.
 ; ep. Lingon. (a. Greg. Turon.) , 537.
 us ab. in Brit. min. *Vid.* Ja-
 s mon. Gellon. 56.
 s er. 231.
 np. (a. Almanno) 129.
 a. (soc. Alexandri p.) 273.
 us pr. (a. Pseudo-Eusebio) 93, 171, 256; (a. an.) 102, 307, 3, 368, 376, 473, 563; (al.) 384; gustino et aliis) 93, 96, 167; lae apocr. Augustini et Cyrilli) 93, 95, 96, 171, 256.
 s m. *Vid.* Donatus.
 er. (a. Hieronymo) 140, 169, 4; (al.) 277.
 ep. Arel. (a. Reverentio) 568, 568.
 p. Pictav. (a. Fortunato) 5, 102, 4, 407, 487, 538, 558. — Mir. 11, 102, 141, 487.
 nsus ep. Tolet. (a. Juliano) 111; lio) 111, 114.
 s m. 64, 297, 307, 361, 366, 0, 470, 525, 576. *Vid.* Xystus.
 s ep. Arel. (a. Hilario) 71, 538,
 ep. Leod. (a. Jona) 475.
 Gratianop. (a. Guigone) 98,
 Cluniac. (a. Hilberto) 105.
 is m. Rom. 299.
 Hyacinthus m. *Vid.* Protus.
 Ignatius ep. Antioch. m. 57, 281, 391, 403, 488, 500.
 Ildephonsus = Hildephonsus.
 Innocentius m. *Vid.* Mauritius.
 Ionilla m. (soc. S. Speusippi, etc.) 539.
 Irene m. *Vid.* Anastasia, Chionia.
 Irenaeus ep. m. (Sirmii) 486.
 Irenaeus et Abundius mm. 472.
 Irenaeus. *Vid.* Xystus.
 Isabella, soror S. Ludovici regis, v. 22.
 Isidorus ep. Hispal. 106, 107-8.
 Jacobus Maj. ap. 207, 306, 365, 431, 433, 439, 469, 492, 494, 573, 588. — Tr. (epist. Leonis) 100, 101, 115, 228, 234, 429; (a. Calixto) 428, 430; (al. rela- tio) 234; (al.) 428. — Mir. (a. Calixto) 110, 234, 429; (epist. Calixti) 428, 429-30.
 Jacobus Min. ap. (a. Hieronymo) 64; (a. Pseudo-Abdia) 273, 405; (ed. Mom- brit.) 293, 409, 411, 438, 466, 489; (al.) 433.
 Jacutus et Guethnocus abb. in Brit. min. 571, 578-85.
 Januarius m. *Vid.* Faustus.
 Jesus Christus D. N. (Evang. Pseudo- Matthaevi) 69, 99, 233, 336; (Evang. Nicodemi) 221, 231, 277, 404; (A. Lu- dolpho) 235. — Mir. in imagine (Be- ryti) 14, 222, 277. — Reliquiae clavi et coronae 122.
 Joannes Baptista 230. — Revelatio et Tr. capitis 60, 298, 384, 519, 561.
 Joannes ev. (a. Pseudo-Melitone) 14, 58, 218, 220, 238, 276, 304, 332, 406, 432, 433, 467, 487, 517; (a. Ps.-Abdia.) 59, 270, (ed. Mombrit.) 305; (comp.) 514; tractatus de depositione (ed. Bibl. Casin.) 279; (ex Eusebio Caesar.) 238,

- 276, 278, 304, 332; (sermo adscriptus Isidoro vel Maximo) 58, 238, 276, 332.
- Joannes et Paulus mm. 78, 275, 295, 306, 362, 412, 468, 515, 572; (al.) 279, 434; (ex Adone) 364.
- Joannes m. *Vid.* Dormientes (Septem).
- Joannes ep. Alex., cognomento Eleemosynarius, (a. Leontio) 109, 340, 586; (al.) 369.
- Joannes Chrysostomus (ex Hist. Trip.) 281, 537.
- Joannes ab. Paransensis 486, 520.
- Josaphat. *Vid.* Barlaam.
- Judas ap. *Vid.* Simon.
- Judas ep. Hierosol. *Vid.* Quiriacus.
- Judocus 90.
- Julia v. m. *Vid.* Verissimus.
- Juliana v. m. 282, 408, 466, 488, 518, 559.
- Julianus m. in Arvernia 334, 435; (ex Greg. Turon.) 104, 495.
- Julianus et Basilissa mm. 280, 538, 536.
- Julianus m. *Vid.* Lucianus m. Bellov.
- Julianus ep. Cenom. (a. Lethaldo) 281, 488, 511, 541, 550. — Mir. 511, 512-13.
- Julitta vid. m. *Vid.* Cyriacus.
- Julius m. in Syria 341.
- Justina v. et Cyprianus mm. 337, 410, 494.
- Justinianus puer 392-99. — Mir. 392, 399-402.
- Justus et Abundius mm. 343, 358-60.
- Justus et Pastor mm. 575.
- Kilianus ep. et soc. mm. Herbipoli 468.
- Lambertus ep. Traj. (a. Godescalco) 290, 494; (a. Stephano) 473. — Mir. 473.
- Landelinus 515.
- Largus m. *Vid.* Cyriacus.
- Laudus ep. Constant. 495, 496-500.
- Launomarus ab. 280, 488, 539, 538.
- Laurentius diac. m. 12, 64, 279, 297, 307, 363, 365, 374, 414, 460, 470, 535, 576, 590; (al.) 361; (comp.) 167; (fabulosa) 107; (metr. a. Marbodo) 389.
- Laurentius ep. Cant. — Ep. 390.
- Leander ep. Hispal. 106, 107-8.
- Lemovicenses (Sancti) 386, 387.
- Leobardus reclusus (a. Greg. Turon.) 280, 539.
- Leobinus ep. Carnot. 489.
- Leocadia v. m. 342.
- Leodegarius ep. Augustod. (a. an.) 474; (a. Ursino) 36, 143, 337, 368, 376. — Mir. 53, 337, 376.
- Leonardus ab. 389, 524. — Mir. 524.
- Leonilla m. *Vid.* Speusippus.
- Leucius m. *Vid.* Thyrsus.
- Leutfredus ab. 571.
- Lewinna v. — Tr. (a. Drogone) 588.
- Licerius ep. m. 334.
- Lifardus ab. 294, 490.
- Linus p. m. (ex Adone) 370.
- Longinus m. 330, 342, 486, 517, 560.
- Lucas ev. 77, 88, 308, 315, 368.
- Lucia v. m. Syrac. 13, 68, 90, 114, 279, 304, 343, 571, 404, 464, 493, 517; (metr.) 33, 54-55.
- Lucia et Auceia mm. 90.
- Lucia et Geminianus mm. 299, 531, 435, 475, 494, 562; (comp.) 273.
- Lucianus pr. m. Antioch. (ex Eusebio) 537, 536.
- Lucianus et soc. (Maximianus et Julianus) mm. Bellov. (a. an.) 280, 407, 538, 536; (a. Odone) 463; (sermo) 465.
- Lucianus et Martianus mm. 339.
- Ludovicus ep. Tolos. (bulla canoniz.) 366.
- Ludovicus rex (comp.) 19; (al.) 21.
- Lupus ep. Cabilon. 272.
- Lupus ep. Senon. 290, 493.
- Lupus ep. Treccass. 489.

- s Rom. er. 166.
 baei mm. 573, 588.
 us ep. Dol. 493.
 —Mir. tempore Heriberti Colon.
 ab. Clun. (a. Odilone) 524, 569.
 as ep. Armac. (a. Bernardo) 139,
 (sermones a. eodem) 140.
 ; m. *Vid.* Dormientes (Septem).
 ; mon. (a. Hieronymo) 79, 95,
 126, 277.
 s m. 460, 577.
 tus ep. Tull. (a. Adsona) 472, 495.
- a vid. (a. Hieronymo) 94.
 anus m. *Vid.* Marcus.
 nus et Petrus mm. 100, 274,
 411, 467, 490, 500, 515, 570.
 is p. et soc. (Saturninus, Sisin-
 Cyriacus diac.) mm. 271, 280,
 414, 465, 487, 558.
 is m. Cabilon. 335, 472.
 is m. in Hisp. 339.
 is ep. Paris. 437.
 .. *Vid.* Martia...
 us ab. 278, 569.
 ev. 272, 409, 436, 458, 463, 466;
 atio) 272, 292; (al.) 293.
 et Marcellianus mm. 468.
 ta v. m. 33, 56, 330, 364, 469.
- Jeiparae conceptio 371. — Nati-
 evang. Pseudo-Matthaei) 69, 99,
 36; (a. Pseudo-Hieronymo) 87,
 raefatio), 169, 170, 226, 375. —
 sumptio (a. Pseudo-Hieronymo)
 38, 223, 326, 361; (a. Pseudo-
 one) 101, 111, 170, 233, 333; (ex
 ibus Elisabethae Schonau.) 101,
 — Vita metrica 235. — Mir.
 gone Farsit.) 112, 221; (a. Her-
 o Laudun.) 112, 221; (al.) 14,
 91, 111, 112, 166, 170, 209, 221, 222,
 223, 229, 231, 237, 336, 405, 406.
 Maria Magdalena 327, 365, 412, 459,
 469, 492, 493, 573, 587; (sermo Odo-
 nis) 412, 459, 492, 587. — Tr. 412,
 459, 469, 493, 587, 590-91. — Mir.
 327, 459, 469, 573, 587; (al.) 14; (al.)
 587.
 Maria Aegypt. 56, 63, 80, 98, 105, 115,
 117, 223, 520, 560; (metr. a. Hilde-
 berto) 12, 117, 128.
 Maria meretrix, neptis S. Abrahae, 96,
 232.
 Maria Oigniac. (a. Jacobo de Vitriaco)
 171, 210, 236.
 Marina v. 110, 218, 571.
 Marinus puer m. 91.
 Marinus ab. Clarom. 281.
 Marius, Martha, Audifax, Abacuc (et
 Valentinus pr.), mm. 282, 408, 465, 488,
 558.
 Martha v., hospita Christi, 343, 365.
 Martha m. *Vid.* Marius.
 Martia m. *Vid.* Rusticula.
 Martialis m. *Vid.* Faustus.
 Martialis ep. Lemov. (a. Aureliano) 40,
 329, 364, 429, 572, 585; (al.) 376. —
 Mir. 194, 198-209. — Epist. Joan-
 nis XIX de apostolatu 392.
 Martiana v. m. 340; (al.) 407, 538, 556.
 Martianus, Nicander et Apollonius, mm.
 344.
 Martianus m. *Vid.* Dormientes (Septem).
 Martianus m. *Vid.* Lucianus.
 Martina v. m. 70; (al.) 537, 538.
 Martinianus m. *Vid.* Processus.
 Martinus ep. Turon. (a. Sulpicio Seve-
 ro) 66, 88, 97, 308, 326, 332, 340, 361,
 362, 369, 377, 475, 501, 515, 564;
 (ejusdem dialogi) 66, 88, 97, 285, 377,
 475, 502, 516; (ejusdem epistolae ad
 Eusebium, ad Aurelium, ad Basulam)

- 88, 97, 340, 377, 475, 501, 516; (ad Aurelium tantum) 491, 495; (ad Basulum tantum) 220, 326, 332, 361, 363, 369, 493, 564; (a. Fortunato) 104; (a. Albino seu Alcuino) 220, 284, 364, 491, 516. — Mir. (a. Greg. Turon.) 88, 89, 97, 104, 210, 220, 283, 284, 327, 331, 332, 340, 361, 363, 369, 377, 468, 475, 491, 495, 501, 516, 565; (a. Hugone archid.) 168; (al.) 19-21. — Confessio 475. — Versus in laudem 284, 377, 516. — Sermo Odonis de adustione ecclesiae S. M. 171.
- Martyres XL Sebastae** 485, 519.
- Martyres XXXVII** 519.
- Martyrum** (De gloria) (a. Greg. Turon.) 104, 210.
- Maternus ep. Trev.** 567.
- Mathias ap.** 485.
- Matthaeus ev.** (a. Pseudo-Abdia) 375, 405; (ed. Mombr.) 299, 336, 367, 432, 433, 475, 565.
- Maturinus pr.** 495.
- Maurilius ep. Andeg.** (a. Fortunato) 105, 252.
- Mauritius et soc.** (Exuperius, Candidus, Victor, Innocentius, Vitalis) mm. Thebaeae legionis 113, 300, 363, 367, 375, 377, 382, 475, 565; (metr. a. Marbodo) 588.
- Maurus ab.** (a. Fausto) 1, 2-5, 94, 106, 225, 239, 280, 465, 501, 558; (metr. a. Fuleoio) 239, 240-64. — Tr. (a. Odone) 2, 239; (a. an.) 239, 264-70. — Officium 239.
- Maxima m. Vid.** Verissimus.
- Maximianus m. Vid.** Dormientes (Septem).
- Maximianus m. Vid.** Lucianus.
- Maximinus ep. Trev.** (a. Lupo) 467, 567; (a. an.) 345.
- Maximinus ab. Miciac.** 294, 300-3, 378.
- Maximus m. Vid.** Caecilia.
- Maximus m. Vid.** Olympias.
- Maximus ep. Reg.** (a. Dinamio) 308.
- Medardus ep. Noviom.** (a. Fortunato) 274, 468, 490, 515, 570; (a. Radbodo) 236; (al. attributa Audoeno) 515, 571.
- Melania sen. vid.** 211.
- Melania jun. vid.** 211.
- Melanius ep. Redon.** 70, 71-77, 537, 556; (ex Greg. Turon.) 537.
- Meleusippus m. Vid.** Speusippus.
- Mennas m.** 89, 340, 436, 564.
- Michaelis arch. apparitio et dedicatio ecclesiae in monte Gargano** 168, 225, 307, 337, 362, 363, 368, 378, 475, 565. — Apparitio in monte Tumba 225, 565.
- Mitrius m.** 369.
- Modestus m. Vid.** Vitus.
- Monachus captivus. Vid.** Malchus.
- Montanus et Gemellus mm.** 518.
- Nazarius et Celsus mm.** 64, 434; (al.) 436, 500; (comp.) 574. — Inv. 436.
- Neon m. (soc. SS. Speusippi etc.)** 339.
- Nereus et Achilleus mm.** 95, 172, 275, 294, 328, 411, 467, 514, 569.
- Nicander m. Vid.** Martianus.
- Nicasius, Quirinus et Scuviculus, mm.** 86.
- Nicetius ep. Lugd.** (a. Greg. Turon.) 285.
- Nicodemus. Vid.** Stephani protom. Inv.
- Nicolaus ep. Myrr.** 5, 55, 68, 89, 145, 303, 343, 371, 590, 461, 464, 502, 517, 524, 565. — Tr. 90, 502, 524; (al.) 478, 517. — Mir. 89, 90, 284, 461, 502, 503-11, 517, 524, 535-36.
- Nicostratus m. Vid.** Coronati (Quattuor).
- Odilo ab. Clun.** (a. Petro Damiano) 524; (a. Jotsaldo) 142. — Planctus (a. Jotsaldo) et carmina 142, 146-48.
- Odo ep. Cant.** 128.

- Clun. (a. Joanne ab. Salern.) 8, 524.
 s (et Maximus) mm. 439 (Abdonen), 469, 574, 590.
 s ep. Ausc. 144, 149-62. — 44, 163-65.
 ; m. *Vid.* Vincentius.
 s rex m. (a. Drogone) 589.
 is ab. (a. Walafrido) 476. — Tr. ne) 476.

 s ab. 99, 103, 569; (al.) 169.
 us m. 172, 274, 293, 328, 411, al.) 514.
 m. 296, 413, 434, 459, 469, 574.
 Lugdunum 59, 212.
 us ab. 392; (comp.) 223.
 p. Met. 478.
 ep. (comp.) 71. — Purgatorium

 s m. 67, 540, 557; (ex Greg.) 540.
 (Vitae) 13, 79, 103, 104, 126, 190, 194, 211, 223, 230, 235, 276,

 l. (a. Hieronymo) 66, 106, 272, 18, 541, 559.
 ip. (a. Pseudo-Lino) 239, 431, 91; (a. Pseudo-Marcello) 167, 3, 375, 431, 459, 491, 572; (a. -Abdia) 273, 306; (ed. Bibl.) 167; (epist. Dionysii) 232, 237.
 nsecratio altaris. *Vid.* Petrus

 i. Rom. *Vid.* Joannes.
 i. Lampsaci. *Vid.* Petrus.
 p. Narbon. 212-18.
 o. Leon. 483.
 c. (a. Hieronymo) 168, 169, 226, 12, 538, 538.
 ep. Genom. 573.
 aenitens 221, 227; (al.) 230.
 Pelagia mater S. Aredii 143.
 Peregrinus ep. Autiss. m. 294, 490, 509, 570.
 Perpetua et Felicitas cum soc. (Satyro, Saturnino et Revocato) mm. 282, 408, 457, 483, 519, 560.
 Petronilla v. 273, 328, 467, 513, 570.
 Petrus ap. (a. Pseudo-Lino) 431, 432; (a. Pseudo-Marcello) 167, 273, 373, 431, 433, 459, 491, 572; (a. Pseudo-Abdia) 238, 431; (ed. Mombrit.) 273, 296, 306, 572; (ed. Bibl. Casin.) 167; (epist. Dionysii) 232, 237. — Festum Petri ad vincula 413, 468. — Consecratio altaris in monasterio S. Dionysii (Revelatio facta Stephano papae) 87, 119, 121, 212, 222, 224, 376.
 Petrus ep. Alex. m. 328-29, 329, 341.
 Petrus Balsamus m. 537, 536.
 Petrus exorcista m. *Vid.* Marcellinus.
 Petrus, Andreas, Paulus et Dionysia, mm. Lampsaci 519, 560.
 Petrus de Castronovo, Ord. Cist., m. (bulla canoniz.) 465.
 Phileas ep. Thmult. m. 281.
 Philemon et soc. (Coraula et Arianus) mm. 483, 519.
 Philibertus ab. Gemet. 333, 409, 471, 577. — Mir. 377.
 Philippus ap. 273, 293, 370, 405, 433, 458, 466, 489.
 Phocas = Focas.
 Photinus m. *Vid.* Anicetus.
 Pigmenius m. *Vid.* Faustus.
 Pionius m. 519.
 Polycarpus ep. m. (Epist. eccl. Smyrn.) 488, 540; (ex Eusebio interprete Rufino) 390, 407, 540, 559.
 Polycronius ep. m. 459 (Abdon et Senen), 469, 518, 574.
 Polyeuctus m. 463, 518.
 Pontius m. (a. Valerio) 294, 489, 569.

- Potentiana v. m. 467.
 Potitus m. 68, 404.
 Praelectus ep. Arvern. 281, 306, 340, 350.
 Praxedes v. m. 296, 327, 492, 573, 587.
 Primus et Felicianus mm. 274, 411, 515.
 Priscus m. 490, 570.
 Privatus ep. m. Namn. 298, 333, 434, 471.
 Probus m. *Vid.* Tarachus.
 Processus et Martinianus mm. 275, 293,
 323, 412, 433, 468, 491, 572, 586.
 Protasius m. *Vid.* Gervasius.
 Protus et Hyacinthus mm. 64, 472. *Vid.*
 Eugenia.
 Prudentius lev. m. — Mir. 330.

 Quattuor Coronati. *Vid.* Coronati.
 Quintinus m. 307, 475; (al.) 330.
 Quiriacus seu Judas ep. Hierosol. 411,
 569.
 Quirinus m. *Vid.* Nicasius.

 Radegundis reg. (a Fortunato) 437, 576;
 (a Baudonivia) 437.
 Regina v. m. (a Theophilo) 219, 333.
 Regulus ep. Silvanect. 367.
 Remigius ep. Rem. (a Fortunato) 70;
 (a Hincmaro) 473, 563. — Mir. 120,
 130. — Sermo de eo (a Hincmaro)
 563.
 Reparata v. m. 338.
 Restitutus ep. Tricast. 40, 44-50.
 Revocatus m. *Vid.* Perpetua.
 Richarius ab. (a Alcuino) 283.
 Richmirus ab. 71, 530.
 Rigomerus pr. — Tr. 383.
 Rocho ep. Aeduens. 41, 50-52.
 Rodolphus ep. Eugub. (a Petro Damia-
 no) 127.
 Rogatianus m. *Vid.* Donatianus.
 Romanus ep. Rotom. (a Gerardo) 80-
 84; (al.) 325.
 Romanus, Esychius et Barulas, mm. 308,
 340, 369, 476.
 Romaricus ab. 567.
 Romualdus ab. (a Petro Damiano) 127.
 Ronanus er. in Brit. min. 438-58.
 Rufina et Secunda vv. mm. 296.
 Rusticula sive Martia v. (a Florentio)
 366.
 Rusticus m. *Vid.* Dionysius.

 Sabina m. Romae 298, 327, 331, 433,
 562.
 Sabina m. *Vid.* Vincentius.
 Sabina v. m. Trevis 68, 333, 437, 557.
 Sabinianus m. Trevis 68, 557.
 Salsa v. m. 334, 344-52.
 Salvius ep. Albig. (ex Greg. Turon.) 63,
 336.
 Salvius ep. Ambian. 437.
 Salvius ep. Engolism. (a Philippo de
 Harveng) 515.
 Samson ep. Dol. 296; (al.) 492, 574.
 Sanctinus et Antoninus, discipuli S. Dio-
 nysii 118, 222.
 Saturninus ep. Tolos. m. 342; (al.) 370;
 (al.) 341. — Inv. 342. — Mir. 342.
 Saturninus m. Romae 342.
 Saturninus m. *Vid.* Marcellus.
 Saturninus m. *Vid.* Perpetua.
 Satyrus m. *Vid.* Perpetua.
 Satyrus, frater S. Ambrosii, (a Ambro-
 sio) 67.
 Savina, Savinianus = Sab...
 Scholastica v. (a Gregorio M.) 282, 466.
 Sebastianus (a Ambrosio) 68, 100, 271,
 280, 304, 407, 433, 462, 463, 488, 495,
 539, 539.
 Secunda v. m. *Vid.* Rufina.
 Segolena v. 469.
 Senericus diac. in Norm. 279.
 Senericus m. *Vid.* Serenus.
 Sennen m. *Vid.* Abdon.
 Septem Dormientes mm. *Vid.* Dormi-
 entes.
 Septem fratres mm. *Vid.* Felicitas.

- a v. m. Rom. 435, 437; (ex. Adone) CPlim 58, 125, 129, 233, 374, 478, 575, 589; CPoli Romam 129, 130, 478. — Mir. (ex Augustino) 58, 238, 276, 278, 326, 332, 361, 362, 374, 406, 575; (ex Greg. Turon.) 58, 374; (al.) 374, 589; (al.) 589.
- n m. *Vid.* Dormientes (Septem). v. 465, 482. (sive Sirenus vel Serenicus) m. i 518.
- et Bacchus mm. 338, 473, 493; 64.
- us et Germanus mm. 338.
- is ep. Tungr. (a. Harigero) 467.
- us ep. Colon. 474.
- as ab. 282.
- s ep. 370.
- p. 271, 279, 303, 386, 404, 433, 464, 487, 501; (comp.) 225; (al.)
- Stilita (a. Antonio) 279, 303, 406, 37, 558; (ex Greg. Turon.) 537. reclusus Trev. (a. Eberwino)
- t Judas app. 308, 339, 369, 452, 74, 564.
- us, Faustinus et Beatrix, mm. 36, 459, 493, 574.
- us m. *Vid.* Coronati (Quattuor). us ep. Augustod. 476. = Serenus.
- s m. *Vid.* Marcellus p. m. = Xystus.
- lus. *Vid.* Cyriacus.
- mater SS. Fidei, Spei et Caritatis, 573.
- r. 388.
- s m. — Tr. 59, 212.
- m. *Vid.* Fides.
- pus, Eleusippus et Meleusippus, (a. Warnahario) 109, 271, 280, 39, 537.
- us protom. (ex Act. Ap.) 58, — Inv. (epist. Luciani) 58, 223, 07, 365, 374, 377, 434, 460, 470, 89; (epist. Aviti) 373, 460, 589; done) 361 — Tr. Hierosolymis
- CPlim 58, 125, 129, 233, 374, 478, 575, 589; CPoli Romam 129, 130, 478. — Mir. (ex Augustino) 58, 238, 276, 278, 326, 332, 361, 362, 374, 406, 575; (ex Greg. Turon.) 58, 374; (al.) 374, 589; (al.) 589.
- Stephanus I p. m. 297, 414, 460, 470, 575, 588.
- Sulpicius Pius ep. Bituric. 407, 465, 539, 558.
- Susanna v. m. 523, 576.
- Symphorianus m. Augustod. 298, 381, 414, 434, 471, 523, 561, 577. — Mir. (ex Greg. Turon.) 381.
- Symphorianus m. *Vid.* Coronati (Quattuor).
- Tarachus, Probus et Andronicus, mm. 474.
- Taurinus ep. Ebroic. (a. Deodato) 53, 460, 576. — Inv. et Mir. 53, 576.
- Thais paenitens 70; (al.) 126, 221.
- Thebaeae legionis mm. *Vid.* Mauritius.
- Thecla v. (comp.) 563.
- Theobaldus er. 477, 524.
- Theoderico ep. Met. (Reliquiae sanctorum repertae a) 566, 567.
- Theodoretus pr. m. Antioch. 308, 316-26; (al.) 520.
- Theodorus m. Amaseae 436, 473, 564.
- Theodorus m. *Vid.* Achatus.
- Theodosia v. m. 283, 327, 520.
- Theodota m. *Vid.* Anastasia.
- Theodulus m. *Vid.* Alexander p. m.
- Theogenes m. 537, 556.
- Theophilus scholasticus m. *Vid.* Dorothea.
- Theophilus vice-dom. 114, 126, 170, 233; (al.) 388. *Cfr.* Mariae Deiparae Mir.
- Thomas ap. (a. Pseudo-Abdia) 404; (ed. Mombrit.) 344, 371, 432, 433, 461, 464, 517; (ed. Tischendorf) 90.
- Thomas ep. Cant. m. (a. Joanne Saris-

- ber.) 129; (eiusdem epist.) 103; (a. an.) 464; (al.) 406; (al.) 493; (comp.) 231. — Mir. 228. — Carmina 115, 116; (al.) 228.
- Thomas Aquin. — Processus canonizationis 229.
- Thyrus et Leucius mm. 298, 537.
- Tiburtius m. *Vid.* Caecilia.
- Tiburtius m., soc. S. Sebastiani, 307, 470.
- Timotheus ep. Ephes. (a. Polycrate) 587, 540, 539.
- Timotheus et Apollinaris mm. 381, 414, 434, 471, 525.
- Torpes m. 283.
- Trypho m. 281, 284-92.
- Tugdualus ep. Treacor. 486.
- Turbo m. (soc. SS. Speusippi etc.) 539.
- Turibius m. Cenom. 283.
- Urbanus II p. — Ep. 98.
- Ursula et soc. (undecim millium) vv. mm. 40; (al.) 120, 474; (ex revelationibus Elisabethae Schonau.) 569.
- Valentinus ep. Interamn. m. 466.
- Valentinus pr. m. 462, 518, 539, 538. *Vid.* Marius.
- Valeria v. m. Lemov. 40, 41-44; (al.) 194, 196-98. — Mir. 194.
- Valerianus m. Romae. *Vid.* Caecilia.
- Valerianus m. Trenorch. 544.
- Valericus er. Lemov. 14, 15-18; (al.) 85-86.
- Valerius ep. Caesaraug. 107.
- Valerius ep. Trev. 367.
- Vamna m. in Pers. 535.
- Vedastus ep. Atreb. (a. Alcuino) 282, 518.
- Veranus ep. Cavellie. 369, 494.
- Verissimus, Maxima et Julia, mm. 337, 352-53.
- Victoria m. *Vid.* Acisclus.
- Victor et soc. (Deoterius, Felicissimus et Alexander) mm. Massil. 296, 365, 375, 413, 469; (metr. a. Marbodo seu Hugone Ling.) 5, 224, 388. — Mir. 406.
- Victor et Corona mm. 294, 514; (al.) 467.
- Victor m. *Vid.* Mauritius.
- Victor m. *Vid.* Vincentius.
- Victoricus m. *Vid.* Fuscianus.
- Vincentius diac. Caesaraug. m. 69, 271, 281, 305, 306, 374, 462, 465, 540, 539; (al.) 67; (al.) 407, 433, 488; (al., fabulosa) 107. — Tr. (a. Aimoino) 540, 539. — Mir. (ex Greg. Turon.) 540, 539.
- Vincentius, Orontius et Victor, mm. 591, 540, 557.
- Vincentius, Sabina et Christeta, mm. 539.
- Virgilius ep. Arelat. 368, 568.
- Vitae Patrum. *Vid.* Patrum (Vitae).
- Vitalis et Agricola (ex S. Ambrosio) 166, 296, 376, 463, 489, 563.
- Vitalis, pater SS. Gervasii et Protasii. m. 463.
- Vitalis m. Ravennae 292.
- Vitalis m. *Vid.* Mauritius.
- Vitus, Modestus et Crescentia, mm. 468, 490, 571; (comp.) 274.
- Viventius pr. 71. — Tr. 71.
- Vivianus ep. Santon. 144. — Mir. 144 — Carmen de eo 144.
- Walaricus ab. in Picardia (a. Ragimberto) 520.
- Walburgis v. (a. Adelboldo) 589.
- Wandregisilus ab. 587. — Mir. 575, 588.
- Willebrordus. ep. Ultraj. (a. Alcuino) 475, 567.
- Willelmus = Gulielmus.
- Xystus II p. et soc. (Felicissimus et Agapitus) mm. 64, 307, 362, 365, 414, 460, 470, 471, 523, 575, 590.





6611
T3C3
V.



Stanford University Library
Stanford, California

Return this book on or before date

NOV 12 1970

--	--

